Supra Joannes perhibuit teſtimonium chꝛiſto interrogatus. Hic vo perhibet aliud teſtimonium chꝛiſto ſpontaneus. Et pꝛimo quidẽ fert ⁊ ipſum teſtimonium. Secũdo teſtimoniũ latũ confirmat ibi [Et teſtimoniũ perhibuit ioannes ⁊c̃.] ¶ Circa pꝛimum autem pꝛimo quidem deſcribuntur circunſtantie teſtimonij. Secundo ponitur ipſum teſtimonium ibi [Ecce agnus dei.] Tertio excluditur ſuſpitio teſtis ibi [Et ego neſciebã eum ⁊c̃.] ¶ Deſcribuntur autem circunſtantie. ⁊ vna quidem ex parte tempoꝛis ut dicit [Altera die.] In quo quidem commendatur ioannis conſtantia: quia non vno die nõ ſemel tñ: ſed pluribus diebus ⁊ multotiens chꝛiſto teſtimonium perhibebat. Pſal. Per ſingulos dies benedicaꝫ tibi. ¶ Cõmendat etiã eiꝰ pꝛfectus: qꝛ nõ debet nobis ſuccedere vna dies ſicut alia: ſed que ſuccedit debet eſſe altera .i. melioꝛ iuxta illud pſal. Ibunt de virtute in virtutẽ. ¶ Alia circũſtantia ponit ex parte modi teſtificandi [Quia vidit ioannes ieſum.] In quo inſinuatur certitudo. Nam teſtimonium viſu certiſſimũ eſt. ¶ Alia vo circũſtãtia ponitur ex parte eiꝰ cui teſtimonium perhibetur. vnde dicit [Jeſuꝫ ad ſe uenientem.] ſ. de galilea (ut dicitur Mat. 3.) Uenit ieſus a galilea ⁊c̃. Nec tamen intelligendum eſt de aduentu quo uenit ad baptiſmum de quo ibi loquit Matthęꝰ: ſed de alio aduẽtu quo iã baptiçatus ⁊ circa ioꝛdanem aliquãdiu cõmoratus uenit ad ioãnem: alias non dixiſſet: Super quem videris ſpiritum deſcendentem ⁊c̃. ⁊ ego vidi ⁊c̃. Jam ergo viderat eum ⁊ ſpiritũ: ſuper eum deſcẽdenteꝫ quaſi columbã ⁊c̃. ut. ſ. dicit. ¶ Huius aũt chꝛiſti ad ioannem aduentus poſt baptiſmũ vna cauſa fuit: ut teſtimoniũ ioannis certificaretur. Dixerat eni ioannes de chꝛiſto. Ipſe eſt qui poſt me uenturus eſt. Nam aliquis poſſet errare in cognitione uenturi cum adeſſet: uenit ad ioanneꝫ ab eo digito oſtendẽdus dicẽte ioãne [Ecce agnus dei ⁊c̃.] ¶ Alia ratio ut excluderet errorẽ. Poſſet eñi aliquis credere ꝙ chꝛiſtus pꝛima vice: cum uenit ad baptiſmum: uenerit ad ioãnem ſicut a peccatis purgandus. Joannes ergo ut hoc excluderet uenit etiam ad eum poſt baptiſmum. vnde ſignanter dicit ioannes [Ecce qui tollit.] Peccatum nullum fecit: ſed uenit peccatum tollere. ¶ Uenit etiã ut pꝛeberet humilitatis exemplum: quia (ut dicit Ecc̃. 4.) Quãto magnus es humilia te in oĩbus. ¶ Et aduertẽdũ ꝙ ſicut chꝛiſto iam cõcepto quãdo virgo mater aſcendit in montana cũ feſtinatione helisabet matrem ioannis visere: ioannes in utero matris exiſtens nec loqui ualens reuerentiam chꝛiſto ⁊ tripudiũ faciens exultauit in utero ita ⁊ nunc chꝛiſto ex humilitate ad eum uenienti: teſtimoniũ ⁊ reuerentiam pꝛebet ⁊ in uocem pꝛorumpit dicens [Ecce agnus dei ⁊c̃.] Ubi teſtimonium Joannis ponitur. In quo quidem oſtendit virtutem chꝛiſti ⁊ dignitatem eius ibi [Hic eſt de quo dixi.] Uirtutẽ quidẽ oſtendit dupliciter. Pꝛimo pꝛoponendo figuram. Secundo exponendo eam ibi [Ecce qui tollit peccata mundi.] ¶ Circa pꝛimum ſciendu ꝫ eſt ꝙ ſicut dicit Origenes ꝙ in ueteri lege conſueuerunt quinqꝫ animalia offerri in tẽplo: tria de terreſtribꝰ. ſ. vitulus: capꝛa ⁊ ouis: ſꝫ ouiuꝫ quidẽ aries: ouis: ⁊ agnus. De uolatilibꝰ vo duo turtur. ſ. ⁊ columba. Que quidem omnia pꝛefigurata fuerũt ueri ſacrificij: qḋ eſt chꝛiſtus: qui ſemetipſum obtulit oblationem deo (ut dicitur Ephe. 5.) Quare ergo baptiſta chꝛiſto teſtimoniuꝫ perhibens agnus ſpecialiter nominauit ¶ Huius rõ eſt. Quia ſicut dicit Numeri. 24. Lꝫ alia fierent ſacrificia in templo ceteris tempoꝛibꝰ vnum tamen erat quotidianũ in quo iugit vnus agnus mane ⁊ alius ueſpere offerebatur: nec hoc mutabatur vnqꝫ ſed tanqꝫ pꝛincipale obſeruabat. Alia vo ex adiuncto: ⁊ ideo per agnũ qui erat pꝛincipale ſacrificium ſignificatur chꝛiſtus qui eſt pꝛincipale ſacrificium. Nam lꝫ omnes ſancti qui pꝛo fide chꝛiſti paſſi ſunt pſint ad ſalutem fidelium: ſed hoc non habent niſi inquantum ſuper oblationem agni quaſi oblatio adiũcta pꝛincipali ſacrificio imolans: ⁊ offertur quidẽ mane ⁊ ueſpere: qa per chꝛiſtuꝫ patet aditus ad intelligibilia diuinorum cõtemplanda ⁊ fruenda: qḋ pertinet ad cognitionem matutinam: ⁊ inſtruimur quomodo utamur terrenis abſqꝫ inquinamẽto qḋ pertinet ad ueſpertinam: ⁊ ideo dicit [Ecce agnus dei ⁊c̃.] i. per agnuꝫ ſignificatus. Dicit autem [dei] qa in chꝛiſto ſunt due nature humana. ſ. ⁊ diuina. Et ꝙ hoc ſacrificiũ eſſet virtuoſum ad purgandũ ⁊ ſanctificandum a peccatis: habet ex virtute diuinitatis inquantũ. ſ. deus erat in chꝛiſto mundũ reconcilians ſibi. 2. Coꝛ. 5. ¶ Uel dicitur [Agnus dei.] quaſi oblatus a deo. ſ. ab ipõ chꝛiſto qui eſt deus ſicut dicitur oblatio hominis quã homo offert. Uel dicitur [agnus dei.] ſ. patris. Quia ipſe pꝛuidit homini oblationem ad offerendum pꝛo peccatis ſufficientem quã homo per ſe habere nõ poteſt. Uñ Geñ. 22. Cũ Iſaac quereret ab Abꝛaam. Ubi eſt victima holocauſti ⁊c̃. Rñdit: deus pꝛouidebit ſibi victimã holocauſti ⁊c̃. Rom̃. 8. Pꝛopꝛio filio ſuo non pepercit deus ⁊c̃. ¶ Dicitur autem chꝛiſtus [agnus.] pꝛimo ꝓpter puritatẽ. Exo. 12. erit agnus anniculus ⁊c̃. pꝛᵉ Petri. 1. Nõ coꝛruptibilibus auro uel argento ⁊c̃. Secũdo pꝛopter manſuetudinem. Iſa. 53. quaſi agnus ⁊c̃. Tertio ꝓpter fructuꝫ. Pꝛouꝫ. 28. Agni ſunt tibi ⁊c̃. Et hoc quantum ad indumentũ iuxta illud Rom̃. 13. Induimini dominum ieſum chꝛiſtum. Et quantum ad cibum. j. 6. Caro mea ⁊c̃. Et ideo dicebat Iſa. 16. Emitte agnum domine ⁊c̃. ¶ Conſequenter pꝛopoſitam figuram exponit cum dicit [Qui tollit peccata mũdi.] idest aufert qḋ in lege nec per agnum: nec per alia ſacrificia auferri poterat: qꝛ (ut dicitur Hebꝛeoꝝ. 10.) Impoſſibile eſt per ſanguinem ⁊c̃. Sanguis iſte tollit idest aufert peccata mundi. Oſee. ultio. Omnẽ aufert iniquitatem. Uel tollit. i. in ſe accipit peccata totiꝰ mũdi: qꝛ (ut

Deſcriptio circũſt. io. bap. ⁊ pꝛimo pꝛinc.

2ᵒ ſcde cir. deſcriptio.

3ᵒ tertie cir. deſcriptio.

In ueteri lege quinqꝫ alalia ſolebãt offerri. de terreſtribꝰ vitulus: capꝛa ouis. De uolatilibꝰ 2ᵒ turtur ⁊ columba offerebantur.

Cognitio qua diuina intelligibilia ꝯtemplant ⁊ fruit ptinet ad cognitionẽ matutinam. Cognitio qua inſtruimur quõ terrenis utamur abſqꝫ inquinamẽto ptinet ad cognitionẽ ueſpertinam.

Chꝛs dr agnꝰ ꝓp puritatẽ ꝓpter mãſuetudinẽ: ⁊ ꝓpter fructum.

dicitur prime Petri.ii. Qui peccata nr̃a pertulit ⁊c̃. Iſa.liii. Dolores nr̃os ipſe tulit ⁊ lãguores nr̃os ipſe portauit. Dicit aũt ſm gloſam. Peccatũ ⁊ nõ peccata: ut oſtẽdat in vniuerſali ꝙ abſtulit totum genus peccati.i.Pe.ii. Ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis nr̃is. uel q2 pro vno peccato.ſ. originali mortuus. Ro.v. Per vnũ hoiem peccatũ intrauit ⁊c̃.

Hic eſt de quo dixi. Poſt me uenit vir qui ante me factus eſt: q2 prior me erat.

Supra ꝓhibuit baptiſta teſtimoniũ chr̃o quãtum ad eius virtutẽ. Hic v̾o ꝓhibet.ſ. teſtimoniũ quãtum ad eius dignitatẽ cõparãs cum ſibi tripliciter. Et primo quãtum ad officiũ ⁊ ordinem ꝓdicationis. vñ dicit [Hic.] ſ. agnus digito demõſtrans eſt ille [de quo dixi.] ſ. in ei^9 abſentia. [poſt me uenit vir] ad predicãdum ⁊ baptiçãdum [qui poſt me uenit] naſcẽdo. Dicitur aũt vir chriſtus rõne ꝑfecte etatis: q2 quãdo incepit docere poſt baptiſmũ iaz erat in etate ꝑfecta. Luce.iii. Jeſus erat incipiẽs quaſi annoꝝ triginta. Item rõne ꝑfectionis oium v̾tutũ que in eo fuerũt. Iſa.iiii. Apprehendẽt ſeptẽ mulieres.i. virtutes virũ vnũ.ſ. chriſtum ꝑfectum. Zacha.vi. Ecce vir oriẽs nomẽ ei^9: q2 ipſe eſt origo oium virtutum in alijs. Item rõne deſpõſationis: q2 ipſe ſpõſus eſt eccl̃ie. Oſee ii. Uocabis me virum ⁊c̃. ii. Cor.ii. Deſpondi uos vni viro ⁊c̃. Secũdo quãtum ad ordinẽ dignitatis cũ dicit [qui ante me factus eſt.] q.d. licz poſt me ueniẽt ad predicãdum: tamẽ ante me.i. prelatus mihi factus eſt dignitate. Cant.ii. Ecce iſte uenit tranſiẽs montes trãſiliẽs colles. Collis vnus fuit ioãnes baptiſta quem chriſtus trãſiluit: qa (ut dicitur.j.iii.) Me oportet minui illuz aũt creſcere. Tertio quãtum ad ordinẽ durationis cum dicit [q2 prior me erat.] q.d. non mirum ſi preferetur mihi dignitate: q2 etſi poſterior ſit tẽpore: eſt tamen prior in eternitate. [q2 prior me erat.] Ex hoc aũt duplex error deſtruitur. Error Arrij: q2 nõ dicit [prior me factus eſt.] ut ſit creatura: ſed [prior me erat.] ab eterno ante oẽz creaturã. Prouer. viii. Ante oẽs colles generauit me dñs. Item error Pauli ſamoſetani: q2 dixit [prior me erat.] ut oſtẽdat ꝙ nõ ex Maria ſumpſerat exordiũ. Nam ſi eſſendi principiũ ſumpſiſſet ex virgine: non extitiſſet utiqz prior precurſore: qui chriſtum in ſex mẽſibus ſm generationem ꝓcedebat humanam. Conſequenter cum dicit.

Chriſtus dicitur vir rõne perfecte etatis.

Chriſtus dicitur vir rõne ꝑfectiõis oĩum virtutũ.

Chriſtus dicitur vir rõne deſpõſationis: q2 ſpõſus eſt eccl̃ie.

Error Arrij deſtruitur.

Error Pauli ſamoſetani deſtruitur.

Et ego neſciebã eum. Sed ut manifeſtetur in iſrael: ꝓpterea ueni ego in aqua baptiçans.

Excludit falſam ſuſpitionem a ſuo teſtimonio. Poſſet enim aliquis dicere Joannem teſtimoniũ ꝓhibuiſſe chriſto ꝓpter affectionẽ ſpecialis familiaritatis quam ad ipſum habebat. Et iõ hoc excludẽs ioãnes dicit [Ego neſciebã eum.] Nam ioãnes in deſerto a pueritia ſua ꝯuerſatus eſt. Licz autẽ miracula multa facta ſint in natiuitate chriſti puta de magis ⁊ de ſtella ⁊ huiuſmodi: tamẽ nõ erãt nota ioãni. Tum q2 infans erat ſm etatẽ. Tũ q2 ad deſertũ ſecedẽs chriſti familiaritatẽ non habuit. Medio v̾o tẽporis a natiuitate uſqz ad baptiſmũ nullum miraculũ chriſtus opatus eſt: ſed cõformis cõuerſatione alijs erat ⁊ ſua virtus ignota oibus exiſtebat. Quõ autẽ medio tpe non fuerit miracula opat^9 uſqz ad triginta annos patet per hoc quõ dicitur.j.ii. Hoc fecit initium ſignoꝝ

ieſus ⁊c̃. Ex quo apparet falſitas libri de infantia ſaluatoris. Ideo aut non fecit miracula medio tẽpore: ut non putarent myſteriũ circũciſionis incarnationis fantaſma eſſe ſi nõ ſe habuiſſet etate ſicut alij infantes. Et ideo demõſtrationẽ ſciẽtie ⁊ virtutis ſue in aliud diſtulit tẽpus: in quo alij homines ſciẽtia ⁊ virtute vigere ꝯſueuerũt iuxta quõ dicitur Luce.ii. Puer autẽ ꝓficiebat grã ⁊ ſapientia ⁊c̃. Non ꝙ ipſe virtutẽ ⁊ ſapiẽtiam ante nõ habitam ſuſciperet: cum in eis fuerit ab inſtãti ſue conceptionis ꝑfectus: ſed q2 virtus eius ⁊ ſapiẽtia magis innoteſcebat hoibus. Iſa.xlv. Uere tu es deus abſcõditus ⁊c̃. ⁊ ideo ergo ioannes neſciebat eum: q2 nulla ſigna adhuc de eo viderat neqz alijs per ſigna innotuerat. vnde ſubdit [ſed ut manifeſtetur in iſrael ꝓpterea ego ueni in aq̃ baptiçans.] q.d. totum miniſteriũ meum eſt ad manifeſtationem. ſupra eodẽ caplo. Non erat ille lux ſed ut teſtimonium ⁊c̃. Dicit aũt [ueni in aqua baptiçãs.] ad differẽtiam baptiſmi chriſti: q2 chriſtus nõ in aqua ſolum baptiçauit: ſed in ſpiritu ꝯferẽs gratiam. vnde ⁊ baptiſmus ioãnis fuit ſignificatiuuz tñ nõ effectiuũ. Manifeſtauit aũt baptiſmus ioãnis chriſtũ tripl'r. Primo.ſ. per ioãnis predicationẽ. Licz enim ioãnes etiam ſine baptiſmo potuiſſet predicãdo parare viam dño ⁊ inducere turbas ad chriſtũ: tamẽ ꝓpter nouitatem officij plures ad eum cõcurrebãt ꝙ ſi ſine baptiſmo predicatio facta eſſet. Secũdo ꝓfuit baptiſmus ioãnis ꝓpter chriſti humilitatẽ quam demonſtrauit baptiçari uolẽs a ioãne. Mat.iii. Uenit chriſtus ad ioãnem ⁊c̃. In quo quidẽ exẽplum humilitatis ꝓbuit: ut.ſ. nullus quantũcũqz magnus dedignetur a quocũqz ad hoc ordinato ſacramẽta ſuſcipere. Tertio q2 chriſto baptiçato a ioãne affuit virtus patris in uoce: ⁊ ſpũs ſanctus in colũba: per quã virtus chriſti ⁊ dignitas magis manifeſtata fuit. Luce.iii. Et uox patris intonuit. Hic eſt filius meus ⁊c̃. Conſequenter cum dicit.

Liber qui de infantia ſcribitur ſaluatoris falſus eſt.

Scia ⁊ ſapia chr̃i augmẽtũ nõ recipiebat cũ eã in inſtãti ſue ꝯceptiõis ꝑfectã hũerit: ſz dicebat creſcere q2 magis hoibus innoteſcebat.

Jo. baptizabat aq̃ tñ: ſed chr̃s aq̃ ⁊ ſpũ.

Baptiſm^9 Joan. bap. tripl'r chriſtũ manifeſtauit.

Nullus quantũcũqz magn^9 debet exẽplo chr̃i dignari eũ a quocũqz ad hoc ordinato ſacra recipere.

Et teſtimonium perhibuit ioãnes dicens: Quia vidi ſpiritum deſcendentem quaſi columbam de celo ⁊ manſit ſuper eum.

Ipſe magna que teſtatus eſt de chriſto ꝙ totius orbis terrarum ſolus peccata tolleret: confirmat auctoritate dei. Et circa hoc tria facit. Primo proponit viſionem. Secũdo prebet de intellectu viſionis inſtructionem ibi [⁊ ego neſciebam eũ.] Tertio ſuam ex ipſa viſione cõceptionem oſtẽdit ibi [⁊ ego vidi ⁊ teſtimonium ⁊c̃.] Uiſionem quidez ꝓponit cum dicit [Uidi ſpũm deſcendẽtem ⁊c̃.] Quõ quidẽ quãdo factum fuerit Joãnes euangeliſta non refert. Sed Mattheus ⁊ Lucas dicunt hoc factum fuiſſe quãdo chriſtus baptiçatus eſt a ioãne. Et quidem ꝯgruebat ꝙ ſpũs ſanctus adeẽt baptiçato ⁊ baptiſmo. Baptiçato nãqz cõgruebat: q2 ſicut filius exiſtens a patre manifeſtat patrem. j.xvii. Pater manifeſtaui nomen tuuz ⁊c̃. Ita ⁊ ſpũs ſanctus a filio exiſtẽs filiuz manifeſtat. j.xvi. Ille me clarificabit q2 de meo accipiet ⁊c̃. Baptiſmo aũt congruit q2 baptiſma chriſti eſt incohatiuum ⁊ cõſecratiuum noſtri baptiſmatis. Noſtrum autem baptiſma conſecratur per inuocationem ſancte trinitatis. Marci ultimo. Baptiçantes eos in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti ⁊c̃. Quod ergo nos inuocamus in baptiſmo

Bᷓſm baptiſma ꝯſecrat ꝑ inuocationẽ ſcẽ trinitatis.

noſtro affuit baptiſmo chriſti.ſ.pater in voce:ſpiritus ſanctus in columba:filius in humana natura ¶ Dicit autez[deſcendentē.]qr cum deſceſus duos terminos habeat.ſ.principiū ſurſum:ꝛ terminuz deorſum:quātum ad utrūqz conuenit baptiſmo. ¶ Eſt enim duplex ſpūs.vnus mūdi:ꝛ alius dei. Et ſpūs qdem mūdi eſt amor mūdi:qui nō eſt de ſurſum:ſed ab inferiori aſcēdit in hoīe ꝛ eum deſcēdere facit.Spūs aūt dei ſcilicet dei amor deſurſum deſcēdit ad hoīem ꝛ euz aſcēdere facit.prime Cor.ii.Nos aūt nō ſpūm huius mūdi accepimus ſed ſpūm dei ꝛc.Quia ergo ille ſpūs de ſuperius eſt:ideo dicit[deſcēdētem.]Similr etiam qr impoſſibile eſt creaturā recipere dei bonitatē ī tāta plenitudine ſm ꝙ cōuenit deo.Ideo bonitatis ipſi9 ad nos deriuatio eſt quaſi qdam deſcēſus. Jac.i.Omē datum optimū ꝛ omne donū pfectum deſurſum eſt deſcendēs ꝛc.Sed qr ſpūs ſanctus in ſua natura videri non pōt (ut dicit.Jo.iii.) Spūs ubi vult ſpirat ꝛc.Spūs etiam nō eſt deſcēdere ſed aſcendere.Eze.viii.Eleuauit me ſpūs ꝛc.Ideo ꝯſequēter euāgeliſta modū viſionis ꝛ deſcēſus exponit dicēs.hic nō fuiſſe in ſpiritu.i.natura:ſed in ſpecie colūbe in qua apparuit.vñ dicit[quaſi colūbaz.] ꝛ hoc qdem cōgrue ut.ſ.filius dei per carnē mundo viſibilis factus:manifeſtaret per ſpūm.ſ.viſibili ſpecie colūbe que qdē colūba nō eſt aſſumpta a ſpiritu ſancto in vnitatē pſone ſicut humana natura aſſumpta eſt a filio dei.Cuius ratio eſt:quia filius apparuit nō ſolū ut manifeſtator ſed ut ſaluator.Et ideo ſm ꝙ dicit Leo papa oportuit ꝙ eſſet deus ꝛ homo.Deus quidē:ut afferret remediū homo vō ut preberet exēplum.Spūs vō ſanctus apparuit ſolū ad manifeſtādū ad qȯ ſufficiebat ſpēm corpalem aſſumere ſolū ad ſignificationem quādam. ¶ Utrū aūt colūba illa fuerit uerū aīal ꝛ utrū pexiſtēs apparitioni. ¶ Sciēdum ꝙ rōnabiliter dicit illa fuiſſe uera colūba. Uenit eni ſpūs ſanct9 ad manifeſtādū chriſtū:qui cum ſit ueritas nō niſi per ueritatē manifeſtādus erat. ¶ Quantum vō ad ſecūdum dicēdum ꝙ nō pexitit apparitioni:ſed tunc virtute diuina abſqz cōmixtione maris ꝛ femine formata fuit.Sicut ꝛ corpus chriſti virtute ſpūs ſancti cōceptū:nō ex virili ſemine ꝛ tamē fuit uera colūba:qr (ut Aug9 dicit in libro de agone chriſtiano.) Oīpotenti deo qui vniuerſam creaturā ex nihilo fabricauit nō erat difficile uerum corpus colūbe ſine aliarū colūbaruz miniſterio figurare ſicut nō fuit difficile uerum corpus in utero beate virginis ſine māli ſemine fabricare. ¶ Cyprianus in libro de vnitate eccle.Idcirco ꝛ in columba dicit ſpūs ſanctus: qr colūba ſimplex aīal ꝛ innocēs eſt:non felle amarum:non morſib9 ſeuum:nō vnguiū laceratione violētum:hoſpitia humana diligere:vnius domus cōſortium noſſe cum generat ſimul filios edere:cum cōueniat uolātibus inuicem cohere:cōmuni ꝯuerſatione vitam ſuaz degere:oris oſculo ꝯcordiā pacis agnoſcere:legē circa oīa vnanimitatis implere. ¶ Quare aūt potius in colūba ꝙ in alia ſpecie apparuit: multipliciter ratio aſſignat. ¶ Primo quidem ꝓpter colūbe ſimplicitatē.Nam colūba ſimplex eſt Mat.x.Eſtote prudētes ſicut ſerpētes ꝛ ſimplices ſicut colūbe ꝛc.Spūs autē ſanctus qr facit reſpicere vnū.ſ.deuz ſimplices facit:ꝛ ideo in ſpecie columbe apparuit.ꝛ quidē ſm Aug.apparet etiam

Duplex ſpūs. vn9 mundi:ꝛ alius dei. Spūs mundi aſcēdit ad hominē ꝛ eū deſcēdere fac. ſpūs aūt dei deſcēdit ad hoiem ꝛ eū aſcēdere facit.

Nō duplex. Rñſio ad primam.

Rñ9 ad ſcdaz

Cōditiões columbe ſm Cypri.

Quare.ſ.ſ.apparuit in ſpecie colūbe ſuper chriſtū bap. Prima ratio

ſup diſcipulos ꝯgregatos per ignem:qr quidaz ſunt ſimplices ſed tepidi.quidā aūt feruentes ſed malitioſi:ut ergo ſpiritu ſanctificati dolo careant ſpūs in colūbe ſpecie demonſtrat:ꝛ ne ſimplicitas frigiditatis tepeſcat demōſtrat in igne. ¶ Secundo ꝓpter charitatis vnitatem.Nam colūba amore multū feruet.Cant.vi.Una eſt colūba mea ꝛc. ¶ Ut ergo oſtēdat eccle vnitatē in ſpecie columbe ſpūs ſanct9 apparet.Nec moueat te ꝙ diſcipulis diſpartite lingue apparuerūt quando ſedit ſupra ſingulos eoꝝ ſpūs ſanctus:qui ꝛ diſpartitus apparet ſm diuerſa donoꝝ officia:ꝛ tamē vnit p charitatē:ꝛ ſic ꝓpter primū apparuit in diſpartitis linguis (ut dicit prime Cor.xii.) Diuiſiōes grārum ſunt:in colūbe ſpecie ꝓpter ſecūdum. ¶ Tertio ꝓpter gemitū.Colūba eniz habet gemitū pro cantu:ſic ſpūs ſanctus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus ꝛc.(ut dicit Rom.viii. Nam ii.) Ancille eius mirabant. ¶ Quarto ꝓpter fecūditatem.hec eniz colūba aīal fecūdiſſimū eſt.idcirco ad deſignādum fecūditatē grē ſpūalis in eccleſia:in ſpecie colūbe ſpūs ſanctus apparuit.Hinc ē ꝙ Leuitici.xv.Dñs pullos colūbarum offerre ꝑcepit. ¶ Quinto ꝓpter colūbe cautelam. Sedet enim ſup riuos aquarū in quibus reſpiciēs falconem uolitātem ꝯſpicit ꝛ ſibi ab eo cauet.Cant.vi. Oculi tui ſicut colūbe ꝛc.Unde qr ī baptiſmo eſt noſtra tutela ꝛ defenſio:cōgrue in ſpecie columbe ſpūs ſanctus apparuit.Reſpondet igit figure ueteris teſtamēti:ſicut enim columba deferens ramū virentis oliue oſtēdit ſignum demētie dei his qui reſidui fuerāt ex aquis diluuij:ita ꝛ in baptiſmo ueniēs ſpūs ſanctus in columbe ſpecie oſtendit ſignum diuine demētie:que baptiçatis ꝛ peccata remittit ꝛ grām cōfert.Dicit autem [Manentem ſup eum.] qr in manſione quies deſignat. Et ꝙ ſpūs ſanctus in aliquo non quieſcit duplici de cauſa cōtingit. ¶ Una eſt ex peccato.Omnes eni alij hoīes preter chriſtum uel ſauciant vulnē peccati mortalis per qȯ effugat ſpiritus ſanctus: uel obfuſcant macula ueniali:per quam aliqua operatio ſpūs ſancti impedit. In chriſto autem neqz mortale nec ueniale nec originale peccatū fuit.vnde nec in eo fuit ſpūs ſanctus inquietatus:ſed ſuper eum māſit.i.quieuit. ¶ Alia cauſa:qr quātuz ad gratias gratis datas nō ſemp adeſt alijs ſanctis poteſtas opandi.Sicut non ſemp adeſt ſanctis poteſtas operādi miracula:nec ꝓphetis ſpiritus ꝓphetie. Chriſtus vō ſemper habuit poteſtatem ad oēm opationem virtutū ꝛ gratiarum. Et ideo ad hoc deſignādum[ſuper eum manſit.] Unde hoc ꝓprium ſignum fuit agnoſcendi chriſtum (ut dicit in glo.Iſa.xi.) Requieſcet ſup eum ſpūs ſanctus dñi.Qȯ intelligenduz eſt de chriſto inquātum eſt homo ſm ꝙ eſt minor patre ꝛ ſpiritu ſancto. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Et ego neſciebam eum: ſed qui miſit me baptiçare in aqua: ille mihi dixit. Super quem videris ſpiritum deſcendentem ꝛ manentem ſuper eum: hic eſt qui baptiçat in ſpiritu ſancto: ꝛ ego vidi ꝛ teſtimonium ꝑhibui: quia hic eſt filius dei.

¶ Inſtruit de itellectu viſionis ꝑdicte.Quidā eni heretici.ſ.ebyonite dicebāt chrz a pricipio natiu-

Quare.ſ.ſ.in forma colūbe apparuiſſe legit quā adē ī ſpē ignis. Scda ratio.

S.ſ.apparet diſpertit9 ſm diuerſa donoꝝ offā

Tertia ratio.

Quarta rō.

Quinta rō.

Prima rō. Peccatū mortale ē cā qre.ſ.ſ. ab hoīe effugat. Ueniale vō ē cā ꝙ aliā ſ.ſ.opō ipedit Chūs nō actuali pctō tuz originali oino īmunis extitit Scda ratio.

Poſitio ebyonitarum.

tatis ſue:neqꝫ chriſtū fuiſſe nec filiū dei:ſed ex tūc
filius dei ꝛ chriſti eē incepit: quādo in baptiſmo
oleo ſpūs ſancti vnctus fuit. ¶ Sed hoc eſt fal-
ſum:q2 in ipſa hora natiuitatis angelus dixit pa
ſtoribus. Luce .ii. Natus eſt uobis hodie ſaluator
qui eſt chriſtus dn̄s in ciuitate dauid. Ne ergo ali
qs crederet ſpūm ſanctū in baptiſmo ſupra chri-
ſtum deſcēdiſſe quaſi de nouo chriſtus indigeret
ſpiritu ad ſui ſctificationē. ¶ Jdeo cām ſui deſcē
ſus baptiſta oſtēdit dicēs:ꝙ nō deſcēdit ꝓpt ſui
neceſſitatē:ſed ꝓpter nos ut.ſ.gr̄a eius nobis ma
nifeſtaret:ꝛ ideo dicit[Ego neſciebā eum:ſed ut
Queſtio. manifeſtaret ꝛc̄.] ¶ Sed hic orit queſtio. Dic̄ eni.
[qui miſit me baptiꝫare ꝛc̄.] Si dicat ꝙ pater mi
ſit eum:uerū eſt. Similr̄ ſi dicat ꝙ filius:manifeſti
us:cum dicat ꝙ ꝛ pater ꝛ filius miſit eum:q2 Jo
annes nō eſt de illis de quibus dicit Hiere. xxiii.
Non mittebā eos ꝛ ipſi currebāt. Quomō ergo
Reſponſio. dicit[ego neſciebā eum.] ſi filius miſit eum. Si di
cat ꝙ lꝫ cognoſceret eum ſm diuinitatē:nō tn̄ co
gnoſcebat eum ſm humanitatē:niſi poſtq̄ꝫ vidit
Contra rn̄ſio nē argumētū ſpūm deſcēdentē ſup eum. ¶ Cōtra ſpūs eni ſan
ctus deſcēdit ſup chriſtū qn̄ baptiꝫatus eſt. Joā-
nes aūt cognouit chriſtuꝫ anteq̄ꝫ baptiꝫaret:alſ
nō dixiſſet[ego debeo a te baptiꝫari ꝛ tu uenis
Uera rn̄ſio. Pr̄a Criſo. ad me.] ¶ Eſt ergo dicēduꝫ ꝙ tripl'r pōt ad hāc
q̄ōnem rn̄deri. Unomō ſꝫ Criſo. ut referat ad co
gnitionē humanitatis:ut ſit ſenſus[ego neſciebā
eum.] ſ.familiariter. Et ſi obijciat ꝙ dicit Joannes
[Ego a te debeo baptiꝫari ꝛc̄.] Dicit iſta duo ſūt
ad diuerſa tpa referēda:ut in hoc ꝙ dicit[ego ne
ſciebā eum.] referat ad tēpus diu an baptiſmum
in quo nondū chriſto familiaris erat. Hoc v̓o q̄ꝺ
dicit[ego a te debeo baptiꝫari.] referat ad tēpus
illud in quo baptiꝫatus eſt chriſtus quādo iaꝫ ꝓ
pter frequētē viſitationē eius chriſtus familiaris
Scḋa Hier. erat. ¶ Aliomō ſm Hiero. dicēdum ꝙ erat chri-
ſtus filius dei ꝛ ſaluator mūdi ꝛ hoc quidem ſcie
bat Joānes:ſed neſciebat eum per baptiſmū mū
Tertia Aug. ꝛ melior. di ſaluatorē:ꝛ ideo hoc q̄ꝺ neſciuit addidit.ſ.ꝙ
[hic eſt qui baptiꝫat in ſpū ſancto.] ¶ Sed meli-
us dicēdū eſt ſm Aug. ꝙ aliqd ſciuit ꝛ aliquid ne
ſciuit:ꝛ hoc q̄ꝺ neſciuit addidit.ſ.ꝙ ꝑtāteꝫ bapti-
ꝫādi quam potuit fidelibus ſuis cōicare ſibi ſoli
retinuit. Et hoc eſt q̄ꝺ dicit[qui miſit me baptiꝫa
re in aqua ꝛc̄.] Hoc eſt ſingulariter.ſ.ꝛ ſolus q ba
Triplex atten dit in baptiſ-mo poteſtas. Prima ptā s ptiꝫat in ſpū ſancto:ꝛ nullus alius:q2 hāc ꝑtāteꝫ
ſibi ſoli retinuit. ¶ Notādum aūt ꝙ triplex pote-
ſtas chriſti attendit in baptiſmo. Una eſt efficiētie
qua mūdat interius aīam a macula peccati:quaꝫ
quidē ꝑtātem hēt chriſtus inquātū eſt deus:non
aūt inquātum homo:ꝛ hec ꝑtās nulli alij pōt cō-
Scḋa ptās. municari. ¶ Alia ꝑtās eſt miniſterij:quam q̄dem
cōicauit fidelibus Mat. ultimo. Baptiꝫātes eos ī
noīe patris ꝛ filij ꝛ ſpūs ſācti ꝛc̄. Et ideo ſacerdo-
tes ut miniſtri ꝑtātem habēt baptiꝫādi. Chriſtus
aūt inquātum hō miniſter dicit(ut Aplus dic.t.)
ſed tn̄ caput eſt oīum miniſtroꝝ eccl'ie:ꝛ quātum
ad hoc habet ſingulariter ꝑtātem excellētie in ſa-
cramētis:que q̄dem excellētia appet in quatuor.
Primo in ſacroꝝ inſtitutione:q̄ꝺ nullus hō pur⁹
Sacr̄a inuiſibi lē ꝯferūt grāꝫ nec etiā tota eccl'ia poſſet ſacr̄a inſtituere uel ſacr̄a
mutare aut a ſacr̄is abſoluere. ¶ Nam ſacr̄a inui-
ſibilē grām ꝯferūt ex eoꝝ inſtitutione. Cōferre au
tem grām ſolius dei eſt. Et ideo ſolus qui eſt uer⁹
deus ſacr̄a pōt inſtituere. ¶ Scḋm eſt quātuꝫ ad

meriti chriſti efficaciaꝫ. Nam ex merito paſſionis
chriſti ſacr̄a v̓tutem hn̄t. Rom. vi. Quicūqꝫ bapti
ꝫati ꝛc̄. ¶ Tertiū eſt q2 chriſtus pōt conferre effe
ctum baptiſmi ſine ſacr̄o: quod ſolius chriſti eſt.
¶ Quarto q2 aliquo tēpore baptiſmus confere
bat ad inuocationē noīs chriſti:ſed modo nō ita
fit. Que quidē quatuor nulli hoīum cōicauit: lꝫ
aliquid coꝝ cōicare potuiſſet:puta ꝙ in noīe pe
tri uel alicuius alterius cōferret baptiſmus:ꝛ for-
te aliquē alioꝝ. Sed hoc nō ideo fuit factū ne fie-
ret ſciſma in eccl'ia:ſi baptiꝫati ſpem ſuā ponerēt
in illis in quoꝝ noīatione baptiꝫarent. Hoc ideo
didicit ioānes per hoc ꝙ ſpūs ſanctus deſcendit
ſup eum:ꝙ chriſtus ſolus interius eſt qui ſua vir-
tute baptiꝫat. ¶ Et forte poſſet dici ꝙ cum dicit.
[Ego a te debeo baptiꝫari ꝛc̄.] cognoſcebat eum
per internā reuelationē. ſed cum vidit ſpūm ſan-
ctum deſcēdētem ſup eum:cognouit eum: ꝛ per
exterioris ſigni manifeſtationē:ꝛ ideo utrūqꝫ mo
dum cognitionis tāgit. Primū cuꝫ dicit[Qui me
miſit baptiꝫare ille mihi dixit.] i. interius reuela-
uit. Scḋm quādo addidit[ſup queꝫ videris ꝛc̄.]
¶ Cōſequēter oſtēdit quid baptiſta ex hac viſio-
ne itellexit.ſ.ꝙ chriſtus eēt filius dei:ꝛ hoc eſt q̄ꝺ
dicit[ꝛ ego vidi.] ſ.ſpūm deſcēdentē ſup eum. [ꝛ
teſtimoniū ꝑhibui q2 hic.] ſ.chriſtus[eſt fili⁹ dei.]
ſ.uerus ꝛ nālis. Filij enim adoptiui patris fuerūt
ad ſimilitudinē filij dei nālis. Rom. viii. Quos ꝑ-
ſciuit cōformes fieri ꝛc̄. Jlle ergo debet filios dei
facere qui baptiꝫat in ſpū ſancto per quē filij ado
ptant. Ro. viii. Nō enim accepiſtis ſpūm ſeruitu-
tis ꝛc̄. ſed ſpūm adoptionis ꝛc̄. Quia ergo iſte.ſ.
chriſtus eſt qui baptiꝫat in ſpū ſancto: ideo recte
ꝯcludit baptiſta ꝙ eſt filius dei uerus ꝛ purus. i.
Jo. ultimo. Ut ſimus in uero filio eius ꝛc̄. ¶ Sed
ſi alij viderūt ſpūm ſcm̄ deſcēdētē ſup eū qre nō
crediderūt? ¶ Rn̄deo q2 nō erāt diſpoſiti ad hoc
uel forte q2 ſoli baptiſte viſio illa demōſtrata eſt.

Altera die iterū ſtabat ioānes ꝛ ex
diſcipulis eius duo:ꝛ reſpiciēs ie- **LEC.XV**
ſum ambulātē dixit:ecce agn⁹ dei.

Supra euangeliſta poſuit teſti-
mōia baptiſte ad turbas
hic ꝯñter ponit eius teſtimonia ad diſcipulos io
annis. Et primo ponit teſtimoniū. Scḋo oſtēdit
teſtimonij fructus ibi[ꝛ audierūt eum ꝛc̄.] Circa
primū tria facit. Primo deſcribit teſtis. Secundo
aſſignat modus teſtificādi. Tertio ponit eius teſti
moniū. Sed teſtis deſcribit cum dicit[Altera die
iterū ſtabat ioānes ꝛc̄.] Jn hoc autē q̄ꝺ dicit [ſta
bat.] tria notat circa ioānē.ſ. doctrine ipſius mo-
dus qui differēs fuit a modo doctrine chriſti ꝛ di
ſcipuloꝝ eius. Chriſtus enim circūeūdo docebat.
vn̄ dicit Mat. iiii. ꝙ circuibat ieſus totā galileā ꝛc̄.
Similr̄ ꝛ apl'i diſcurrēdo per mūdum docebant.
Mat. ultimo. Euntes in mūdū vniuerſum ꝛc̄. Sꝫ
ioānes ſtando docebat. vn̄ dicit[ſtabat ioānes.]
ſ. in vno loco trās iordanē ꝛ inſtruebat de chriſto
oēs ad eum uenientes. ¶ Ratio aūt quare chriſt⁹
ꝛ eius diſcipuli diſcurrēdo docebāt eſt:q2 predi-
Predicatio chr̄i facta erat credibilis per miracula. catio chriſti facta erat credibilis per miracula: ꝛ
ideo circuibāt diuerſa loca: ut miracula ꝛ virtu-
tes chriſti innoteſcerēt. ¶ Predicatio v̓o ioannis
non eſt cōfirmata miraculis. vn̄ dicitur. j. iiii. Jo-
annes ſignum fecit nullum:ſed merito ꝛ ſctitate

vite: ⁊ ideo[ſtabat]in loco vno: ut diuerſi ad eum
ꝯfluerēt: ⁊ per eius ſcitatē ducerent ad chriſtū. Si
milr̄ etiā ſi ioānes ſine miraculis diſcurriſſet ad ꝑ
nūciādū chriſtū: eius teſtimoniū incredibileꝰ red-
deret: cū videret̄ iportune ⁊ q̄ſi ingerēdo ſe hoc fa
cere. ¶ Scd̄o notat Jo. ꝯſtātiā in v̄itate: q2 ioan-
nes nō fuit arūdo uēto agitata ſed firmꝰ fide ſm
illud .i. Cor. x. Qui ſe exiſtimat ſtare ⁊c̄. Abac. ii.
Sup cuſtodiā meam ſtabo. ¶ Tertio allegorice
notat ꝙ ſtare allegorice idem eſt qd̄ deficere. iiii.
Reg. vi. Stetitq3 oleū .i. defec̄. ſtabat ergo ioānes
ueniēte chriſto: q2 cum uenit v̄itas deficit figura.
Joānes ſtat: q2 lex trāſit. ¶ Modus aūt teſtificā
di ponit̄ certus: q2 cum aſpectu. Vn̄ dicit[⁊ reſpi-
ciēs ieſum ambulātē.] ¶ Ubi ſciēdum eſt ꝙ pro-
phete ꝑhibuerūt teſtimoniū chriſto. Act. x. Huic
oēs ꝓphete ⁊c̄. Silr̄ ⁊ apl̄i per mūdū diſcurrētes
Act. i. Eritis mihi teſtes in hierl̄m ⁊ in omni iu-
dea ⁊c̄. Sed tn̄ nō per viſuz: neq3 de p̄n̄te: ſed de
abſente: ꝓphete q̄dē ut de futuro: apl̄i v̄o ut de p̄
terito. Sed ioānes chriſto ſibi p̄n̄te ⁊ a ſe viſo te-
ſtimonium ꝑhibuit. Et ideo dicit[Et reſpiciēs.]
oculis corpis ⁊ mētis: iuxta illud pſal̄. Reſpice i
faciē chriſti tui. Jſa. lii. Stulo ad oculū videbūt. ſ3
dicit[ambulātem.]ut deſignet incarnatiōis my-
ſteriū per qd̄ dei v̄bū mutabilē nām aſſumpſit. J.
xvi. Exiui a p̄re in mūdū ⁊ ueni in mūdū. ¶ Con
ſequēter ponit̄ teſtamētū cum dicit[Ecce agnus
dei.]qd̄ nō ſolū eſt demōſtratiuū ſed admiratiuū
v̄tutis ipſius. Jſa. ix. Uocabit̄ nomē eius admira
bilis. Et uere admirabilis v̄tutis eſt iſte agnꝰ qui
occiſus leonē iterfecit. Jllū inq3 leonē de quo di-
cit̄. i. Petri ultimo. Aduerſarius ueſter diabolus:
tanq3 leo rugiēs ⁊c̄. ⁊ ideo ipſe agnus leo uocari
meruit victor ⁊ glorioſus. Apoc. v. Ecce vicit ⁊c̄.
¶ Breuiter autem teſtimoniū ꝓfert dicens.[Ecce
agnus dei ⁊c̄.]tum q2 diſcipuli quibus hoc teſti-
moniū ꝑhibebat ex his que audierāt a ioanne iā
ſatis inſtructi erāt de chriſto. Tunc etiā q2 ꝑ hoc
ſatis intelligit̄ tota intētio ioānis que ad hoc ſo-
lum erat ut eos ad chriſtū duceret. Nec dicit: ite
ad eum ne videant̄ diſcipuli grām p̄ſtare chriſto
ſi eum ſequerent̄: ſed cōmēdat chriſti grām: ut q̄-
ſi in bn̄ficiū ſibi cōputēt ſi chriſtū ſequunt̄. ⁊ ideo
dicit[Ecce agnus dei.] i. ecce in quo eſt grā ⁊ vir-
tus purgatiua peccatoꝝ. Agnus enim offerebat̄
pro peccatis(ut dictū eſt.) ¶ Cōſequenter ponit̄
fructus teſtimonij cum dicit.

Intētio Jo. ſolū erat ut di ſcipulos ſuos ad chriſtū ducēt

**¶ Et audierunt eum duo diſcipuli loquē-
tem: ⁊ ſecuti ſunt eum.**

¶ Et primo ponit̄ fructus ꝓueniēs ex teſtimonio
ioānis ⁊ diſcipuloꝝ eius. Secūdo v̄o ponit̄ fructꝰ
ꝓueniēs ex p̄dicatione chriſti ibi [Jn craſtinum
aūt uoluit ⁊c̄.] Circa primū primo ponit̄ fructꝰ ꝓ
ueniēs ex teſtimonio ioānis. Secūdo fructus pro
ueniēs ex p̄dicatione vnius diſcipulorū eius ibi
[Erat aūt andreas ⁊c̄.] Circa primū duo fac̄. Pri
mo ponit̄ incohatio huius fructus ex teſtimonio
ioānis facta. Scd̄o ponit̄ cōſumatio facta ꝑ chri-
ſtuz ibi[Cōuerſus aūt ieſus ⁊c̄.] Dicit ergo primo
[Et audierūt eum.] ſ. ioānē duo diſcipuli qui erāt
cum eo loquētem[Ecce agnus dei.] ⁊ ſecuti ſunt
ieſum: ad lr̄am eūtes cum eo. Ubi q̄tuor ſm Cri-
ſo. ꝯſiderari p̄nt. ¶ Primo q2 hoc qd̄ ioānes lo-
quit̄ ⁊ chriſtus tacet ⁊ uerbo ioānis diſcipuli con
gregant̄ ad chriſtū: cōpetit miniſterio. Chriſtus
enim eſt ſpōſus eccl̄ie. Joānes v̄o amicus ⁊ para-
nimphus ſpōſi. ¶ Officiū aūt paranimphi ē ſpō
ſaz tradere ſpōſo: ⁊ loquēdo pacta tradere. Spō
ſi aūt eſt quaſi p̄e uerecūdia tacere: ⁊ de ſpōſa iā
habita ꝓ uelle diſponere. Sic ergo diſcipuli tra-
dunt̄ a ioāne chriſto quaſi deſpōſati per fidē. Jo
annes loquit̄: chriſtus tacet: ſed tn̄ ſuſceptos dili-
genter inſtruxit. ¶ Secūdo v̄o ꝙ cum ioānes di-
gnitatē chriſti cōmēdās dixit. Ante me factus eſt:
⁊ quoniā nō ſum dignus ſoluere corrigiā calcia-
mēti eius nullus cōuerſus eſt. Sed quādo humi-
lia de chriſto ⁊ incarnationis miniſteria locutꝰ eſt
tūc ſecuti ſunt eum diſcipuli: q2 humilia ⁊ que ꝓ
nobis paſſus eſt chriſtus magis mouēt nos. ⁊ iō
dicit̄ Cant. i. Oleum effuſum nomē tuū ⁊ miſicor
dia qua ſalutē oium ꝓcuraſti: ⁊ ideo ſtatim ſequi
tur: adoleſcētule dilexerūt te nimis. ¶ Tertio q2
uerbū p̄dicationis eſt ſicut ſemē cadēs in diuiſas
terras. Jn vna quidē fructificat: in alia non. Jta ⁊
ioānes cum p̄dicat nō oēs diſcipulos cōuertit ad
chriſtū: ſed duos tn̄. ſ. qui bene diſpoſiti erāt. alij
v̄o ecōtrario inuidia mouent̄ ad chriſtū: vn̄ ⁊ qō
nem ei mouent(ut dicit̄ Mat. ix.) ¶ Quartuz eſt
ꝙ diſcipuli ioānis audito eius teſtimonio de chri
ſto nō ſtatim ingeſſerūt ſe ad loquēdū cum eo ex
arrupto: ſed quaſi ſtudioſi cum quadā uerecūdia
ſingulariter loqui cum eo ⁊ in ſecreto loco ſtudu
erūt. Ecc̄es. viii. Omni negocio tēpus eſt ⁊ oppor
tunitas. ¶ Conſequēter ponitur conſumatio fru
ctus cum dicit.

Chriſtus eſt ſponſus eccl̄ie. Jo. bap. amicꝰ ⁊ paranimphus ſponſi.
Offm̄ paranim phi ē ſpōſam tradē ſpōſo ⁊ loquendo pacta tradere.

**¶ Cōuerſus aūt ieſus ⁊ vidēs eos ſequen
tes ſe dicit eis. Quid queritis?**

¶ Qd̄ enim ioānes incohauit cōſumat̄ per chrūm
Quia neminē ad ꝑfectū adduxit lex(ut habet̄ he
breo. vii.) Et circa hoc chriſtus duo fecit. Primo
enim examinauit diſcipulos ſequētes. Scd̄o eos
inſtruxit ibi[dicit. Uenite ⁊ videte.] Circa primuz
primo ponit̄ chriſti examinātis interrogatio. Se
cūdo diſcipuloꝝ examinatoꝝ rn̄ſio ibi[Qui dixe
runt ei rabi ⁊c̄.] Dicit ergo [Cōuerſus ieſus aūt ⁊
vidēs eos ⁊c̄.] Et quidē per lr̄alem ſenſum intelli
gēdum eſt ꝙ chriſtus eos p̄ibat: ⁊ hi duo diſcipu
li euz ſequētes faciē eius minime videbāt: ⁊ ideo
chriſtus ut daret eis fiduciā cōuertit ſe ad eos. Jn
quo dat̄ nobis intelligi ꝙ oibus qui chriſtum ſe
qui incipiūt puro corde: dat fiduciā uel ſpem mi-
ſericordie. Sap̄. vi. Preoccupat eos qui ſe cōcupi
ſcūt. ¶ Cōuertit aūt ſe ieſus ad nos ut videatur a
nobis: hoc erit in illa beata viſione qn̄ oſtēdet no
bis faciē ſuā(ut dicit̄ in pſal̄.) Oſtēde nobis faci-
em tuā ⁊ ſalui erimus. Quādiu eniz in mūdo iſto
ſumus videmus poſteriora eius: q2 per effectꝰ in
ſuam cognitionē uenimus. vn̄ dicit̄ Exo. xxxiii.
Poſteriora mea videbis. ¶ Jtē ꝯuertit ſe ut opē
ſue mīe nobis impēdat. Hoc petebat pſal̄. Cōuer-
tere dn̄e aliquātulū ⁊c̄. Quādiu enim chriſtꝰ opꝫ
ſue miſerationis nō impēdit: videt̄ a nobis auer-
ſus. Cōuerſus eſt ergo ieſus ad diſcipulos ioan-
nis eum ſequētes: ut ⁊ faciē ſuam eis oſtēderet ⁊
grām eis infunderet. ¶ Examinat aūt eos ſpeci-
aliter de intētione. Sequētiū nāq3 chriſtū non ea
dem intētio eſt. Quidā enim eum ſequunt̄ ꝓpter
bona tp̄alia. Alij v̄o ꝓpter bona ſpūalia. Et ideo
q̄d iſti intēdāt dn̄s querit dicēs[Quid queritis?]

Jeſus qn̄ opē ſue miſeratiōis nob̄ nō impē- dit dr̄ a nobis auerſus.
Quidā ſequū tur chrm̄ ꝓpt bona tp̄alia: q dā aūt ꝓp bo- na ſpūalia.

Non quidē ut diſcat: ſed ut rectā intentionē aperi
entes: magis familiares faciat: ⁊ oſtēdat eos audi
tione dignos. ¶ Notādū aūt ꝙ hoc eſt ꝑmū uer
bum qđ chřs in iſto euāgelio loquit̄: ⁊ congrue.
Quia ꝑmū qđ querit deus ab hoīe: eſt recta itē
tio. Et ſm Origenē poſt ſex uerba que Joānes di
xerat: chriſtus 7^m locutus eſt. Primū nāqȝ ioānes
baptiſta locutus eſt: quādo teſtimoniū ꝑhibens
de chřo clamabat dicēs. hoc eſt ꝙ dixi ⁊c̄. Aliud
quādo dixit [Nō ſuȝ dignus ſoluere corrigiā ⁊c̄.]
Tertiū quādo dixit [Ego autēȝ baptiço in aqua
medius aūt ueſtrū ⁊c̄.] Quartū [Ecce agnus dei.]
Quintū [Uidi ſpūm deſcēdētē quaſi colūbā ⁊c̄.]
Sextū cū hic dicit [Ecce agnus dei ⁊c̄.] Et chriſt⁹
ſeptimū loquit̄ ut intelligas myſtice: ꝙ quies que
deſignat̄ per .7. dies nobis eſt futura per chřm: ⁊
ꝙ in ipſo eſt plenitudo ſeptiformis grē ſpūs ſctī.
¶ Conſequenter reſpondent diſcipuli.

Notandum.

Primū qđ querit de⁹ ab hoīe ē recta īētio.

¶ Qui dixerunt ei. Rabi: quod dicitur inter
pretatum magiſter: ubi habitas? Dicit eis.

¶ Et quidē interrogati de vno: duo reſpondent.
primo quidē q̄re chřm ſequant̄. ſ. ut adiſcāt. vnde
⁊ magiſtrū eū uocāt [Rabi] qđ dī īterptatū magi
ſter: q̄ſi dicerēt querimus: ut nos doceas. Jā eniȝ
ꝓcognoſcebāt: qđ dicit̄ Mat. 23. Un⁹ eſt magr̄ ue
ſter chřs. Scđo vo ꝙ ſequēdo querūt. ſ. [ubi ha
bitas.] qđ qdē litteraliter dici pōt ꝙ in ueritate do
muȝ chřī querebāt. ꝓpter eni mira ⁊ magna: que
a ioāne de eo audierāt nolebāt eum ꝑfunctorie i
terrogare: nec ſemel tm̄: ſed frequenter ⁊ ſerioſe: ⁊
ideo domū eius ſcire uolebāt: ut frequēter ad euȝ
accederēt iuxta conſiliū ſapientis Ecc. 6. Si vide
ris ſenſatū euigila ad illū ⁊c̄. Et Prou. 8. Beat⁹ qui
audit me ⁊ vigilat ad fores meas quotidie. ¶ Al
legorice aūt in celis eſt habitaculū dei ſȝ illud ꝑs.
Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis.
Querūt ergo ubi chřs habitet: q: ad hoc debere
mus chřm ſequi: ut per eū ducamur ad celos. i. ad
gloriā celeſtē. ¶ Moralit̄ aūt īterrogāt ubi habi
tas: q̄ſi uellēt ſcire q̄les debēt eē hoīes: qui digni
ſunt: ꝙ chřs habitet in eis: de quo habitaculo di
cit̄ Ephe. 2. Edificamini in habitaculum dei. ⁊ ex
Can. Indica mihi quē diligit aīa mea: ubi paſcas
⁊c̄. ¶ Conſequenter cum dicit.

Senſus litteralis.

Senſus allegoricus

Senſus moralis

¶ Uenite ⁊ videte. Uenerūt ⁊ viderunt ubi
maneret: ⁊ apud euȝ manſerunt die illo. ho
ra autem erat quaſi decima.

¶ Ponit̄ inſtructio diſcipuloꝝ a chřo. ⁊ primo de
ſcribit̄ ipſa inſtructio diſcipuloꝝ a chřo. Secūdo
cōmendat̄ diſcipuloꝝ obediētia [uenerūt ⁊ vide
rūt.] Tertio determiant tēpus q: [hora erat q̄ſi de
cima.] Dicit ergo ꝑmo [uenite ⁊ videte.] ſ. ubi ha
bitē. ¶ Sed hic eſt queſtio cū dñs dicat Mat. 8.
filius hominis non habet ubi caput ſuū reclinet.
Quare dicit uenite ⁊ videte ubi habito? ¶ Rñ
deo dicēdū ſm Criſ. ꝙ per hoc ꝙ dixit dñs fili⁹
hoīs nō hēt ubi caput ſuū reclinet. demōſtrauit ꝙ
nō habuit ꝓpriū habitaculū: nō ꝙ in domo alicu
ius alteri⁹ nō maneret. Et ad hāc vidēdā iſtos in
uitabat dicēs [uenite ⁊ videte.] ¶ Myſtice aūt di
cit [uenite ⁊ videte.] q: habitatio dei ſiue glie ſiue
grē agnoſci nō pōt niſi per expientiā. Nam uerbis
explicari nō pōt. Apoc. 2. In calculo nomē nouū
⁊c̄. ⁊ ideo dicit [uenite ⁊ videte.] uenite credendo
⁊ operando. [⁊ videte] experiendo ⁊ intelligēdo.

Dubitatio.

Rñſio Criſ.

Senſus myſticus.

¶ Notādū aūt ꝙ q̄tuor modis ꝑuenit̄ ad hāc co
gnitionē. ¶ Primo per bonorū operū actionēȝ.
vnde dicit [uenite.] Pſal. Quādo ueniā ⁊ appare
bo ante faciē dñi. ¶ Secūdo per mētis quietē ſeu
uacationē. pſal. Uacate ⁊ videte. ¶ Tertio per di
uine dulcedinis guſtationē. pſal. Guſtate ⁊ videte
quoniā ſuauis eſt dñs. ¶ Quarto per orationem
deuotionis. Treñ. 6. Leuemus corda nřa cū mani
bus orādo ⁊c̄. Et ideo dicit dñs Luc. 24. Palpa
te ⁊ videte ⁊c̄. ¶ Cōſequēter ponit̄ diſcipulorum
obediētia: quia ſtatim ſequit̄ [uenerūt ⁊ viderūt.]
Quia ueniēdo viderūt ⁊ vidētes nō deſeruerunt.
vñ dī [Et manſerūt ibi die illo.] q: (ut dicit̄. j. 6.)
Oīs qui audit a pře ⁊c̄. Qui enim recedūt a chřo
nō viderūt eū adhuc ſicut videre opȝ. ¶ Iſti autē
qui ꝑfecte credēdo eū viderūt: māſerūt ibi die il
lo. audientes ⁊ vidētes. beatum diem: beatā no
ctē duxerunt. 3. Reg. 10. Beati viri tui ⁊ beati ſerui
tui ⁊c̄. hi qui ſtāt corā te ſemꝑ ⁊c̄. Et ideo (ut dicit
Auguſtinus) Edificem⁹ ⁊ noſmetipſi in corde no
ſtro ⁊ faciam⁹ domū quo ueniat ille ⁊ doceat nos
Et dicit [die illo] q: nox eſſe nō pōt ubi eſt lumen
chřī: ubi eſt ſol iuſtitie. ¶ Tēpus aūt determiatur
cōſequēter cū dicit [hora autē erat ⁊c̄.] qđ qdēȝ
euangeliſta determinat: ut ſm lřam inſinuet com
mēdationem chřī ⁊ diſcipuloꝝ. hora eni decima
eſt in occaſu diei: ex quo ⁊ chřs commendat̄: qui
tā ſtudioſus erat ad docēdū: ꝙ nec ꝓpt̄ tēporis
tarditatē eos docere diſtulit: ſed in hora decima
docuit eos. Ecc. 10. Mane ſemina ſemē tuū ⁊c̄. Si
militer etiā cōmendat̄ ⁊ diſcipuloꝝ temperantia:
q: etiā hora decima qua cōſueuerūt hoīes come
diſſe ⁊ cēminus ſobrij ad ꝑceptionē ſapientie ipſi
⁊ ſobrij ⁊ apti erāt ad ſapiētiā audiendā: nec pro
pter cibū: aut vinū īpediebātur. Nec mirū q: diſci
puli eius fuerāt. ſ. Joannis: cuius pot⁹ erat aqua
eſca aūt locuſta ⁊ mel ſilueſtre. ¶ Scđȝ aūt Augu
ſtinū per horā decimā lex ſignat̄ que in chřm ꝑce
ptis data eſt. Erat ergo hora decima quando iſti
uenerūt ⁊ māſerunt cū chřo ⁊ ab eo erudiunt̄: ut
impleretur lex per chřm: que a iudeis impleri nō
poterat. Et ideo etiam in ipſa hora uocatus eſt
[Rabi.] i. magiſter. ¶ Conſequenter cum dicit.

Quatuor modis ꝑuenit̄ ad dei cognitionē

Nox eē ñ pōt ubi eſt lumen chriſti ubi eſt ſol iuſtitie.

Expō Aug.

¶ Erat autēȝ Andreas frater Simonis pe
tri: vnus ex duobus qui audierat a ioanne:
⁊ ſecuti fuerant eum.

¶ Ponit̄ fructus quē fecit diſcipulus ioannis con
uerſus ad chřȝ. Et ſuꝑ hoc ꝑmo deſcribit̄ diſcipu
lus. ſecūdo fructus ab ipſo incohat⁹ ibi [Inuenit
hic primū ⁊c̄.] Tertio ponit̄ ꝯſumatio fructus fa
cta per chřm ibi [Intuitus aūt eum ieſus:] Deſcri
bitur autem diſcipulus. primo a nomine cū dicit
[Erat aūt Andreas.] i. virilis. pſal. Uirilit̄ agite ⁊
conforteť cor ueſtrū. ⁊ īponit̄ autē nomē: ut oſten
dat̄ eius priuilegiū: tū q: prior conuerſus eſt ad fi
dē chriſti ꝑfecte: tum etiā q: chriſtū ꝑdicauit. vn
de ſicut Stephanus fuit ꝑmus martyr poſt chřȝ
iſta ⁊ Andreas fuit prim⁹ chriſtianus. ¶ Secūdo
deſcribit̄ a cognatione. Quia [frater Simonis pe
tri.] q: iunior erat. Et hoc qdē eſt ad cōmēdatio
nē ſuā: ut qui etate poſterior: fide efficiat̄ primus.
¶ Tertio a diſciplina. Quia [vnus ex duob⁹ qui
audierāt a ioāne.] Et huius quidē nomē deſcribi
tur ad oſtendendum Andree priuilegiū qđ inſi
gnis fuerit. Alterius eni nomen tacet: aut quia ſ

Comendatio Andree.

le alius fuit Joánes euágeliſta: cuius conſuetudo eſt in ſuo euangelio cum de eo agit nomé ſuú nó exprimere ꝓpter humilitaté. Aut ſm Criſo. nó fuit aliquis inſignis nec fecit aliquod magnú. vnde nó fuiſſet utilitas nomé eius ponere. Sic eni ꝛ Lucas Luc. 10. nomina ſeptuaginta duorú diſcipulorú quos dñs binos miſit ante faciè ſuá: non poſuit: q2 nó erát ſolemnes perſone ꝛ inſignes: ſicut apoſtoli fuerút. Aut ſm Alcuinum. Ille diſcipulus fuit Philippus. Et hoc patet: q2 ſtatiʒ poſtq̄ euangeliſta ꝓſecutus eſt de Andrea. ꝓſequitur de Philippo dicens [In craſtinum aút uoluit exire in galileá: ꝛ inuenit philippú ꝛc̄.] ¶ Quarto commendaꝛ a deuotionis ſtudio. vnde dicit [Et ſecuti fuerant eum.] i. ieſum. Job. 33. Veſtigia eius ſecut⁹ eſt pes meus. ¶ Fruct⁹ aút ſcoh atus per Andreá ponit cum dicit [Inuenit hic ꝑmú ſimoné fratreʒ ſuú.] ¶ Et primo inſinuat apud qué fructú fecit ſ. apud fratré ſuum: ut cómédet ſue cóuerſionis ꝑfectioné: ſicut eni petrus dicit in itinerario clementis. Euidés ſignú ꝑfecte conuerſionis alicuius eſt: cú cóuerſus quáto aliquis ſibi eſt magis coniunctus tanto magis ſatagit euʒ conuertere ad chꝛm. Et ideo andreas ꝑfecte ꝯuerſus nó detinuit apó ſeipʒ inuentú theſaurú: ſed feſtinat ꝛ currit cito ad fratré traditur⁹ ei bona que ſuſcepit. ¶ Et ió dic̄.

Euidés ſignú ꝑfecte ꝯuerſionis alicui⁹ eſt cú ꝯuerſus qᵗo aliqs ſibi é magis ꝯiúct⁹ tanto magis ſatagit euʒ ad chꝛm ꝯuertere.

¶ Inuenit hic primum fratrem ſuú Simonem ꝛ dicit ei. Inuenim⁹ meſſiá: quod eſt interpretatuʒ chꝛiſtus: ꝛ adduxit eú ad ieſuʒ.

¶ Scilicet Andreas. [primú.] Primo aduerbialiter [fratré ſuú Simoné] qué q̄rebat: ut ſicut erat ſanguine: ita facet eú germanú fide. Prou. 18. Frat qui adiuuaꝛ a fratre ꝛc̄. Apoc. ultio. Qui audit dicat ueni. ¶ Scd'o ponit uerba que dic̄ Andreas [Inuenim⁹ meſſiá qó interpretaꝛ chꝛs.] Ubi ſʒ Criſ. tacite reſpondet cuidam queſtioni. ſ. ſiquis eum interrogaret de quo inſtructi fuiſſent a chꝛiſto. in promptu eſt rñſio. ſ. ꝙ per teſtimonia ſcripture inſtruxit eú itátú ꝙ cognoſceret eú eſſe chꝛm. Et ió dicit [Inuenim⁹.] per qó etiá innuit ꝙ diu cú deſiderio eum queſierát. Prou. Qui inuenit ſapiétiaʒ ꝛc̄. [Meſſiam] hebꝛaice qó grece interpretatú eſt chꝛiſtus. i. vnctus latine. Quia ſpecialiter vnctus eſt oleo inuiſibili. i. ſpús ſancti. Ideo ſignáter nomine iſto manifeſtat euʒ. vñ in pſal'. dicit. Vnxit te deus tuus oleo letitie ꝑ conſortibus. i. ꝑ omnibus ſanctis. Naʒ omnes ſancti iſto oleo vngunꝛ: ſʒ iſte ſingulariter vnctus eſt ꝛ ſingulariter ſanctus. Et ideo ſm Criſ. nó dicit [meſſiaʒ] ſimpliciter: ſed cú adiectione articuli. ¶ Tertio ponit fructuʒ qué fecit: q2 [Adduxit eum ad ieſuʒ.] ſ. petrú. In quo petri obedientia cómendaꝛ. Confeſti enim cócurrit in hoc non tardás. ꝛ Andree deuotioné cóſidera: q2 duxit eú ad ieſum nó ad ſe. (Sciebat eni ſe infirmum.) Et ideo eum ad chꝛm adducit: ut ipſe euʒ inſtruat. Inſtrués ſimul per hoc ꝙ hic debet eſſe ꝑdicatoꝝ conatus ꝛ ſtudiú: ut fructus predicationis ꝛ ſtudiú nó ſibi uendicét: ſeu ad utilitaté ꝛ honoré ꝓpꝛiú conuertát: ſed ut adducant ad ieſum ideſt ad eius gloriá ꝛ honoré referant. 2. Coꝝ. 4. Non eni predicamus noſmetipſos ꝛc̄. ſed ieſum chꝛiſtum ꝛc̄. ¶ Conſumatio auté huius fructus ponitur cum dicit.

Expó Criſ.

Andree iſtructio q̄r ꝺe ꝑdicatores conari debent ꝛ ſtudé ut fruct⁹ ꝑdicatióis ad dei honoré ꝛ utilitatem ꝯuertat ꝛ nó ſibi uédicent.

¶ Intuitus autem eum ieſus dixit. Tu es ſimon filius ioanna: tu uocaberis cephas quod interpretatur petrus.

¶ Ubi chꝛiſtus ad fidem diuinitatis eum eleuare uolens incipit que diuinitatis ſunt: opera facere occulta predicés. Et primo quidé quátú ad occulta ꝑſentia. vnde [Intuitus eú.] i. ſtatim cum vidit eum virtute diuinitatis conſiderauit: ꝛ dixit ei nomen ſuú. Vñ dicit [Tu es Simó.] Nec miꝝ: q2 (ut dicꝛ ꝑ Reg. 16. homines vidét ea que apparent. deus auté intuet cor. ¶ Congruit auté hoc nomé myſterio. Nam ſimon interpretaꝛ obediens: ut iſinuet ꝙ obedientia neceſſaria eſt ei qui conuerſus eſt ad chꝛm per fidé. Actuú. 5. Dat ſpiritú ſanctum obedientibus ꝛc̄. ¶ Secúdo vo quátú ad occulta preterita. vnde dicit [filius ioána.] Quia hoc nomíe uocat⁹ eſt pater ſuus. uel ſm Mat. filius ionа cum dicit: Simon bariona ꝛ utrúq3 congruit myſterio. ¶ Joanna eni interpretaꝛ gratia: ut inſinuet ꝙ hoíes per gram ueniunt ad fidem chꝛiſti Ephe. 2. Gratia ſaluati eſtis ꝛc̄. ¶ Jona vo interpretaꝛ colúba: ut inſinuet ꝙ per ſpúm ſanctuʒ qui datus eſt nobis firmamur in amore dei: ut dicꝛ Rom. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus. ꝛc̄. ¶ Tertio vo quátú ad occulta futura: vnde dicit [Tu uocaberis cephas qó interpretaꝛ Petrus.] ꝛ in greco caput. Et cógruit myſterio: ut ille qui debet eſſe aliorú caput. ꝛ chꝛiſti vicarius firmitate inherét Mat. 16. Tu es petrus ꝛ ſup hanc petrá ꝛc̄. ¶ Sed hic eſt queſtio litteralis. Et primo q̄re chꝛiſtus impoſuit ei in principio ſue ꝯuerſionis nomé ꝛ non uoluit ꝙ a principio natiuitatis ſue hoc nomíe uocareꝛ? ¶ Et ad hoc rñdeꝛ dupli ſʒ Criſ. q̄dé. Quia noía diuinit⁹ impoſita aliquá eminentiá gr̄e ſpúalis deſignát. Quádo aút deus cóferꝛ ſpúalem grám alicui ab ipſa natiuitate nomé gratiá illá ſignificás imponit: ſicut pʒ de ioánе baptiſta qui ante a deo eſt noíatus q̄ natus. Quia fuit ſanctificatus in utero matris. Aliquádo aút aliter conferꝛ eminentia gr̄e ſpúalis tépore ꝓcedenti ꝛ talia noía diuinitus ipoñunꝛ: nó a ꝑncipio natiuitatis: ſʒ in ipſo ꝓceſſu téporis: ſicut pʒ de Abꝛaam ꝛ Sara quibus noía mutata ſunt: quádo ꝓmiſſionem multiplicádi germinis acceperút. Eodé modo ꝛ Petrus nolaꝛ diuinit⁹: quádo ad fidé chꝛiſti ꝛ gratiá apoſtolatus uocaꝛ. ꝛ ſpáliter q2 cóſtitut⁹ eſt princeps aplorú: ꝛ totius eccle: quod in alijs aplis nó eſt factú. ¶ Secúdú Auguſtinú autem Quia ſi a ꝑncipio fuiſſet noíatus Cephas: nó apparuiſſet myſterium. Et ió uoluit dñs ꝙ túc nomé héret: ut mutatió e noís eccle myſteriú appꝛeret q̄ in ꝯfeſſione fidei ei⁹ fundata erat. Petrus eni a petra dicꝛ. Petra aút erat chꝛs. In petri ergo noíe figurata eſt ecclia que ſupra firmá petrá imobileʒ i. chꝛm edificata eſt. ¶ Secúda queſtio eſt. utrum hic fuerit ipoſitú hoc nomé Simoni: an in Mattheo cú dicꝛ. tu es petrus? ¶ Et ad hoc reſpódet Auguſtinus dicés ꝙ iſtud nomé hoc loco fuit Simoni ipoſitú: ſʒ qó dicꝛ ei dñs in Mattheo. Tu es petrus ꝛc̄. nó eſt noís ipoſitio: ſed ipoſiti noís cómemoratio: ut q̄ſi utaꝛ illo noíe tanq̄ iaʒ impoſito. Alij auté dicút: ꝙ hoc nomé fuit impoſitum Simoni: qñ dñs dixit ei. Tu es petrus: ꝛ ſup hác petrá edificab o eccliam meaʒ ꝛc̄. Hic vo non imponit ei hoc nomé: ſed preſignat ꝙ ſit ei poſtmodú imponédú. ¶ Tertia queſtio eſt de uocatione Petri ꝛ Andree. Quia hic dicꝛ ꝙ fuerút uocati iux

Obediétia neceſſaria eſt ei q ꝯuſus é ad chꝛm ꝑ fidem.

Joána iterpꝛetatur gratia.

Jona iterpꝛetatur colúba.

Cephas iterpꝛetaꝛ petr⁹ ꝛ in greco caput.

Qó litteralis

Rñ Criſ.

Rñ Aug.

Petrus a petra dicitur.

Scda qó.

Rñ Aug.

Rñſio alioꝝ.

Tertia qó.

Reſponſio.

ta iordaneꝫ qui fuerūt diſcipuli ioānis. ꝛ Mat.4. dicit ꝙ chꝛs vocauit eos iuxta mare galilee. ¶ Et ad hoc dicēdū ꝙ triplex fuit vocatio apoſtolorū. ¶ Prima fuit ad cognitionē ſeu familiaritatē ꝛ fidē. ꝛ de hac dicit hic. ¶ Secūda fuit in officij preſignatiōe. de qua habet Luc.5. Ex hoc eris homines capiens. ¶ Tertia fuit ad apoſtolatū de qua dicit Mat.4. Que fuit pfecta: qꝛ poſtea non redierunt ad propria ꝛc.

LE.XVI

In craſtinum voluit exire in galileam: ꝛ inuenit philippum: ꝛ dicit ieſus. Sequere me. Erat autem philipp⁹ a bethſaida ciuitate andree ꝛ petri.

Poſito fructu qui puenit ex predicatiōe Joānis ꝛ eius diſcipuli. Cōſequēter euāgeliſta manifeſtat fructū qui prouenit ex pdicatione chꝛi. Et primo agit de ꝯuerſione vnius diſcipuli ad pdicationē chꝛiſti. Secūdo de cōuerſione aliorū ad predicationē diſcipuli ad chꝛm cōuerſi ibi [Inuenit Philipp⁹ nathanael ꝛc.] ¶ Circa primū tria facit. pmo ponit diſcipuli vocādi occaſio. Secūdo ſubdit ipſius diſcipuli vocatio. Tertio deſcribit vocati diſcipuli cōditio ibi [Erat aūt Philippus a bethſaida.] ¶ Occaſio quidē vocationis fuit exitus ieſu a iudea. Et ideo dicit [In craſtinū aūt voluit exire.]ſ. ieſus a iudea in galileā [ꝛ inuenit philippū.] ¶ Rō autē exitus ieſu in galileaꝫ aſſignat triplex. due videlicet lrales. Quaꝝ vna eſt qꝛ poſtꝙ baptiſatus fuerat a ioāne volēs honorem deferre baptiſte exiuit in galileā a iudea recedens: ne ſua pñtia offuſcaret ꝛ minueret ioannis magiſteriū: dūꝫ adhuc ſtatū hēt: docēs nos honore inuicem preuenire (ut dicit philip.2.) ¶ Secunda ratio eſt quia in galilea nō ſunt inſignes perſone. j.7. A galilea pphēta nō ſurgit ꝛc. Et ideo voluit exire illuc ieſus: ꝛ eligere inde pncipes orbis terre qui ſunt pphetis maiores: ut per hoc ſuā vtutē oſtēdat. pſal. Poſuit deſertū in ſtagna aquarū. ¶ Tertia ratio eſt myſtica. Quia galilea interptatur tranſmigratio. Voluit ergo exire a iudea in galileā ut inſinuet ꝙ in craſtinuꝫ .i. in die gratie .ſ. euāgelij exiret a iudea in galileā .i. ad gentes ſaluādas. j.8. Nūquid hic iturus eſt in diſperſionē gentiū ꝛc. Vocatio ergo diſcipuli eſt ad ſequēduꝫ. Et ideo dicit [Inuenit philippū: ꝛ dicit ei ſeque me.] ¶ Et nota ꝙ aliquādo hō inuenit deū: ſed quaſi ignotū. Prou.8. Qui me inuenit inueniet vitā: ꝛ hauriet ſalutem a dño. Aliqñ deus inuenit hominē ſꝫ ut eū manifeſtet ꝛ magnificet. pſal. Inueni dauid ſeruū meū ꝛc. Et ſic chꝛs inuenit philippū: ut euꝫ ad fidē ꝛ gratiā vocet. Et ideo ſtatiꝫ dicit [Sequere me.] ¶ Queſtio eſt quare ieſus a principio nō vocauit diſcipulos. ¶ Ad qḋ rñdet Criſo⁹: ꝙ noluit a pncipio aliquē vocare anteꝙ aliqs ſpontaneus ei adhereret per pdicationem ioānis. Quia hoīes magis exemplo trahunt ꝙ verbis. Exo.25. cortina trahit cortinā. ¶ Queriī etiaꝫ q̄re philippus ſtatim ad vnū verbū ſecut⁹ eſt chꝛm: cum Andreas eū ſecut⁹ fuerit audiens a ioāne de chꝛiſto Petrus aūt ab andrea. ¶ Ad hoc eſt triplex rñſio Una quia philippus iam iſtructus erat a ioanne Quia ſm vnā expoſitionē ſupra poſitā. Ille alius qui cuꝫ Andrea ſecutus eſt chꝛm erat philippus. ¶ Alia rō eſt qꝛ vox chꝛi vtutē quādā hēbat ut

Galilea interptat tranſmigratio.

ℂ Probat idē ex ſua intētione. Et ponit duplicē in tētionē per quā itelligit̄ duplex origo doctrine. Di cēdū eſt aūt aliqs loq a ſe: aliqs v̄o loq nō a ſe. Loq tur aūt nō a ſe quicūq₃ ſtudet loq v̄itatē. Oīs v̄ita tis cognitio ab alio eſt. Uel per modū quidē diſci plie ut a magr̄o. Uel p modū reuelatiōis ut a deo. Uel per iuētionē ut ab ipis rebꝰ. Quia (ut dr̄ Ro. ꝑ.) Inuiſibilia dei per ea que facta ſūt itellecta cō ſpiciunt̄. Sic ergo quocūq₃ iſtoꝝ modoꝝ cognitio aliq̄ habeat̄ nō eſt hoī a ſe. A ſe aūt loq̄tur: qui ea que dicit nec a rebꝰ: nec ex reuelatione: nec ex do ctrina humana accepit: ſed de corde ſuo. Hiere. 23. Uiſionē cordis ſui loquunt̄. Eze. 13. Ue ꝓphetis i ſipiētibꝰ qui uaticinant̄ de corde ſuo. Sic ergo cō fingere aliqd a ſeipſo eſt ꝓpter humanā gl'iam. q3 (ſicut Criſoꝰ dicit.) Qui aliquā ꝓpriā vult iſtrue re doctrinā ꝓpter ſe nihil aliud hic vult q̄₃ ut gl'i am acq̄rat. Et hoc eſt qḋ dn̄s dicit ꝓbās doctrinā ſuā a deo eē.[Qui a ſemetipſo loq̄tur.] de certa co gnitione v̄itatis que eſt ab alio: iſte[querit gl'ia₃ ꝓ priā.] ꝓpter quā ꝛ ꝑ ſupbiā hereſes ꝛ falſe opi niones itroducunt̄. Et hoc cōpetit antichr̄o. 2. The ſa. 2. Qui aduerſat̄ ꝛ extollit̄ ſup oē qḋ dicit̄ deus aut qḋ colit̄. Sed[qui querit gl'iam eiꝰ qui miſit il lū.] ſicut ego quero. j. 8. Ego gl'iam meā nō quero [hic uerax eſt rē.] Uerax ſum: qꝛ doctrina mea cō tinet ueritatē. iniuſtitia in me nō eſt: qꝛ alteriꝰ gl'ia₃ nō uſurpo. Et (ut dicit Augꝰ) Magnū nobis pre buit humilitatis exēplū: dū habitu iuētꝰ ut hō: q̄ rit gl'iam pr̄is nō ſuā. Qḋ tu hō facē debes: qn̄ ali quid boni facis. Gloriam tunc queris: quando ali qd mali facis: deo calūniā meditaris. Patet aūt ꝙ gl'iam ſuā nō querebat: qꝛ ſi nō fuiſſet aduerſatus ꝑncipibꝰ ſacerdotū nō fuiſſent eum pſecuti. Sic ḡ chr̄s ꝛ quicūq₃ gl'iam dei querit hoc qdē in itelle ctu cognitionē. Mat. 22. Magiſter ſcimꝰ qꝛ uerax es. Et iō dicit[hic uerax eſt.] In affectu aūt rectam intētionē. vn̄ dicit[Et iniuſtitia in illo nō eſt.] Iniu ſtitia eni eſt ꝙ hō uſurpet ſibi alienu₃. Gl'ia aūt eſt ꝓpa ſoliꝰ dei. Qui ergo ſibi querit gloriam iniu ſtus eſt. ℂ Conſequenter cum dicit.

Oīs ueritatꝭ cognitio ab a lio eſt.

Ille a ſe loq̄t q ea que dicit nec ex rebus nec ex reuela tiōe: nec ex hu mana doctri na accipit.

Iniuſtitia eſt ut hō vſurpet ſibi alienum.

ℂ Nonne moyſes dedit uobis legem. Et ne mo ex uobis facit legem. Quid me queritis interficere?

ℂ Excludit obiectionē. Poſſet eni aliqs dicē chr̄o: ꝙ iō doctrina ſua nō eēt a deo: qꝛ ſabbatū ſoluit: ſm illḋ. j. 9. Nō eſt hic hō a deo qui ſabbatū nō cu ſtodit. Et iō hoc itēdit excludē. Uñ circa hoc tria facit. Pmo excuſat ſe arguēdo ex pte accuſantiū. 2° oñdit coꝝ iniqua rn̄ſio ibi[Rn̄dit turba rē.] 3° ex cuſat ſe per rōnē ibi[Rn̄dit ieſus ꝛ dixit eis. vnum rē.] Dicit ḡ. Dato (ut uos dicitis) ꝙ doctrina mea nō ſit a deo: quia legem non ſeruo: ſabbatum ſolꝰ uens: tamen uos non habetis cauſam accuſandi

cum ſitis in ſili delicto. Uñ dicit [Nõne moyſes dedit uobis.] i. pplo veſtro [legẽ? & tñ [nemo ex uobis facit.] i. ſeruat legẽ. Act. 7. Accepiſtis legẽ in diſpoſitione angelo⁊ & nõ cuſtodiſtis eque. Uñ & petrus Act. 15. Hoc eſt onꝰ qḋ neq; uos &c. Si ergo uos nõ ſeruatis legẽ: q̃re ꝓpter trãſgreſſionẽ eius vultis me iterficere. Nõ enim ꝓpter hoc facitis: ſ; ꝓpter odiũ: aliogn ſi ꝓpter zelu legis faceretis ipſi uos ſeruaretis eã. Sap. 2. Circũueniamus iuſtũ qm̃ inutilis eſt nobis &c. Et ſequit: morte turpiſſima &c. ℂ Ul' dicẽdũ ꝙ nõ ſeruatis legẽ quã moyſes dedit uobis. & hoc pʒ in eo ꝙ me vultis interficere: qḋ eſt ꝯtra legẽ. Exo. 20. Nõ occides. ℂ Uel aliter ſm Augm. Nõ facitis legẽ: q: in lege ipſe cõtradicor. i. Si crederetis moyſi crederetis forſitan & mihi. De me enim ille ſcripſit. Sed uos vultis me interficẽ. ℂ Cõſequẽter ponit iniq̃ rñſio turbe cũ dicit

Alia expõ.

Expõ Aug.

ℂ **Reſpondit turba & dixit. Demonium habes. Quis te querit interficere?**

ℂ Uere aũt turba rñdet nõ ptinẽtia ad ordinẽ: ſʒ ad ptinaciã (ut Augꝰ dicit.) Uñ enim dicũt demoniũ hẽre qui demones expellit. Mat. 12. ℂ Et iõ conſequenter cum dicit.

ℂ **Reſpondit ieſus & dixit eis. Unum opus feci & omnes miramini.**

ℂ Dñs in ſua ṽitate tranqllus ꝯfutat eos excuſãs ſe per rõnẽ. Et p̃ cõmemorat eis factũ ꝓpter qḋ turbant. Scḋo oſtẽdit eos nõ debere turbari ibi [Propterea moyſes &c.] Tertio iducit eos ad iuſtũ iudiciũ ibi [Nolite iudicare ſm faciẽ &c. Rñdit ergo ieſus & dixit eis vnũ &c.] Nõ reddit cõuitio cõuitiũ: nec repulit. Quia. 2. Pe. 2. Cũ malediceret nõ maledicebat: ſed potꝰ eius opus cõmemorat de curatione paliticia: de quo oẽs admirabantur: nõ admiratione deuotionis: ſm illud Jſa 60. Uidebis. & afflues & mirabit & dilatabit cor tuũ: ſed admiratione turbationis ſm illud Sap. 5. Uidentes turbabunt timore horribili & mirabunt &c. Si ergo ꝓpter vnũ opus miramini. i. cũ turbatione turbamini: qd faceretis ſi oĩa opa mea videretis. Nã (ut dicit Augꝰ.) ipſius opa erãt que in mũdo videbãt oẽs: etiã infirmi per cũ ſanant. Pſ. Miſit ṽbũ ſuum & ſanauit eos. Sap. 16. Nec herba nec malagma &c. Jdeo ergo turbamini: q: vnum tm̃ opus videtis & nõ oĩa. ℂ Conſequẽter cum dicit

ℂ **Propterea moyſes dedit uobis circunciſionem: non q: ex moyſe eſt: ſed ex patribus Et in ſabbato circũciditis hominẽ. Si circũciſionẽ accipit homo in ſabbato ut non ſoluatur lex moyſi: mihi indignamini q: totum hominem ſanum feci in ſabbato.**

ℂ Cõuincit eos de iniuſta turbatione. Et p̃mo ponit mãdatũ eis datũ a moyſe. Scḋo opus eorum Et tertio arguit ex utroq;. Mãdatũ aũt moyſi eſt de circũciſione. Et iõ dicit [Propterea.] i. ad ſignificandũ mea opa. [moyſes dedit uobis circũciſionem.] Nã circũciſio in ſignũ data eſt ut habet Geneſ. 17. Erit uobis in ſignũ federis inter me & uos. Significabat eni chrĩm: & iõ ſignãter data eſt i mẽbro gñationis: q: ex abraã ſm carnẽ deſcenſurus erat chrĩs qui ſpũalẽ circũciſionẽ. i. mẽtis & corporis facit. Uel iõ in ipſo mẽbro fiebat: q: data eſt cõtra pctm̃ originale. Qḋ aũt moyſes dederit circũciſionẽ expſſe nõ habet niſi Exo. 12. Oĩs ſeruus emptitius circũcidet. Et lʒ moyſes dederit circũciſionem nõ tñ eã inſtituẽs: q: nõ ipſe p̃mus accepit circũciſionis mandatũ: ſed abraã: ut habet Geñ. 17. Factũ aũt iudeo⁊ eſt q: in ſabbato circũcidebant. Et hoc eſt qḋ dicit [& in ſabbato circũciditis &c.] Et hoc iõ: q: abrae mandatũ eſt ut octauo die circũcideret puer. Geñ. 21. Circũcidit eũ die octauo ſicut p̃cepat ei deus. A moyſe aũt p̃ceptũ erat eis ꝙ nihil opis facerẽt in die ſabbati. Cõtingebat autẽ aliqñ ꝙ octauꝰ dies neceſſitatis ueniret i die ſabbati: & ſic circũcidẽtes puerũ ipo die mãdatũ moyſi ſoluebãt ꝓpter mãdatũ patrum. Et iõ ex his arguit dñs cũ dicit [Si circũciſionẽ &c.] ℂ Ubi notãdũ eſt ꝙ hoc argm̃ efficaciã hẽt ex tribꝰ ꝯſiderationibꝰ: qrũ due ſunt expſſe: ſed tertia ſubĩntelligitur. Uidemus eni p̃mo ꝙ q̃uis mãdatum abrae p̃us fuerit: tñ mãdatũ moyſi de obſeruatione ſabbati nõ p̃iudicabat p̃ori. ſ. mãdato de circũciſiõe. Gal. 3. Dico aũt teſtm̃ cõfirmatũ a deo: que poſt q̃dringẽtos & triginta annos facta eſt lex nõ irritũ facit. Et iõ ex hoc arguit. Quia lʒ in humanis legibus poſteriora p̃iudicẽt p̃oribꝰ: tñ in diuinis p̃ora ſunt maioris auc̃tis. Et iõ p̃cepto facto abrae de circũciſione nõ p̃iudicat p̃ceptũ moyſi de obſuatione ſabbati. Multo ergo minus p̃iudicat mihi qui facio qḋ diſpoſitũ eſt a deo añ mũdi cõſtitutionẽ de ſalute hominum in ſabbato figurata. ℂ Alia ꝯſideratio eſt q: iudei mãdatũ hẽbant ut nõ oparent in ſabbato: & tñ iudei opabant ea q̃ ad ſalutẽ pticularẽ erãt. Dicit ergo. Si uos qbus mãdatũ eſt ut nihil opemini in ſabbato: circũciſionem accipitis ipſo die que eſt quedã pticularis ſalus. Uñ & in mẽbro pticulari fiebat: & hoc facitis: ut nõ ſoluat lex moyſi. Ex quo patet ea que ad ſalutẽ ptinet in ſabbato p̃mittẽda nõ eẽ. Ergo multo magis debet hõ facẽ ipſo die ea que ſũt ad vniuerſalẽ ſalutẽ. Nõ ergo debetis mihi idignari: qa totũ hoiem ſanũ feci in ſabbato. ℂ Tertia ꝯſideratio eſt. q: utrũq; mãdatũ fuit figura. Nã oĩa in figura ꝯtingebãt illis. Si ergo figura. ſ. mãdatuʒ de obſeruatione ſabbati nõ p̃iudicat figure. ſ. mãdato circũciſionis: multo minus p̃iudicat ṽitati. Naʒ circũciſio ipm̃ dñm figurabat: ut dicit Augꝰ. Jo. aũt dicit [totũ hoiem.] q: cũ dei pfecta ſint opera: curatus eſt ut ſanus eẽt in corpe: & credidit ut ſanus eẽt in aĩa. ℂ Conſequenter cum dicit.

Circũciſio ſignificabat xm̃ & iõ data ẽ in mẽbro gñatõis

Circũciſio data ẽ in mẽbro gñatõis: q: data eſt ꝯtra peccatũ originale.

ℂ **Nolite iudicare ſcḋm faciem: ſed iuſtuʒ iudicium iudicate.**

ℂ Reducit eos ad iuſtũ examẽ ſui: ut. ſ. nõ ſm faciẽ iudicẽt: ſed iuſtũ iudiciũ. Dicit aũt qs iudicare ſm faciẽ dupľr. Nam iudex iudicat ſm allegata. 1. Regũ. 16. Hoĩes videt ea que appent. Sed in hoc poteſt eẽ deceptio. & ideo dicit [Nolite iudicare ſm faciẽ.] i. ſm illud qḋ ſtatim appet: ſed diligẽter inquire. Job 29. Cam quã neſciebã diligẽter inueſtigabam. Jſa. 11. Nõ ſm viſionẽ oculo⁊ iudicabat. Ul' aliter [Nolite iudicare ſm faciẽ.] i. nolite accipe perſonã in iudicio. Hoc enim eſt ꝓhibitũ oĩbus iudicãtibus. Leuit. 19. Nõ accipies pſonã paupis i iudicio. Mal. 2. Faciẽ accipitis in iudicio. Accipe aũt pſonã in iudicio eſt pt̃mittere iuſtũ iudiciũ ꝓpter amorẽ: ſeu reuerẽtiã: ſeu timorẽ: aut ꝯditionẽ pſone que nõ ferunt ad cãʒ. Dicit ergo [Nolite iudicare.] q. d. ꝙ moyſes apud uos hẽt maiorẽ gliam q̃ʒ ego ex pſonarũ dignitate feratis ſñiam: ſed a rerũ nã ea que ego facio maiora ſunt q̃ʒ ea que

Judiciũ ſʒ faciẽ dupľr fit.

fecit Moyſes. ¶ Sed notādū ſm Auguſtinū: q̄ ille nō iudicat partialr qui equalr diligit. Nō enim cū hoīes diuiſo modo pro ſuis ḡdib⁹ honoram⁹ timendū eſt ne pſonā accipiamus.

LE. III.

Dicebāt ergo quidam ex hieroſolymis. nōne hic eſt quē querūt interficere.

Poſtquā egit de origie doctrine: ɔñter agit de origine docētis. Et p̄ ch̄s oñdit ſuū principiū a quo ꝓcedit. 2° ſuū finē ad quē uadit ibi[Adhuc modicū ꝛc̄.] Circa p̄m̄ tria fac. Pr̄o ꝓpoīt dubitatio turbarū de origine. 2° ponit doctrina ipſi us origis ibi[Clamabat ḡ ꝛc̄.] Tertio ponit effect⁹ doctrīe ibi[Querebāt ḡ eū ꝛc̄.] Circa p̄mū tria facit. Primo ponit admiratio turbe. 2° eoꝝ ſuſpitio ibi[Nū quid.] 3° iducit eoꝝ obiectio contra ea que ſuſpicant ibi[Sed ſcim⁹ ꝛc̄.] Admiratio autē turbarū cōſurgit ex duob⁹. Pr̄o ex iniquo ꝓpoſito p̄ncipū. 2° ex publica doctrina ch̄ri ibi[Ecce palā ꝛc̄.] Dictū eſt aūt ſupra q̄ ch̄s ut oñderet infirmitatē humane nature latēter aſcēdit ad diē feſtū: ſed ut oñderet ſue diuinitatis pſonā publice docet in tēplo ꝛ a pſequētib⁹ teneri non pōt. Et ſic ut ait Aug⁹. Apparet poteſtas que putabat timiditas. Et iō dicebāt qdā ex hieroſolymis q̄ſi admirātes. Nā ipſi ſciebāt quā ſentētia q̄rebāt a pricipibus utpote ei⁹ familiares ꝛ hieroſolymis exñtes. Uñ Criſo⁹ dicit. Oīb⁹ miſerabiliores erāt: qui diuinitatis ſignū uidētes maximū oīno iudicio corruptoꝝ p̄ncipū p̄termittētes ch̄m min⁹ reuerebātur ſm illud Eccle. 7. Qualis rector ciuitatis talis ꝛc̄. Sed tñ mirabātur quā potētia nō tenebat. Uñ ꝛ dicebāt[Nōne hic eſt quē iudei q̄rūt.] i. p̄ncipes ſm illud ſupra. 5. Propt̄ea pſequebātur eū iudei. i. p̄ricipes ꝛc̄. Dan. 13. Egreſſa eſt iniq̄tas a ſeniorib⁹ ꝓplī ꝛc̄. Apparet aūt per hoc v̄itas ſmonū ch̄ri ꝛ falſitas principū. Supra eñi cū dñs diceret eis. Quid me q̄ritis iterficere? Negauerūt dicētes. Demoniū hēs. Quis te q̄rit iterficere? Sed ecce qd̄ p̄ricipes negabāt iſti ɔfitent eū dicūt[Quē iudei q̄rūt interficere.] Sic ḡ admirant ex iniquo ꝓpoſito p̄ricipū. ¶ Silr etiā ex publica doctrina ch̄ri. Unde dicūt.

¶ Ecce palā loquitur: ꝛ nihil ei dicunt.

¶ Docēs. ſ. chriſtus: q̄ eſt indiciū ſecure ueritatis j. 18. Ego palam locutus ſum. Et tamē[nihil ei dicūt] quaſi repreſſi v̄tute diuina. Hec eſt eniz ꝓpria dei virtus q̄ malorum corda ab impetu ſue malitie reprimit. Prou. 16. Cum placuerint dño vie hoīs inimicos ei⁹ quoq̄ cōuertet ad pacē. Et alibi[Cor regū in manu dei ꝛc̄. ¶ Suſpitio eoꝝ ponit cum dicit.

Propriuz dei virtutis eſt q̄ maloꝝ corda ab ipetu ſue malitie repri mit.

¶ Nūquid uere cognouerunt principes: q̄a hic eſt chriſtus.

¶ Quaſi dicat. Ante querebant eū interficere: modo inuenerūt: ꝛ tamen nihil ei dicūt nō tamē mutati a ꝓpria ſentētia. Quia (ut dicitur. 1. Cor. 3.) Si eñi cognouiſſent ꝛc̄. Sz repſſi a v̄tute diuina. ¶ Obiectio aūt eoꝝ ɔ̄ ſuſpitionē ſubdit.

¶ Sed hunc ſcimus vnde ſit: chriſt⁹ aūt cuz uenerit nemo ſcit vnde ſit.

¶ Quaſi hoc modo arguētes. Ch̄s debet hēre occultā originē. Sed iſte hēt originē manifeſtam. Ergo nō eſt ch̄s. In quo apparet eoruz amētia Quia ſuppoſito q̄ qdā et p̄ricipes crederēt chriſto: nō tñ eoꝝ ſn̄iaz ſequūtur: ſed aliā corruptam pferūt. Exc. Iſta ē hierim in medio. Sciebāt eniz ch̄m eē ex Maria ſm originē: ſed tñ ei⁹ modum igrabāt. Mat. 13. Nōne pr̄ ei⁹ ē Joſeph ꝛc̄. ¶ Sz cū dicat Michee. 5. Ex te exiet dux ꝛc̄. Quare dicūt[Ch̄s cū uenerit nemo ſit vñ ſit.] ¶ Rñſio dicēdū q̄ h̄ hñt ex v̄bo Iſa. 53. Gñationē ei⁹ qs enarrabit? Sic ḡ ꝛ ex ꝓphetis hñt: ut ſciant vñ ſit ſm humanā originē. Et ex eis hñt q̄ neſciāt ſm diuinā gñationē. ¶ Cōſequēter eū dicit.

Dubitatio.

Rñſio.

¶ Clamabat ergo ieſus in tēplo docēs ꝛ dicens. Et me ſcitis: ꝛ vnde ſim ſcitis.

¶ Manifeſtat ſuaz originē. Et p̄ oñdit ſm qd ſua origo ſit nota: ꝛ ſm qd ſit igt̄a. Scd̄o docet quomodo ad ei⁹ notitiam poſſum⁹ pueniré ibi[Ego ſcio eū ꝛc̄.] Circa primū duo facit. Pr̄o oñdit qd de origie ei⁹ ſciebāt. 2° qd circa ipſuz igrabāt ibi [Et a meipſo ꝛc̄.] Nouerāt aūt de ieſu originē ſuam. Et ideo dicit[cla. ieſus.] Clamor āt ex magnitudīe affect⁹ ꝓcedit. Et ideo qñq̄ iportat turbulētiā ai interi⁹ cōcitati. Et hoc nō competit ch̄o de quo ſcriptū eſt Iſa. 42. Non clamabit: nec accipiet perſonā: nec audiet uox ei⁹ foris. Eccle. 9. Uerba ſapiētū audiūtur ꝛc̄. Qñq̄ iportat magnitudinē deuotiōis ſm illud p̄s. Ad dñz cū tribularer clamaui. Qñq̄ v̄o eū hoc magnitudinē dicēdoꝝ ſm illud Iſa 6. Seraphin clamabāt alt̄ ad alterū ꝛc̄. Prou. 8. Nūquid nō ſapiētia foris clamitat ꝛc̄. Et ſic p̄dicatores clamare monētur Iſa. 58. Clama ne ceſſes q̄ſi tu. exal. uo. tu. Et ſic clamabat hic dñs [docēs in tēplo ꝛ dicens.] B. ſ. [me ſcitis.] i. ſz faciē noſcitis[Et vñ ſim ſcitis] ſ. corporalr̄. Bar. 3. Poſt hoc in terris viſus eſt. Sciebāt eniz q̄ ex Maria nat⁹ erat in bethleē: ꝛ nutritus in naçareth: ſed neſciebāt virgīs partū: ꝛ q̄ per ſpūm ſcūm cōcept⁹ eēt (ut dicit Aug⁹.) Excepto virgīs partu totū nouerāt in ieſu qd ad hoīeꝫ ptinet. ¶ Neſciebāt aūt de ipſo originē occultā. Uñ dicit.

Clamor ex magnitudi ne affect⁹ procedit.

¶ Et a meipſo nō ueni: ſed eſt uerus qui miſit me quē uos neſcitis.

¶ Et primo iſinuat ſuā originē. 2° oñdit eā eis eſſe occultā. Origo aūt ſua eſt a pr̄e ab eterno. Uñ dic̄ [A meipſo non ueni.] q. d. Añ fui ſm diuinitatē q̄ȝ in mūdo uenirē per humanitatē. j. 8. Anteq̄ȝ Abraam fieret ego ſum. Alias nō cōueniret ei uenire: niſi añ fuiſſet: ꝛ tñ hoc ipſuz q̄ ueni nō ueni a meipſo: q̄a fili⁹ non eſt a ſe ſed a pr̄e. j. 16. Exiui a pr̄e ꝛ ueni in mūdū. Prenūciata aūt fuit ei⁹ origo a pr̄e qui eū ꝓmiſit mittere. Exo. 4. Obſecro dñe: mitte quē miſſurus es. Iſa. 19. Mittā eis ſaluatorē ꝛc̄. Et ideo dicit[Sed eſt uerus qui miſit me.] q. d. nō aliunde ueni: ſed ab eo qui ꝓmiſit: ꝛ ꝓmiſſū adimpleuit. Quia[uerus eſt.] Ro. 3. Eſt aūt de⁹ uerax. Et iō docet me v̄itatē log: q̄a a uero miſſus ſum. Eſt autē eis occulta: quia neſciūt eū qui miſit. Uñ dicit [Quē uos neſcitis.] Sed cū oīs hō lȝ in carne natus ſit a deo videt q̄ poſſit dicere. Ego ſuz a deo ꝛ per ɔñs. Me ſcitis vñ ſim. ¶ Rñſio dicēdū ſm Hyl. q̄ fili⁹ alr̄ eſt a deo q̄ȝ alij hoīes: quia ſic eſt a deo q̄ etiā eſt deus. Uñ de⁹ eſt p̄ricipiū ei⁹ cōſubſtantiale. Alia v̄o ſic ſunt a deo: q̄ tñ ſunt ex nihilo. Sic ḡ fili⁹ vñ ſit ignorat. q̄a nā ex qua eſt neſcitur. Sed hoīes vñ ſint nō ignorat: q̄a ſic ignorari nō pōt q̄cq̄d ſubſiſtit ex nihilo. ¶ Cōſequēter

Dubitatio.

ſ⁹ Hyl.

Filius ſic eſt a deo q̄ ē et ipſe deus.

cum dicit.

¶ Ego ſcio eū: τ ſi dixero quia neſcio eū: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eum: quia ab ipſo ſum: τ ipſe me miſit.

¶ Docet quomō puenīri poſſit ad notitiā ei⁹ a quo ē. Ab illo enī oportet nos addiſcē aliqd qui ſcit illud: ſolus aūt filius nouit patrē: τ ideo dicit. Si vultis notitiā ei⁹ qui miſit me hēe oportet ꝙ habeatis a me qa ego ſolus [ſcio eū.] Et ideo primo oñdit ſuā ſciētiā. 2° ſcie ſue perfectionē. 3° ſcie ſue rōnē. Suā ſciaꝫ oñdit cū dic [Ego ſcio eū τc̄.] Verū eſt aūt ꝙ oēs hoies vidēt eū: ut dr̄ Job. 36. Sed tñ diuerſimode: Quia hoies in vita iſta vidēt eū p creaturas. Ro. 1. Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt. τ ideo dr̄ pᵉ Cor. 10. Videm⁹ nūc per ſpeculum in enigmate. Angeli vō τ beati in patria vident eū imediate per eſſentiā. Mat. 18. Angeli eorū in celis ſemp vidēt faciē τc̄. 1. Jo. 3. Videbim⁹ euꝫ ſicuti eſt. Sed filius dei videt eū excellēti⁹ oib⁹ ſ. viſiōe cōprehenſiōis. ſupra. 1. Deū nemo vidit vnqꝫ ſ. comprehendēdo. Unigenitus τc̄. Mat. 11. Neqꝫ patrē qs nouit niſi fili⁹ τc. de hac viſiōe loqtur hic dicēs [Ego ſcio eū.] ſ. notitia cōprehēſiōis. Perfectionem vō ſcie ſue oñdit dicēs [Si dixero qa neſcio eū: ero ſilis τc̄.] Quod qdē itroducit ppter duo Nā creature intellectuales ſciūt eū: ſed lōge τ impfecte: qa vnuſqſqꝫ intuet pcul (ut dr̄ Job. 36.) Ueritas enī diuina excedit oēm cognitionē noſtrā. 1. Jo. 3. De⁹ maior eſt corde ueſtro. Quicūqꝫ g deuꝫ cogſcit pōt abſqꝫ mēdacio dicere. Nō cognoſco eū: qa nō cogſcit eū quātū cognoſcibilis eſt. fili⁹ aūt deū patrē perfectiſſime cognoſcit: ſicut perfectiſſime ipſe ſe nouit. Vñ nō pōt dicē [Neſcio eū.] Itē qa cognitio dei τ matrie que eſt per grāz pōt pdi. ſm illud ps. Obliti ſūt qui redemit eos. Vñ poſſunt dicere [Neſcio eū.] quādiu eſt in vita iſta: Quia nemo ſcit utrū odio uel amore dign⁹ ſit. Filius aūt inamiſſibilē notitiā hēt de p̄re. Vñ nō poteſt dicere [Neſcio eū.] In hoc aūt qd dicit [ero ſimilis uobis τc̄.] Debet accipi ſimilitudo per contrariū. Nō enī eēnt mēdaces: ſi dicerent ſe neſcire deū: ſed potius ſi dicerent ſe deū cognoſcere cum eū ignorent. Si aūt chrūs diceret ſe eū nō noſſe cū noſcat eſſet mendax. Eſt ergo ſenſus uerbi [Si dixero quia neſcio eū] cū ſciā eū. [ero ſimilis uobis mēdax] qui dicitis uos cognoſcere eū: cū tamen ipſum ignoretis. ¶ Sed nūquid nō poterat chriſtus dicere neſcio eū? Videt ꝙ ſic: qa poterat mouere labia τ pferre uerba hi⁹: ergo pōt eē mēdax ¶ Sed dicēdū ꝙ chrūs hi⁹ vba ptulit: τ tñ nō fuit mēdax: qd itelligendū eſt ſic [Si dixero neſcio eū.] cū aſſertiōe ita ſ. ꝙ corde credā qd pfero ore. Aſſerere aūt falſū pro uero ex duplici defectu cōtingit. ſ. ex defectu cognitiōis in intellectu: Et hic defect⁹ nō poterat eē in chrō: cū ſit dei ſapiētia (ut dr̄ 1. Cor. p.) Itē ex defectu recte uolūtatis in affectu: Qui ſilr in chrō eē nō poterat: cū ſit dei virt⁹ (ut ibidē dr̄.) Vñ nō poterat dicere aſſerēdo [Neſcio eū.] nec tñ cōditionalis eſt falſa qūuis anteceдēs ſit ipoſſibile τ ꝯñs. ¶ Rō aūt ſingularis τ perfecte ſcie chrī ponit cū dicit. [Sed ego ſcio euꝫ qa τc̄.] Ois enī cognitio eſt per aliquā ſimilitudinē: cū nihil cogſcat: niſi put ſilitudo cogniti eſt in cognoſcēte. Oē aūt qd pcedit ab aliquo hēt eius ſilitudinē a quo pcedit. Vñ oēs uere cognoſcentes ſm diuerſuꝫ gradū pceſſionis earū a deo hñt diuerſimode ei⁹ cognitionē. Aia autē rōnalis dei cognitionē hēt ſm ꝙ ſimilitudinez ei⁹ participat in perfectiori quodā modo ab alijs creaturis itellectualib⁹. Angelus qa expreſſiorē dei ſilitudinez hēt: cū ſit ſignaculū ſilitudis maniſeſtius deū cognoſcit. Filius aūt perfectiſſimā p̄ris ſilitudinē habet: cū ſit eiuſdē eſſentie, τ virtutis cū ipſo: Et ideo pfectiſſime cognoſcit (ut dictū eſt.) Et ideo dicit. [Sed ego ſcio eū] quātū cognoſcibilis eſt. Et huius rō eſt [qa ab ipſo ſum] qſi hñs eādē nature eſſentiam cū ipſo naturalitate: vñ ſicut ipſe pfecte ſe nouit per eēntiā ſuā: ita τ per eandē eēntia [ego ſcio eū] perfecte. Sed ne hoc referat ad miſſionez q̄ uenit in mūdū ꝯtiuo ſubicit [Et ipſe me miſit] Ut ſit qd dicit. Ab ipſo ſum: referat ad eternā generationē per quā eſt cōſubſtātialis p̄ri. Ex quo habet pprietas cognitiōis de pprietate gñatiōis. Per hoc vō qd dicit [Ipſe me miſit.] Iſinuat p̄rēz actorē incarnatiōis. Galat. 4. Miſit de⁹ filiū τc. Sicut aūt per hoc ꝙ fili⁹ eſt a p̄re perfectiorē patris cognitionē hēt: ita etiā per h ꝙ aia chriſti ſingulariter eſt vnita uerbo: habet ſingularem τ excellentiorē pre alijs creaturis cognitionē dei: lꝫ eum nō comprehendat. ¶ Conſequēter eū dicit.

¶ Querebāt ergo eū apprehendere τ nemo miſit in illū man⁹: qr nōdū uenerat hora ei⁹.

¶ Agitur de effectu doctrine. Et primo quantum ad turbas. 2° quātū ad phariſeos ibi [Audierunt phariſei τc̄.] ¶ Circa pmū duo facit. Primo ponit effectū doctrine in turbis maliuolis. Secudo in turbis deuotis ibi [De turba autē.] Circa pm̄ ū tria facit. Primo īnuit turbarū iniquuꝫ ppoſituꝫ. 2° ppoſiti implēdi impedimētū. Et tertio impedimēti rōnē. Iniqtas aut ppoſiti maniſeſtat cū dicit [Querebāt ergo eū apprehendere.] Quia enī dixerat dñs que uos neſcitis. Irati ſunt iudei qſi ſimularēt eū ſcire: τ ideo iniqua pponebāt. ſ. eū apprehendere ad crucifigēdū τ occidēduꝫ ſm illud ps. Perſeqmini τ cōprehēdite eū. Sunt tñ aliqui qui chrm̄ in ſe hñtes querūt tñ pie apprehendere. Cant. 8. Aſcēdā in palmā τ apprehēdā fructus ei⁹. Vñ τ Apl's dicebat Phil. 3. Sequor ſi cōprehendā τc̄. Impedimētū ppoſiti ponit cum dicit. [Nemo miſit in illū manus.] Viſibiliter enī eorū furor refrenatus eſt τ repreſſus. Per qd pꝫ ꝙ uolūtas nocēdi eſt vnicuiqꝫ a ſe: ſed nocēdi poteſtas a deo. Quod patet Job. 1. τ 2. Ubi ſathan nō potuit Job affligere niſi quātū permiſſum eſt ſibi a deo. Rō aūt impedimēti aſſignat [Quia nōdū uenerat hora ei⁹.] Vñ ſciēduꝫ eſt ꝙ ſm illud Ecc̄. 8. Dei negatio tēpus eſt τ oportunitas. Tēpus aūt vniuſcuiuſqꝫ rei ex ſua cā determinat: Quia ergo corporaliū effectuū cā ſunt corpa celeſtia. Ideo in his que corporalr̄ aguntur hora determiat ex corporib⁹ celeſtib⁹. Aia vō cū ſm intellectū τ rōnem nullis corporib⁹ celeſtib⁹ ſubiaceat: cū quātū ad hoc tpales cās trāſcēdat: nō habet horas determinatas ex corpib⁹ celeſtib⁹: ſed ex cā eius. ſ. deo: qui diſpēſat qd quo tpe ſit faciendū. Ecc̄. 33. Quare dies diē ſupat: τ iterū lux lucē τ annus annuꝫ: τ ſol ſolē. A dñi ſciētia ſeparata ſunt τc̄. Multo ergo min⁹ in chrō determinat hora ab ipſis corporibus. Sic ergo intelligenda eſt hora eius nō ex neceſſitate fatali: ſed a tota trinitate pfinita. Nā

Hoies in vita exiſtēs vident deū per creaturas.

Angeli τ beati in patria vidēt deū immediate p eſſentiam.

Filius dei videt deū excellentius oibus ſ. viſiōe comprehenſiōis.

Dubitatio.

Rñſio.

Aſſerere uerū pro falſo ex duplici defectu cōtingit ex defectu cognitiōis in intellectu: τ ex defectu recte uolūtatis in affectu.

Aia chriſti ſingulariter eſt unita uerbo vnde: τ excellētiorē hēt cognitionem pre alijs non tamē deum comprehendit.

Voluntas nocendi eſt vnicuiqꝫ a ſe: ſed poteſtas nocendi ſoluꝫ a deo eſt.

Corpora celeſtia ſunt cā corporalium effectuum.

Aia ſm intellectū τ rōnem nullis corporib⁹ celeſtib⁹ ſubiacet: τ eſt cauſas tpales trāſcēdat nō determinatur horis tpalib⁹ ſed oia, ei⁹ effectuꝫ cauſa dicit eē deum. Vñ dr̄ nōdū uenit hora ei⁹

N̄ ē intelligēda hora fatalis: nec celeſtis: ſʒ hōa a tota trī nitate pſinita.

ut dicit Aug⁹. hoc nec de te credendū eſt: quanto
magis de illo per quē factus es? Si tua hora uo-
lūtas illius eſt. ſ. dei: hora illius que eſt niſi uolūtas
ſua. Nō ergo horā dixit qua cogeret̃ mori: ſʒ qua
dignaret̃ occidi. Supra. 2. Nōdum uenit hora eius
ut trāſeat ꝛc̄. ¶ Conſequēter cum dicit.

¶ De turba autem multi crediderunt in euʒ
ꝛ dicebant. Chriſtus cum uenerit nunquid
plura ſigna faciet q̃ʒ que hic facit?

¶ Ponit effectū doctrine in turbis deuotis. Et pri
mo ponit eoꝝ fides. [qꝛ multi de turba crediderūt
in eum.] Nō dicit de pncipibus. Quia quāto ma-
iores erāt: tāto magis erāt elōgati. Et ideo in eis
ſapiētia locū non hēbat. Quia (ut dicit̃ Prouerb.
16.) Ubi humilitas ibi ſapiētia. Turba aūt qꝛ ſuaʒ
egritudinē cito vidit: dn̄i medicinā ſine dilatione
cognouit. Mat. 11. Abſcōdiſti hec a ſapiētib⁹ ꝛ pru
dētibus ꝛc̄. Et ꝑpter hoc in principio humiles ꝛ
paupes cōuerſi ſunt ad chr̄m. 1. Coꝛ. 1. Ignobilia
ꝛ ꝯteptibilia mūdi elegit de⁹ ꝛc̄. Scḋo ponit mo-
tiuū ad fidē cum dicit [Chriſtus cum uenerit nun
q̄d ꝛc̄.] (Prophetatū enim erat ꝙ chr̄s in aduen
tu ſuo miracula multa eēt facturus.) Iſa. 35. De⁹
ip ſe ueniet ꝛ ſaluabit nos: tūc apient̃ oculi cecorū
ꝛ aures ꝛc̄. Et ideo vidētes miracula que chriſtus
faciebat inducebant̃ ad fidē eius: ſed tn̄ fides coꝝ
infirma erat: qꝛ nō a doctrina ſed a ſignis mouen
tur ad credēdū ei: cum tn̄ ipſi qui fideles iam erāt
e per legē inſtructi magis ad doctrinā moueri de-
buiſſent. Nam (ut dicit̃ 1. Coꝛ. 14.) Signa data ſūt
infidelib⁹ ꝛc̄. ¶ Scḋo qꝛ adhuc videnī aliū chri-
ſtum expectare. Uñ dicit [Chr̄s cum uenerit: nū-
quid ꝛc̄.] Uñ patet ꝙ nō credebāt in chr̄m ſicut i
deū: ſed ſicut in aliquē iuſtū virū ſeu ꝓphetā. Uel
ſm̄ Aug^m ſillogiçāt. [Chriſtus cū uenerit ꝛc̄.] q̄ſi
dicat. Chr̄s ꝓmittit̃ uēturus: ſed ipſe nō plura ſi-
gna faciet q̃ʒ hic facit. Ergo uel ipſe eſt chriſtus: ul'
erūt plures chr̄i. ¶ Cōſ̄ter cum dicit.

¶ Audierunt phariſei turbam murmurantē
de illo hec: ꝛ miſerunt principes ꝛ phariſei
miniſtros ut apprehenderent ieſum.

¶ Ponit̃ effectus in phariſeis. Et (ut Criſoſtomus
dicit) Chr̄s multa dixit: ꝛ tn̄ nō ſunt moti ꝯtra eū.
Qñ aūt vidēt turbā ei acqeſcere ſtatim concitant̃
ꝯtra eum: ꝛ inſaniētes eū occidere cupiebāt. Ex q̄
patet ꝙ ſabbati ſolutio nō erat uera cā odij eorū:
ſed hoc eos maxime mordebat: ꝙ turbe chriſtuʒ
glificabāt. Et hoc patet. j. 12. Uidetis ꝙ nihil ꝓfici
mus. Ecce totus mūdus poſt euʒ uadit. Quia v̊o
ipſi chr̄m cape nō audebāt timētes piculoꝝ: mini-
ſtros mittūt: tanq̃ʒ periculis expoſitos.

Solo ſabbati nō erat totaľ cā odij i chr̄m

LEC. IIII

I(E)xiit ergo eis ieſus. Adhuc mo-
dicum tempus uobiſcum ſum.

Poſtquā poſuit dn̄s origi
nis ſue principiuʒ
hic ꝯñter inſinuat ſuū terminū quo. ſ. iturus eſt ꝑ
mortē. Et ꝑmo inſinuat̃ terminus vie chr̄i. 2⁰ poni
tur admiratio turbarū de ſermonib⁹ eius ibi [Di-
xerūt ergo iudei ad ſemetipſos ꝛc̄.] Circa primuʒ
tria facit. Primo īſinuat ſue vie terminū. Scḋo ꝓ-
nūciat futurū turbarū deſideriū ibi [Queretis me
ꝛc̄.] Tertio ſubdit coꝝ defectū ibi [Et ubi ſuʒ ego
ꝛc̄.] Circa primū duo facit. Primo ꝓnūciauit mor
tis ſue dilationē. Scḋo inuit quo itur⁹ eſt ꝑ mor-
tē ibi [Et uado ad patrē ꝛc̄.] Et ſic in ꝑmo oſtēdit
ſuā ꝑtātē. In ſcḋo patiēdi uolūtatē. ¶ Ptātem q̄
dem ſuā oſtēdit in dilatione mortis: qꝛ lʒ iudei q̄
rerēt eū apꝑhēdere: nō tn̄ hoc pñt: niſi chr̄s uelit.
j. 10. Nemo tollit aīam meā: ſed ego pono eam. Et
ideo [dixit eis ieſus. Adhuc modicū tēpus ꝛc̄.] q.
d. Uultis me interficere: ſed hoc nō eſt poſitū i uo-
lūtate ueſtra: ſed in uolūtate mea: ꝛ ego determino
ꝙ [adhuc modicū tēpus uobiſcū ſum.] Et iō par-
uū expectate tēpus. Hoc qḋ vultis mō face factu-
ri eſtis. [Adhuc enim modicū tēpus uobiſcū ſuʒ.]
In quo q̄dē dn̄s ſatiſfacit. Primo q̄dē turbe que
eū reuerebāt faciēs eam magis auidā ad audiēdū
ꝙ ꝑuo tpe derelicto in quo poſſent hac doctrina
potiri (ut Criſoſtomus dicit.) Jo. 10. Dū lucem hē
tis credite in lucē. Scḋo v̊o turbe que eū ꝑſeque-
bant̃. q. d. Nō diu differt̃ deſideriū urm̄ de morte
mea. vñ patiēter ſuſtinete. Quia [adhuc modicū.]
Implere enim debeo diſpēſationē meā ꝑdicādo. ſ.
ꝛ miracula faciēdo: ꝛ ſic ꝑuenire ad paſſionē. L u-
ce. 13. Ite ꝛ dicite vulpi illi qꝛ hodie ꝛc̄. ope: ꝛ ter-
tia die cōſumoꝛ. Eſt aūt triplex cā q̄re chr̄s modi-
co tpe uoluit ꝑdicare. Prima ad demōſtrādū ſuā
v̊tutē ꝙ i tā modico tpe totū mūdū imutaret. ꝑs.
Melioꝛ eſt dies vna in atrijs tuis ſuꝑ millia. Secū
da eſt ad excitādū deſideriū diſcipuloꝝ: ut. ſ. ma-
gis eū deſiderarēt quē modico tpe coꝛꝑali pñtia
habituri erāt. Luc. 16. Uenient dies in q̄bus deſide-
rabitis vnā diē filij hois. Tertia eſt ad augmētan-
dū diſcipuloꝝ ſpūalē ꝓfectū. Cū enim chr̄i huma
nitas ſit nobis via tendēdi in deū (ut dicit̃ Jo. 14.)
Ego ſum via: v̊itas: ꝛ vita: nō debemus in ea q̄e-
ſcere ut in termino: ſed per eā debem⁹ in deū tēde
re. Ne ergo corda diſcipuloꝝ ad chr̄m carnalr̄ affe
cta in eo ut in hoīe q̄eſceret: ideo chr̄s coꝛꝑalē ſuā
pñtiā ab eis cito ſubtraxit. Uñ dicebat Jo. 16. Ex
pedit ut ego uadā. 2. Coꝛ. 6. Et ſi chr̄m ſm̄ carneʒ
nouim⁹: tūc. ſ. qñ coꝛꝑalr̄ nobis erat: ſed nūc iam
nō nouimus. ¶ Uolūtatē aūt ſue paſſionis oſten
dit cū dicit.

Cā q̄re chr̄s in modico tpe uoluit ꝑdicare eſt triplex.

¶ Et uado ad eum qui me miſit.

¶ Quaſi ſpōtaneus. ſ. per paſſionē. Iſa. 53. Oblat⁹
eſt qꝛ ipſe uoluit. Eph̄ 5. Obtulit ſemetipm̄ hoſti-
am deo in odorē ſuauitatis. [Uado] inq̃ʒ ad pa-
treʒ [qui miſit me.] Et hoc cōuenienter. Nam queli
bet res nālit̃ redit ad ſuū prin^m. Ecc̄. 1. Ad locum
vnde exeūt flumina reuertunt̃. Jo. 13. Sciēs quia a
deo exiuit: ꝛ ad deū uadit. Et iterū. 16. Uado ad eū
qui miſit me. ¶ Conſequēter cum dicit.

¶ Queritis me ꝛ non inuenietis.

¶ Prenūciat iudeoꝝ deſideriū. q. d. Modicū eſt ꝙ
pñs mea doctrina frui: ſed hoc modicū qḋ mō re
ſpuitis qñq̃ʒ q̄retis ꝛ nō inuenietis. Iſa. 55. Que-
rite dn̄m duʒ inueniri pōt. Et in pſal. Querite do
minū. ſ. in pñti: ꝛ viuet aīa ueſtra. Hoc aūt qḋ dicit
[Queritis me ꝛc̄.] pōt itelligi uel de inq̄ſitiōe coꝛ-
porali chriſti: uel de ſpūali. ¶ Si v̊o intelligat̃ de
coꝛꝑali: ſic ſm̄ Criſoſtomū queſierūt eum: quādo
filie hierl'm. ſ. mulieres plāgebāt ſuꝑ eum (ut dicit̃
Luc. 23. Et credibile eſt hoc tūc multos alios paſ-
ſos eē. Hoc eſt etiā a ueritate remotū: qꝛ imminēte
tribulatione iudeis: ꝛ ꝓpue cum ciuitas caperet̃
memores chriſti ꝛ miraculoꝝ eius: deſiderarēt ei⁹
pñtiā: qua liberarent̃. Et ſm̄ hoc dicēdū eſt [Que
retis me.] i. meam pñtiam coꝛꝑalem. [ꝛ nō inueni
etis.] ¶ Si v̊o intelligat̃ de ſpūali. Dicēdum eſt ſʒ

Aug9: q cum quē noluerūt cognoſcere pſitē: tunc poſtea queſierūt eū: vidētes multitudine credētes cōpūcti de ſcelere mortis chriſti: dixerunt Petro Act. 2. Quid faciemus rc. Sic ergo queſierūt chriſtum quādo crediderūt in eum ſuo ſcelere innocētem: quē viderunt ipſorum ſcelere morientē. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Et ubi ego ſum uos non poteſtis uenire.

¶ Oſtēdit corum defectū. Nec dicit. Quo uado. qđ eſſet magis cōſequēs ad pmiſſa. ſ. uado ad patrem qui me miſit: ſed dicit [Ubi ego ſum.] ut oſtendat ſe deum z hoiem. Hoiem qdem inquātū uadit. J. 16. Uado ad eum qui me miſit. ſed inquātū ſemp ibi erat chriſtus: quo fuerat rediturus oſtendit ſe deū. ſupra. 3. Nemo aſcēdit in celū niſi qui de celo deſcēdit. Sic ergo ſm Aug9: ſicut chriſtus redijt ut nos nō relinqueret: ſic ad nos per aſſumptionē viſibilis carnis deſcēdit: ut ſm inuiſibilē maieſtatem etiam eēt in celo. Nō aūt dicit nō inuenietis: qr aliq ituri erāt. Sed dicit [Nō poteſtis uenire.] qdiu. ſ. ſic indiſpoſiti eſtis. Nullus enim ad hereditatē celeſtē puenire pōt niſi ſit heres dei. Heres aūt dei aliqs efficit per fidem chriſti. ſupra. 1. Dedit eis ptātē filios dei fieri his qui credūt in noie ei9. Iudei aūt nōdū in eum credebāt. Et iō dicit [nō poteſtis uenire.] Iz in pſ. requirit. Quis aſcendet in montem dn̄i. Et rn̄det. Innocēs manibus z mūdo corde. Judei aūt nō erāt mūdo corde: nec inocētes manibus: qr uolebāt chrm̄ interficere. Ideo dicit. Nō poteſtis aſcendere in montez dn̄i. ¶ Cōſequenter cum dicit.

¶ Dixerūt ergo iudei ad ſemetipſos. Quo hic iturus eſt: qr non inueniemus eum? Nūquid in diſperſionem gentium iturus eſt: z docturus gentes? Quis eſt hic ſermo quez dixit: queretis me z non inuenietis: z ubi ſū ego uos non poteſtis uenire?

¶ Ponit iudeorum admiratio. Qui lz carnalr de chriſto ſapent: tn̄ ex pte credebāt. Et tria faciūt. Pmo admirant. 2° ſuſpicant. Et 3° cōtra ſuſpitionem argumētant. Admirant qdem cum dicūt [ad ſemetipſos. Quo iturus eſt hic: qr nō inueniemus eū?] (Ut enim dictū eſt) hoc carnalr intelligebāt. 1. Corin. 2. Aīalis hō non pcipit rc. Et ideo quo eēt iturus: nō qdem per morte: ſed corpaliter ad aliquez locū quo eis no liceret aſcēdere ſuſpicant ſup hoc dicētes [Nunqd in diſperſionē gētiū iturus eſt: z docturus gētes?] Nam gētes alienate erāt a cōuerſatiōe iudeorum. Eph. 2. Hoſpites teſtōrum rc. Et ideo quaſi eis exprobrātes dicūt [in diſperſionē gentium.] que. ſ. ubiqz diſſeminate erāt z impfecte adinuicē pmixte. Gen̄. 10. Hec ſunt familie noe rc. z ab his diuiſe ſunt rc. Sed populus iudeorum collect9 erat loco cultu vnius dei z obſeruatiōe legis. pſ. Edificās hieruſalē dn̄s diſpſiones iſraelis cōgregabit. Nec dicūt q iturus ſit ad gētes: qſi gentilis futurus: ſed tanqz eas reducturus. Un̄ ſubdūt [z docturus gētes.] Qđ forte ſumpſerūt ex Iſa. 49. Parū eſt mihi ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitādas tribus iacob z feces iſrael cōuertēdas: dedi te in lucem gētiū rc. Quāuis aūt iſti nō intelligerēt ea q̄ dicūt: ſicut nec cayphas intellexit cum dixit. Expedit uobis ut vnus hō moriat rc. tn̄ uerū dicunt: z ſalutē gētium pdixerūt (ut Aug9 dicit) q itur9 eēt ad gētes: nō pñtia corpis: ſed pedibus ſuis. ſ. apoſtolis. (Miſit enim ad nos mēbra ſua z fecit nos ſua mēbra. J. 10.) Alias oues hēo que non ſunt ex hoc ouili: z illas opz me adducere: z fiet vnū ouile rc. Et ideo Iſa. 2. dicit in pſona gētiū. docebit vias ſuas. ¶ Obiciūt aūt cōtra ea que ſuſpicant dicentes. [Quis eſt hic ſermo quem dixit. Queretis me rc.] q. d. Si dixiſſet [Queretis me: z nō inuenietis rc.] Poterat qdē intelligi q iturus eēt ad gentes. Sed per hoc qđ addidit. [Ubi ego ſum non poteſtis uenire.] videt excludere hūc intellectum. Nō enim impoſſibile eſt nobis ad gentes ire rc.

In nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat ieſus z clamabat dicens. LE.V.

Poſtquā dn̄s egit de origine ſue doctrine z docētis: necnō de ſmōe eius. hic ɔ̄ñter inuitat ad ipſam doctrinā. Et pmo ponit chriſti inuitatio. 2° turbarū diſſenſio ibi [Ex illa aūt turba.] Circa primum tria facit. Primo ponit inuitādi modus. ſecūdo ipſa inuitatio ibi [Siqs ſitit.] 3° ſubdit expoſitio ibi [Hoc aūt dixit rc.] Modus aūt inuitandi attēdit quātum ad tria. ſ. quātū ad tēpus inuitationis: quātum ad ſitū inuitātis: quātū ad conatuz uocātis. ¶ Quātū ad tēpus: qr [In nouiſſimo die magne feſtiuitatis.] Nam (ut dictū eſt) feſtuz illud celebrat ſeptē diebus: z primus z ultimus dies ſolēniores erāt: ſicut z apud nos primus dies feſti: z octauus ſolēnis eſt magis. Hoc ergo qđ hic dn̄s fecit: nō fecit primo die: qr nōdū aſcēderat hierlm nec intermedijs diebus: ſed in nouiſſimo. Et hoc ideo: qr pauci ſunt qui feſta ſpūaliter celebrāt. Et ideo nō eos a pncipio ad doctrinā inuitat: ne per uanitates ſequētiū dierū feſtorum aboleret de cordibus eorum. Quia (ut dicit Luce. 8.) Uerbū dn̄i ſuffocat a ſpinis: ſed in ultimo die eos inuitat: ut tenacius eorum cordibus imprimat. ¶ Quātū ad ſitū aūt qr [ſtabat ieſus.] ¶ Ubi ſciēdū eſt q chriſtus docuit ſedēs z ſtās. Sedēs qdem docuit diſcipulos. Mat. 5. Stās aūt turbas: ſicut hic. Et ideo ex hoc inoleuit cōſuetudo in eccl̄ia: ut turbis pdicet ſtando: religioſis vo z clericis ſedēdo. Cuius ratio eſt: qr cum pdicatio ad turbas ſit qſi ad eas ɔuertendas fit per modū exhortationis. Sed cū predicatio ad clerū fit qſi iam ad exiſtētes in domo dei eſt ut quedā cōmemoratio. ¶ Quātū ad conatū vocātis: qr [clamabat.] ut. ſ. oſtēderet ſuā ſecuritatem. Iſa. 40. Exalta in fortitudine uocē tuā: exalta noli timere. Et ut ab oibus audiret. Iſa. 58. Clama ne ceſſes qſi tuba rc. Et ut oſtēdat magnitudinem dicēdorum. Prouer. 8. Audite me qr de reb9 magnis locutus ſum. ¶ Cōñter cum dicit.

Cōſuetudo eccl̄ie ē q turbis ſtādo pdicat: religioſis vo ſedēdo (ut fecit chriſti9.)

¶ Siquis ſitit ueniat ad me z bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura: flumina de uentre eius fluent aque viue.

¶ Ponit inuitatio. Et pmo oſtendit qui inuitentur Scđo qs ſit fructus inuitationis. Inuitant qdem ſitiētes. vn̄ dicit [Siqs ſitit ueniat ad me z bibat.] Iſa. 51. Oēs ſitiētes uenite ad aqs. Ideo enim ſitiētes uocat: qr tales ſunt qui deſiderāt deo ſeruire. Deus aūt coacta ſeruitia nō acceptat. 2. Cor. 9. Hilarem datorē diligit deus. Et ppter hoc dicebat pſal. Uolūtarie ſacrificabo. De iſtis dicit Matth. 5 Beati qui eſuriūt z ſitiūt iuſtitiā. Quos qdez dn̄s non partialiter uocat: ſed oēs. Un̄ dicit [Siqs ſi-

De9 coacta ſeruitia non acceptat.

tit,] q.d. Quicunq; eſt ille. Eccl. 24. Tranſite ad me oẽs qui ↄcupiſcatis me ꝛc. 1. Thim. 2. Uult omnes hoies ſaluos fieri. Inuitat aũt ad potãdum. Unde dicit[ꝛ bibat.] Potus enim iſte eſt ſpũalis refectio in cognitione diuine ſapiẽtie ꝛ veritatis & in impletione deſiderioꝝ. Iſa. 45. Serui mei bibẽt ꝛ vos ſitietis. Prouer. 9. Uenite ꝛ comedite panem meũ ꝛ bibite vinũ qḋ miſcui vobis. Eccl. 16. Aqua ſapiẽtie ſalutaris potabit illũ. ¶ Fructus autẽ huius inuitationis eſt redũdãtia bonoꝝ in alios. vnde dicit[Qui credit in me ꝛc.] Qḋ quidẽ ſm Criſoſtomũ legẽdũ eſt ſic.[Qui credit in me: ſicut dicit ſcriptura.] Hic ſubdiſtingue pũctuãdo. Et poſtea ſubſequit[Flumina ꝛc.] Nõ videt ↄueniẽs: qꝛ hoc qḋ dicit[flumina de vẽtre ꝛc.] nõ inuenit in aliquo libro ve. teſta. hoc ergo mõ dicatur.[Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura.] i. ſꝫ ſcripture documẽta. ſupra. 5. Scrutamini ſcripturas.(Ipſe ſũt que teſtimoniũ ꝑhibẽt de me.) Et tũc[flumina de vẽtre eius fluẽt aque viue.] Et dicit[Qui credit in me.] cũ ſupra dixerit. Qui venit ad me. Quia idem eſt credere ꝛ venire. pſal. Accedite ad eũ ꝛ illuminamini. ¶ Scḋm Hiero. vo aliter pũctuat ſic.[Qui credit in me.] Et poſtea ſubdit[ſicut dicit ſcriptura: flumina ꝛc.] Qḋ(ut ipſe dicit) de Prouerb. ſũptum eſt. Prouer. 5. Bibe aquam de ciſterna tua: ꝛ fluẽta putei tui deriuent fontes tui foras. ¶ Sciẽdum eſt aũt ſm Aug. ꝙ flumina ꝓcedũt de fontibus ſicut a ꝓncipio. Qui aũt bibit potũ corꝑalẽ nõ habet in ſe nec fontẽ nec flumẽ: qꝛ particulam aque guſtat. Sed qui bibit credẽdo in chriſtũ haurit fontẽ aque: quo hauſto irrigat ↄſciam que eſt vẽter interioris hoĩs: ꝛ etiã ipſa fons. Uñ dicit ſupra. 3. Qui biberit ex hac aqua fiet i eo fons aque ſaliẽtis. Hic aũt fons qui haurit eſt ſpũs ſanct. De quo dicit in pſal. Apud te eſt fons vite. Qui ergo bibit ita ꝙ ſoli ſibi ꝓficit dona grãrũ que per flumina ſignĩt no fluunt aque viue de vẽtre eius: ſed qui ꝓximo feſtinat ↄſulere ꝛ diuerſa dona grãrũ recepta a deo aliis coicare: de vẽtre ei fluẽt aque viue. Propter qḋ dicit Petrus 1. Petri. 4. Unuſqſq; ſicut accepit grãm in alterutrũ illã adminiſtrãtes. Dicit aũt[flumina.] ad ſignificãdũ ſpũalẽ donoꝝ abũdãtiam fidelibus repromiſſam. pſal. Fluminis dei repletũ eſt aqs. Item coꝝ impetũ. Iſa. 26 Qui ingrediunt impetu a iacob ꝛc. Et in pſal. Fluminis impetus ꝛc. Uñ qꝛ ex inſtinctu ꝛ feruore ſpũs ſancti mouebat Apls dicebat. Charitas chriſti urget nos. ꝛ 2. Coꝝ. 5. ꝛ Ro. 8. Qui ſpũ dei agũtur hii filii dei ſunt. Item donoꝝ ſpũs ſancti diuiſionẽ. Quia(ut dicit 1. Coꝝ. 10.) Alii gr̃a linguarũ Alii genera ſanitatũ ꝛc. Huiuſmodi aũt flumina ſunt aque viue: qꝛ ſunt cõtinuate ſuo principio. ſcilicet ſpũi ſancto inhabitãti. ¶ Cõñter cum dicit.

Punctuatio Criſoſtomi.

Punctuatio Hiero.

Flumĩa procedunt de fõtibus ſicut a principio.

Flumĩa ſignificãt ſpũales donorum abundantiam & donoꝝ ſpũs ſancti diuiſionem.

¶ Hoc autem dixit de ſpiritu quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat ſpiritus datus: quia ieſus nondum erat glorificatus.

¶ Exponit que dixit. Et ꝑmo ponit expõ. Secundo aſſignat ratio expõnis ibi[Nõdũ enim ꝛc.] Dicit ergo. Dixi ꝙ flumĩa de vẽtre eius ꝛc. Sed hoc intelligẽdum eſſe euangeliſta dicit[de ſpũ quem accepturi erãt credẽtes in eum.] qꝛ ipſe eſt fons vite ꝛ fluuius. Fõs de quo dr̃ in pſ. Apud te eſt fons vite ꝛc. Fluuius vo quia a patre ꝛ filio procedit. Apoc. ulti. Oſtendit mihi angelus fluuium aque viue ſplẽdidũ tanq; criſtallũ procedentẽ de ſede dei ꝛ agni. Ja. 1. Dedit ſpiritũ. ſ. obedientibus ſibi. Huius expoſitionis ratiõnẽ aſſignat dicens[Nõdũ enim erat ꝛc.] Et dicit duo. ſ. ꝙ[nondũ erat ſpiritus datus:] ꝛ ꝙ chriſtus[nõdum erat glorificatus.] Circa primũ eſt duplex opinio. Criſoſtom enim dicit ꝙ ſpiritus ſanctus nõ fuit datus aplis quãtũ ad dona prophetica ꝛ miraculorũ ante reſurrectionẽ chr̃i. Unde gratia hui que dabatur ꝓphetis a terra defecerat uſq; ad aduentũ chriſti. Nec poſtmodũ alit data eſt uſq; ad predictũ tẽpus. Et ſi dicatur ꝙ apoſtoli eiciebant demonia ante reſurrectionẽ: itelligẽdũ eſt ꝙ hec nõ ſpiritu eiciebantur: ſed ea que a chriſto erat ptãte. quando enim mittebat eos: non dicitur. Dedit eis ſpiritũ ſanctum: ſed dedit eis poteſtatẽ. Sed hoc videtur contra illud quod dominus dicit Luc. 11 Si ego in beelzebub eicio demonia: filii veſtri in quo eiciunt? ſed cõſtat ꝙ ipſe in ſpiritu ſancto eiciebat demonia: ꝛ filii. i. apoſtoli manifeſtũ eſt eos accepiſſe ſpiritũ ſanctum. Et ideo dicendum eſt ſm Auguſtinũ ꝙ ante reſurrectionẽ apoſtoli habuerunt ſpm̃ ſctm̃ etiã q̃tũ ad dona prophetica ꝛ miraculorũ. Et hoc qḋ hic dicit[Nõdũ erat ſpiritus datus.] intelligendũ eſt de abundanti datione ꝛ viſibilibus ſignis: ſicut datus fuit eis poſt reſurrectionẽ ꝛ aſcẽſionẽ in linguis igneis. ¶ Sed cum ſpiritus ſanctus ſanctificet eccleſiam ꝛ modo accipiat a fidelib: quare nemo loquit linguis omniũ gentiũ ſicut tunc? ¶ Dicendũ ad hoc: ꝙ non eſt neceſſarium(ut Auguſtinus dicit.) Quia iã vniuerſalis eccleſia linguis gentiũ loquit: quia per ſpiritum ſanctum datur charitas. Ro. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris: ꝛ hoc facient omnia coram facit quẽlibet cuilibet loqui. Unde dicit. Si amas vnitatẽ etiã tibi habet quiſq; in illa. i. in eccleſia aliqd habet: tolle inuidiã ꝛ tuum eſt quod habeo. Liuor ſeparat: charitas iungit: ipſam habeto: ꝛ cuncta habebis. In principio autẽ anteq; eccleſia per mundũ dilataretur: qꝛ pauci erant oportebat ꝙ linguis omniũ loquerentur: ut ſic eccleſiã in omnibus fundarent. ¶ Circa ſecũdũ ſciendum eſt ſm Auguſtinum: ꝙ hoc quod dicit[ieſus nondum fuerat glorificatus] intelligẽdum eſt de gloria reſurrectionis: quaſi dicat. Nõdũ a mortuis reſurrexerat: nondum ad celos aſcẽderat. De qua dicitur Jo. 17. Clarifica me pater. Et cã quare ſic voluit prius glorificari q̃ daret ſpiritum ſanctũ aſſignatur. Quia ſpiritus ſanct ad hoc dat nobis: ut erigat corda noſtra ab amore ſeculi in reſurrectionem ſpiritualem: ꝛ totaliter currũt in deum. Quia ergo vitam eternam promiſit ſpiritus ſancti charitate feruentibus. ubi non moriemur: ubi nihil timebimus. Ideo ipſũ ſpiritum ſanctũ noluit dare: niſi dum eſſet glorificatus: ut in ſuo corpore oſtenderet vitam: quã in reſurrectione ſperamus. ¶ Secũdũ Criſoſtomũ vo hoc non intelligitur de gloria reſurrectionis: ſed glorificatione paſſionis. De qua iminente paſſionis hora dominus dicit. i. 13. Nũc glorificatus eſt filius hominis. Et ſecũdũ hoc ſpiritus ſanct tunc primũ datus eſt. quando poſt paſſionẽ dixit apoſtolis. Accipite ſpiritum ſanctum ꝛc. Ideo nõ ante paſſionem datus eſt ſpiritus ſanctus: quia cum ſit donũ nõ debuit dari inimicis ſed amicis. Nos

Opinio Cri.

Dubitatio.
Rñſio.

Expõ Auguſtini.

Expõ Criſoſtomi.

autem inimici eramus. Oportebat ergo p̄mus offerri hoſtiam in ara crucis ⁊ inimicitiam in carne ſolui: ut ſic per mortem filij eius reconciliaremur deo. Et tunc facti amici donum ſpiritus ſancti recepere mus ⁊c̄.

❡ Ex illa ergo turba cum audiſſent hos ſermones eius dicebant. Hic eſt uere propheta. Alij dicebant. Hic eſt chriſtus. Quidaꝫ autēz dicebant. Nūquid a galilea uenit chriſtus? Nōne ſcriptura dicit: q̄r ex ſemine dauid ⁊ de betbleem caſtello ubi erat dauid uenit chriſtus.

❡ Poſita ergo chriſti ad ſpiritualem potum inuitatione. Hic conſequenter agit euangeliſta de turbarum diſſenſione. Et primo ponitur diſſenſio turbarum adinuicem. 2° diſſenſio in principibus ibi [Uenerūt ergo miniſtri.] Circa primū duo fac. Primo ponitur diuerſa diſſidentiū uerba. 2° ponit ipſa diſſenſio ibi [Diſſenſio itaq̄ꝫ facta eſt ⁊c̄.] Diuerſitas aūt uerboꝝ turbarū ex diuerſitate opinionū turbarū de chr̄o ꝓueniebat. Et ideo ponit tres opiniones turbarū. Duas quidē iā accedentium ad ſp̄ualē potū. Tertiā uero reſilientiuꝫ. Prima aūt opinio erat ꝙ dicebāt chr̄m ꝓphetā eē. Et io dicit [Ex illa ergo hora.] qn̄. ſ. in magno feſtiuitatis die talia dixerat [turba cū audiſſet hos ſermones ei⁹ dicebāt] illis. ſ. qui iā illā aquā haurire ceperant [Hic eſt uere ꝓpheta.] Nō ſolū ꝓphetā eū dicūt: ſed etiā uerū. i. quaſi anthonomatice intelligentes hūc eē: de quo Moyſes predixit Deut. 18. Propheꝫ ſuſcitabit uobis de⁹ de fratrib⁹ ueſtris: ipſum tanq̄ꝫ me audietis. ❡ Alia opinio erat: q̄r quidam dicebant [Hic eſt chr̄s.] Iſti enim magis ad potū accedebāt: ⁊ ſitum infidelitatis magis depoſuerāt. Et hoc etiā petrus cōfeſſus eſt Mat. 16. Tu es chr̄s filius dei uiui. ❡ Tertia opinio eſt reſilientiū cōtraria predictis. Et primo obiciunt contra opinionē dicētiū eū eē chr̄m. 2° obiectionem auctoritate cōfirmāt. Dicit ergo [Quidā autēꝫ] in ſue infidelitatis ariditate ꝑmanētes [dicebāt. Nūquid a galilea uenit chr̄s.] Nouerāt enim ꝓphetas chr̄m a galilea uēturū nō ꝑdixiſſe. Et ideo credentes in naçareth eū natū fuiſſe. (Ignorabāt enim ſue natiuitatis locū eē bethleem.) Hoc dicūt. Manifeſtū eni erat eū in naçareth nutritū: ſꝫ paucis notus erat natiuitatis locus: q̄uis tñ ſcriptura nō dicat chr̄m in galilea naſciturū: predixit tñ illuc eum primo declinaturū. Iſa. 9. Primo tp̄e alleuiata eſt terra çabulon ⁊c̄. Populus gentium qui ambulabat in tenebris ⁊c̄. Predixit etiā ꝙ de naçareth ꝓceſſurus eēt. Iſa. 11. Flos de radice ei⁹ aſcēdet. Ubi in hebreo habet. Naçaren⁹ de radice eſt ⁊c̄. ❡ Cōfirmāt obiectionē auctoritate ſcripture cū dicunt [Nōne ſcriptura dicit: q̄r ex ſemie dauid ⁊c̄.] Quod aūt de ſemie dauid uēturus eēt ieſus dr̄ Hiere. 23. Suſcitabo dauid germē iuſtū. Et 2. Re. 23. dr̄ de dauid. Dixit uir cui cōſtitutū eſt de chr̄o dei. Quod uero de bethleē dr̄ Michee. 5. Et tu bethleeꝫ terra iuda ⁊c̄. ❡ Conſequenter cū dicit.

❡ Diſſenſio itaq̄ꝫ facta eſt in turba propter eū. Quidā aūt ex ipſis uolebāt apprehēdere eū ſed nemo miſit ſuper eū manus.

❡ Primo ponit ipſa diſſenſio. 2° conatus quorūdā ex eis cōtra chr̄m. 3° conatus repreſſio. ❡ Diſſenſio aūt facta eſt ꝓpter eū. ſ. chr̄m in turba. Frequenter eni contingit: ꝙ in cordib⁹ malorū ex manifeſtatione ueritatis cauſat diſſenſio ⁊ turbatio. Un̄ ⁊ hoc in pſona chr̄i dr̄. Hier. 15. Ue mihi mater mea: ut q̄d me genuiſti uirū ⁊c̄. Propter hoc dicebat dn̄s Mat. Nō eni ueni mittere pacē ſed gladiū. Conatus aūt. ſ. aliquorū erat ad eū apprehendendū. Unde dicit [Quidā aūt ex eis.] ſ. qui dixerant. Nūquid a galilea ⁊c̄. [Uoluerūt apprehēdere eū.] ſ. ex inimicitia ad occidendū. ps. Perſequimini ⁊ comprehendite. Exo. 10. Dixit inimicus perſequar ⁊ cōprehēdā: ſꝫ eñ boni ⁊ fideles uolūt chr̄m apprehendere ut eo fruant. Cant. Aſcēdā in palma ⁊ apprehendā fructus ei⁹. ❡ Repreſſio aūt conatus eſt ex ptāte chr̄i. Et ideo dicit [Sed nemo miſit ſuper illū manus.] Quia. ſ. chriſtus nolebat. In ptāte ſua erat h̄. Jo. 10. Nemo tollit a me aiam meā: ſed ego ⁊c̄. Un̄ ⁊ qn̄ uoluit pati non eos expectauit: ſed ipſe ſe eis obtulit. Jo. 18. Proceſſit ⁊ dixit ad eos. Quem queritis? ❡ Conſequenter cum dicit.

Fideles ⁊ boni uolūt chr̄m apprehendere: ut ipſo fruantur.

❡ Uenerūt ergo miniſtri ad pōtifices ⁊ phariſeos ⁊ dixerūt eis illi. Quare nō adduxiſtis illū? Rñderūt miniſtri. Nunq̄ꝫ ſic locut⁹ eſt hō ſicut hic loquitur? Rñderūt ergo eis phariſei. Nūquid ⁊ uos ſeducti eſtis? Nunquid ex principib⁹ aliquis credidit in eum aut ex phariſeis? Sed turba hec que nō nouit legem maledicti ſunt.

❡ Ponit diſſenſio principū. Et p̄io ponit diſſenſio coꝝ ad miniſtros. 2° diſſenſio eorū adinuicem ibi [Dixit Nichodem⁹.] Circa primū tria facit. Primo ponit redargutio principū ad miniſtros. 2° teſtimoniū latū de chr̄o a miniſtris. 3° reprehēſiōis conat⁹ principū ad miniſtros. ❡ In p̄io attēde principū iniquitatē: cū dicūt. ſ. pōtifices ⁊ phariſei miniſtris [Quare nō adduxiſtis eū?] Adeo enim mali erant ꝙ eis nō poterāt ſatiſfacere miniſtri niſi chriſto nocumētū inferrēt. Prou. 4. Rapitur ſomnus ab oculis eorū ⁊c̄. ❡ Sed hic incipit q̄ō litteralis q̄r cū ſupra dictū ſit ꝙ miniſtri miſſi fuerūt ad capiendū ieſuꝫ die feſto mediāte. i. 4° die. Et hic ponat redit⁹ eoꝝ poſt ſeptimū diē qn̄ dixit. In nouiſſimo aūt die ⁊c̄. Uidet ꝙ intermedijs dieb⁹ uacauerūt. ❡ Ad q̄ō eſt duplex rn̄ſio. Una ꝙ euangeliſta anticipauit murmur turbarū. ❡ Uel dicēdū ꝙ forte tūc redierūt: ſed hoc nūc comemorat: ut manifeſtet cām diſſenſionis inter principes. ❡ In ſecūdo attēde miniſtroꝝ bonitatē in cōmēdabili teſtimonio q̄ō perhibuerūt de chr̄o dicētes [Nūquā ſic locutus eſt hō ⁊c̄.] Ubi reddūtur cōmēdabiles ex trib⁹. Primo ex admirationis cā: quia nō ꝓpter miracula ſed ꝓpter doctrinā chr̄m mirabātur: ex quo ꝓpinquiores efficiunt ueritati ⁊ recedunt a conſuetudine iudeorum qui ſigna querunt (ut dicitur. 1. Cor. 1.) Secūdo ex conuerſionis facilitate. Quia ad pauca uerba chriſti capti ſūt: ⁊ allecti ad eius amorem. ❡ Tertio ex animi ſecuritate: q̄r ipſis phariſeis: qui chriſto aduerſabātur talia dicūt de chr̄o [Nunq̄ꝫ ſic locut⁹ eſt homo.] Et hoc rōnabiliter q̄r nō ſolū hō erat: ſed etiā dei uerbū. Et ideo uerba ſua erant uirtuoſa ad cōmouēdū. Hiere. 24. Nūquid nō uerba mea quaſi ignis ⁊c̄. Et ideo dicitur Mat. 7. ꝙ erat docens ſicut poteſtatem habens. Erant etiam ſapida ad dulcorandum. Cant. 2. Sonet uox tua ⁊c̄. ps. Quā dulcia

Queſtio.

Rn̄ſio prima

Scd̄a rn̄ſio.

Uerba chriſti erant uirtuoſa ad com

nouellū: ſapida ad audiendū: utilia ad retinendū.

faucibus meis dulciora ſuꝑ mel ori meo. Erant utilia ad re-
tinendum. Quia promittebant bona eterna ſu-
pra. 6. Domine ad quem ibimus uerba uite ha-
bes. Iſa. 58. Ego dominus docens te utilia. ❡ In
tertio oſtēdit ſtare in eo ꝑfidiā: qua conant mini-
ſtros a chriſto retrahere. Unde[Reſponderūt eis. P. mini-
ſtri. Nunquid et uos ꝛc.] Ubi tria faciūt. Primo ar-
guūt eorum ſcꝫ miniſtrorū errorē. 2° ꝓponūt exem-
plum principū. 3° excludūt exēplū turbarū. ❡ Ar-
guūt aūt eos cum dicūt[Nunquid et uos ſeducti e-
ſtis?] q. d. Uidemus uos delectatos eē in ſermo-
ne illius. Et reuera laudabili ſeducti erāt. quia di-
uiſo malo infidelitatis ad ueritatē fidei ſunt ad-
ducti. De qua dicit Hiere. 20. Seduxiſti me domi-
ne ꝛc. ❡ Exēplū aūt principis ꝓponūt ut magis
eos aduertāt. Unde dicūt[Nunquid ex principibus.] Ex
duobus enim aliq fide digni reducunt. ſ. ex auctē
ꝛ ex religione. Unde hec duo cōtra chrīm adducunt.

Fide digni ex duobus reducūtur. primo ex auctē. ſecūdo ex religione.

¶ Hoc excludit iudaicã ꝯtradictionẽ. Et pmo ponit euãgeliſta iudeoꝝ ꝯdictionẽ. 2° dñi excluſionẽ ibi [Reſpondit ieſus. Ego demoniũ ꝛc̃.] Duo aũt iponũt iudei chrõ in eoꝝ ꝯdictione. Primo quidẽ ꝙ ſit ſamaritanus cũz dicũt [Nõne bene dicimus nos: q2 ſamaritanus es?] 2° vo ꝙ demoniũ hẽat. Unde ſubdunt [ꝛ demoniũ habes.] In hoc autẽ ꝙ dicũt [Nonne bñ dicimus nos.] Datur intelligi ꝙ hoc uerbũ frequẽter dño improꝑabãt. Et qdẽ de ſecũdo ꝙ ſit demoniacus legim⁹ Mat. 9. ꝛ 12. cum dicebant. In beelzebub pncipe demonioꝝ ꝛc̃. Sed ꝙ dixerũt eum ſamaritanũ nuſq̃ niſi hic in euãgelijo iuenit: lz forte hoc multotiẽs dixerũt. Multa enim dicta ꝛ facta ſunt erga ieſum: ꝛ a ieſu que nõ ſũt ſcripta in euãgelijs (ut dr̃ .j. 20.) ¶ Duplex autẽ cauſa aſſignari põt q̃re iudei hoc chriſto dicebant. Una quidẽ: q2 ſamaritani gens odioſa erat pro poplo iſraelitico: eo ꝙ decẽ trib⁹ in captiuitatẽ ductis terram eorũ poſſidebant .ſ. 4. Non enĩ coutunt iudei ſamaritanis. Quia ergo chriſt⁹ iudeos arguens: credebat a iudeis ꝙ hoc ex odio faceret. iõ eũz ſamaritanũ. ꝛ q̃ſi aduerſariũ reputabant ꝛc̃. ¶ Alia rõ: q2 ſamaritani ꝑtim quidẽ ſeruabãt ritus iudaicos ꝑtim vo nõ. Uidẽtes ergo iudei chrĩm in aliquo legẽ ſeruãtẽ: ꝛ in aliquo diſſoluentẽ (utpote ſabbatũ) uocabãt eum ſamaritanũ. ¶ Similiter autẽ duplici de cauſa dicebãt eũz demoniũ hẽre. Una quidẽ q2 miracula que faciebat ꝛ cogitationes eoꝝ q̃s reuelabat nõ attribuebant uirtuti diuine in chrõ: ſed arte demonũ ipm ea facere ſuſpicabant. Unñ dicebãt. In beelzebub principe demonioꝝ ꝛc̃. ¶ Alia vo ratio eſt ꝓpter eius ſermones trãſcẽdentes capacitatẽ humanaz dicẽs deũ pr̃em ſuũ eſſe: ꝛ ſe deſcẽdiſſe de celo. Et hi⁹ ꝯſuetudo rudiũ eſt: ꝙ cũz talia audiunt diabolica reputãt. Et ſic iſti credebãt: ꝙ chrs q̃ſi demonio plenus loqueret. j. 10. Alij dicebãt demonium hẽt ꝛc̃. Dicũt autẽ hec uerba: ut arguãt de peccato ꝯ illud qd̃ dixerat. Quis ex uobis arguet me ꝛc̃. ¶ Conſequẽter cũ dicit.

Duplex cã aſſignat: q̃re iudei chrĩz uocabãt ſamaritanum.

Duplex cã aſſignat. q̃re iudei uocabant chrĩz demoniũ habentem.

¶ Reſpondit ieſus. Ego demoniũ nõ hẽo.

¶ Repellit dñs iudeoꝝ cõtradictionẽ. Duo autez impoſuerãt chrõ .ſ. ꝙ ſamaritan⁹ eſſet: ꝛ ꝙ demoniũ haberet. Et de primo qdẽ dñs nõ ſe excuſat. ¶ Et hoc duplici de cã. Una quidẽ ſm Origenẽ Quia iudei ſemꝑ uolebãt ſe a gentilib⁹ ſeꝑare. Jã autẽ uenerat tẽpus: ꝙ remouẽda erat diſtinctio gẽtiliũ ꝛ iudeoꝝ: ꝛ oẽs ad viã ſalutis reuocãdi. Et iõ dñs ut oſtendat ſe ueniſſe pro ſalute oium magis q̃ paulus oia fact⁹: ut oẽs lucrifaceret .p° Coꝝ. 9. Jõ non negauit ſe eẽ ſamaritanũ. ¶ Alia rõ eſt. Quia ſamaritan⁹ interpretat cuſtos. Et q2 ipſe precipue cuſtos nr̃ eſt ſm illud ps. Ecce nõ dormitabit: neq̃ dormiet qui cuſtodit iſrael. Et iõ ſe ſamaritanuz eſſe nõ negauit. ¶ Negat autẽ ſe demoniũ hẽre dicens [Ego demoniũ nõ hẽo.] Et primo quidẽ repellit illataz iniuriã. Secũdo arguit iniuriantiuz ꝑtinaciaz ibi [Et uos ihonoraſtis me.] Circa pmũz duo facit. Primo repellit illatam iniuriã. 2° manifeſtat hoc per oppoſitum ibi [Sed honorifico ꝛc̃.] ¶ Notãdũ eſt autẽ circa pm ꝙ dñs iudeos corrigẽdo frequent eis dure locut⁹ eſt. Ue uobis ſcribe ꝛ phariſei ypocrite: ꝛ multa que legunt in euãgelijs ſed nõ inuenit: ꝙ dominus iudeis ſibi dura uerba uel facta inferentibus iniurioſe uel dure locut⁹ fuerit: ſed (ut dicit Greg.) Injuriã ſuſpiciens deus nõ cõtumelioſa uerba reſpõdit: ſed ſimpliciter dicit [Ego demoniũ nõ habeo.] ex qua re qd nobis inuit: niſi ut eo tẽpore quo a ꝓximis ex falſitate contumelias accipimus: etiã eoꝝ uerba mala tacea m⁹ ne miniſteriũ iuſte correctionis in arma uertat furoris. Et ꝙ que ad deum ꝑtinent iudicare debemus: que vo ad nos deſpicere. Hoc autẽ uerbum .ſ. [Ego demoniũ nõ habeo.] ſolus chrs dicere poteſt (ut Origenes dicit.) Nam ille nihil qd̃ demonis eſt: leue videlicet: aut graue ſe hẽt. Unde .j. 16. Uenit princeps huius mũdi: ꝛ in me non habet quicq̃. 2. Coꝝ. 6. Que conuentio chriſti ad belial. ¶ Manifeſtat autem hoc qd̃ dixit per oppoſitũz dicens.

2a ratio. Samaritan⁹ interpretat cuſtos

¶ Sed honorifico patrem meum.

¶ Diabolus enĩ honori dei reſiſtit. Qui ergo querit dei honorẽ: alienus eſt a diabolo. Chrs ẽ q honorificat pr̃em ſuũ .ſ. deum demonium nõ habet. Eſt autem ꝓpriũ chrõ ꝛ ſingulare ꝙ honorificet patrẽ ſuum (ut dicit Malach. p.) Fili⁹ honorificat pr̃em. Chrs autez ſingulariter eſt dei filius. ¶ Conſequenter cum dicit.

Proprium ꝛ ſingulare chrõ eſt ꝙ honorificet pr̃ez ſuum

¶ Et uos inhonoraſtis me. Ego autem non quero gloriã meã. Eſt qui querat ꝛ iudicet.

¶ Arguit iniuriantiũ ꝑtinaciã. Et pmo arguit iniuriantes. Secũdo excludit cãm inopinatã argutionis. Tertio ꝑdicit eis debitã damnationem. Dicit ergo pmo. Ego honorifico pr̃em meuz [ꝛ uos inhonoraſtis me.] quaſi dicat. Ego facio qd̃ debeo. Uos facitis qd̃ nõ debetis: imo in hoc ꝙ inhonoraſtis me: inhonoratis pr̃em meũ. ſ. 5. Qui nõ honorificat filium nõ honorificat pr̃em: qui miſit illuz. Sed q2 poſſent dicere nimis durus eſt: nimis de gloria tua curas. Sic nos arguens. Jdeo hoc excludẽs ſubdit loquẽs: inquatũ eſt homo [Ego gloriam meã nõ quero.] Solus enĩ deus eſt qui poteſt gloriã ſuã abſq̃ culpa querere. Alij autẽ nõ niſi in deo. 2. Coꝝ. 9. Qui gloriatur in domino glorietur. Supra. 6. Si ego glorifico meipſum. gloria mea nihil eſt. ¶ Sed nunquid chriſtus inquantũ homo non habet gloriam: imo magnam per omnem modũ: q2 lz ipſe eam non querit [eſt tamen qui querat.] ſ. pater. Nam dicit in ps. Gloria ꝛ honore coronaſti eum .ſ. chrĩm hominẽ. Et alibi. Gloriam ꝛ magnũ decorem impoſuiſti ſuper eum. Et non ſolum gloriam meam queret in operãtibus vinas ueritatis cauſas: ſed ꝛ puniet: ꝛ condemnabit ꝯdicentes glorie mee. Unñ ſubdit [Et iudicet.] ¶ Sed cõtra .ſ. 5. dicit. Pater non iudicat quenq̃:

Solus de⁹ eſt q abſq̃ culpa põt gliam ſuam querere.

Reſponſio. ſed omne iudicium dedit filio. ℂ Reſpōdeo. Pater nō iudicat quenq̄ ſeorſum a filio: q2 etiā3 hoc iudicium qd̄ faciet de eo: ꝙ iniuriamini mihi per
Alia rūſio. filium faciet. ℂ Uel dicendū ꝙ iudiciū quandoq3 pro cōdemnatione accipit. Et hoc iudiciu3 pr̄ dedit filio: q2 ipſe ſolus appebit in fo2a viſibili in iudicio (ut dictū eſt ſupra.) Q̄nq3 accipit pro diſcretione. Et de hoc loquit hic. Un̄ dicit in p̄s. Iudica me deus ꝛ diſcerne cā3 meā. q̄ſi dicat. Eſt pater qui gloriā meā a ur̄a diſcernet. Uos eni pro ſeculo gloriari diſcernit. ꝛ gloriā filij ſui quē vnxit pre pticipib9 ſuis: ꝛ qui ſine peccato eſt. Uos v̄o homines cum peccato.

LE. VIII Amen amē dico uobis: ſiquis ſermonē meum ſeruauerit: mortem non videbit in eternum.

Supra dn̄s duo pmiſerat eis ſequentibus ſcilicet liberationē a tenebris. ꝛ adeptionē vite dicēs. Qui ſequitur me nō ambulat in tenebris ꝛc̄. Et de p̄mo quidē dictū eſt ſupra. Nūc aūt agit de ſecūdo ſ. de adeptione vite per ch̄m. Et primo pponit ueritatē. Secūdo repellit iudeoꝝ cōtradictionē ibi [Dixerunt ergo iudei. Nūc cognouimus ꝛc̄.] Sciendu3 eſt autē ꝙ q̄uis ch̄s laceſſit9 eēt iniurijs ꝛ obprobrijs: non tn̄ deſtitit a doctrina: ſed poſtq̄ hēre demoniū dictus eſt predicationis ſue bn̄ficia largius impendit dicēs [Amen amē dico uobis ꝛc̄.] ℂ In quo dat nobis exēplum ꝙ cū maloꝝ puerſitas creſcit: ꝛ obprobria hominu3 ꝯculcant que ꝯuertant: nō ſolū p̄dicatio frāgi nō debet: ſ3 etia3 augeri. Eze. 3. Tu ergo fili hoīs ne timeas ꝛc̄. Et p̄e Timō. 3. Laboro uſq3 ad vincula q̄ſi male opans ſed uerbū dei ꝛc̄. Duo aūt facit dn̄s in his uerbis. Unū quidē eſt qd̄ requirit. aliud qd̄ pmittit. ℂ Requirit ſermonis ſui ſue obſeruatione. Un̄ dicit [Siq̄s ſmonē meū ſeruauerit ꝛc̄.] Nā ſermo ch̄i ueritas eſt. Iō debemus ip̄m ſeruare. Primo quidē per fidē ꝛ iugem meditationē. Prou. 4. Serua eam ꝛ ſeruabit te. Secūdo v̄o per opis ipletionē. Io. 14. Qui habet mandata mea: ꝛ ſeruat ea ꝛc̄. ℂ Promittit autē mortis liberatione3. Un̄ dicit [Mortem non videbit in eternū.] i. nō experiet. Ecc̄. 24. Qui operant in me. ſ. diuina ſapia nō peccabunt: ꝛ qui elucidant me vi. eter. ꝛc̄. Et cōgrue tali merito debet tale premiū. Nā vita eterna pcipue in diuina viſione cōſiſtit. Io. 17. Hec eſt vita eterna ut cognoſcant te ſolū uerū deū ꝛc̄. Huius autē viſionis q̄dā ſeminariū ꝛ p̄ncipiū in nobis fit per uerbū ch̄i. Mat. 13. Semē eſt uerbū dei. Sicut ergo ille qui ſeruat ſemen alicuius plāte uel arboris: ne corrūpat puenit ad pfectionē fructus: ita qui ſeruat uerbū dei puenit ad vita3 eternā. Leuit. 18. Que fecerit hō viuet in eis. ℂ Conſequenter cum dicit.

ℂ Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouim9 q2 demoniū habes. Abraam mortuus eſt ꝛ prophete: ꝛ tu dicis: ſiquis ſermonē meum ſeruauerit: non guſtabit mortem in eternu3. Nunquid tu maior es patre noſtro Abraā qui mortuus eſt? Et prophete mortui ſunt. Quem teipſum facis?

ℂ Ponit cōtradictionis iudeoꝝ cōfutatio. Cōtradicūt aūt ch̄o tripliciter. Primo quidē falſitatis arguendo. Secūdo irridēdo ibi [Dixerūt ergo iudei ad eū. Quinquaginta ꝛc̄.] Tertio pſequendo ibi [Tulerūt ergo lapides ꝛc̄.] Circa primū duo facit Primo conant eu3 redarguere pſumptiōis. 2° ad quedā eoꝝ que dicta ſunt ch̄s rn̄det ibi [Si ego glorifico meip̄m ꝛc̄.] Circa primū tria facit. Primo irrogant improperiū 2° pponūt factū ibi [Abraā mortuus eſt ꝛc̄.] 3° interrogant ibi [Nunq̄d tu maior es ꝛc̄.] Interrogauerūt improperiū mendacij cū dicūt [Nūc cognouimus q2 demoniū habes.] ꝛ hoc ideo dixerunt: q2 notum eſt apud iudeos ꝙ adinuctor peccatorū eſt diabolus. ꝛ precipue mendacij ſm illud. 3. Reg. ultimo. Egrediar ꝛ ero ſpūs mendax ꝛc̄. Quia autē videbat eis hoc qd̄ dominus dixit. ſ. Siquis ſermonē meum ꝛc̄. apertū mēdaciū eſſe. Nam ipſi tanq̄ carnales itelligebant de morte corporali: qd̄ de ſpirituali ꝛ eterna morte dixerat. ꝛ precipue q2 ꝯtrariat aucti ſacre ſcripture p̄s. Quis eſt homo qui viuit ꝛc̄. Ideo dicūt ei [Demoniu3 habes.] quaſi dicat ex inſtinctu demonis mēdaciū loqueris. Et ut ꝯuincāt eū de mendacio duo faciunt. Primo quidē pponunt mortem antiquorū. Secūdo v̄o repetunt uerba chriſti ibi [Et tu dicis ꝛc̄.] ℂ Dicunt ergo uere falſum eſt qd̄ loqueris. Siquis ſermonē tuum ꝛc̄. Nā [Abraam.] homo [mortuus] eſt (ut p3 Gen̄. 25.) Similiter ꝛ [pphete] mortui ſunt. 2. Reg. 14. Omnes morimur ꝛc̄. Et quidē i3 mortui ſint corpaliter: non tn̄ mortui ſunt ſpūaliter. Mat. 22. dicit domin9. Ego ſum deus Abraā ꝛc̄. Poſtea ſequitur. Nō eſt de9 mortuoꝝ: ſed viuoru3. Mortui ergo ſunt corpore ſed viuunt ſpiritu: q2 ſermonem dei ſeruauerunt. ꝛ vixerunt ex fide. Et de ea morte domin9 itelligebat nō de corpali. ℂ Uerbum aūt ch̄i repetūt cū ſubdūt [Et tu dicis ꝛc̄.] Uelut cauti ꝛ maligni auditores dn̄icum ſermonē cōfundentes: nō repetūt eadē uerba. Nā dn̄s dixit. Mortē non videbit. Ipſi v̄o ptulerūt [Mortē non guſtabit.] ſed quātum ad eorum intentionē idē eſt. Quia per utrunq3 ipſi itelligunt ꝙ mortē. ſ. corporalē nō experiet in eternū. Sed quātum ad uerū intellectū differt (ut Origenes dicit.) Inter mortē guſtare ꝛ videre. Nā videre mortē eſt eam pfecte experiri. Guſtare aūt eſt aliquē mortis guſtu3 ſeu pticipationē hēre. Sicut autē eſt plus ad penā videre morte3: q̄ guſtare: ita plus eſt ad gloriā nō guſtare mortē: q̄ videre. Illi eni3 nō guſtāt qui in alto ſunt cū chriſto. ſ. in itellectuali loco ſtatū obſeruant. De quib9 dicit Mat. 14. Sunt de hic ſtantibus: qui nō guſtabūt mortē ꝛc̄. Aliqui tn̄ ſunt qui ſi nō videāt mortē mortalit peccando: tn̄ aliquid guſtant per aliquā leuē terrenoru3 affectionē. Et iō dominus (ut habet in greco ꝛ Origenes etiā exponit.) dixit mortē non videbit in eternum: q2 ſi ſermonē ch̄i acceperit ꝛ cuſtodierit ꝛ ſi guſtet aliq̄d: non tamen videbit mortē. ℂ Interrogant autē eū dicūt [Nunquid tu maior es pr̄e ꝛc̄.] Et p̄ q̄dē q̄rūt de cōparatione ipſi9 ad antiq̄s pr̄es [Nunq̄d inquiunt tu maior es ꝛc̄.] Poterāt (ut Criſ. dicit) ſm carnalē eoꝝ itellēn altius querē. Nunq̄d. ſ. tu maior es deo? Nā Abraā ꝛ pphete mādata dei ſuauerūt. ꝛ tn̄ corpalit mortui ſunt? Sic ergo ſiquis ſermonē tuu3 ſeruauerit nō morietur. videtur ꝙ ſis maior deo. Sed contenti ſunt hac redargutione: q2 putabant eū minorē q̄ Abraam: cum tn̄ ſit ſcriptum in p̄s. Non eſt ſimilis tui in dijs domine. Et Exo. 15. Quis ſimilis tui in fortibus dn̄e. q. d. nullus. Scd̄o q̄rūt de ſua extimatione quē. ſ. ſeipſum facit. q̄ſi dicat. Si tu es ma-

Notū ē apud iudeos diabolū eē inductorē peccatorum.

Uidē mortē ē eā pfecte experiri. Guſtare mortē ē aliquem mortē guſtum ſeu pticipatiōnem hēre.

ioꝛ iſtis.ſ.Abraā ⁊ ꝓphetis.videt̄ per hoc itelligi ꝙ ſis altioris nāc.puta Angelus: uel deus. Sed hoc nō extimam⁹ de te.Et ō nō dicūt. Tu ꝗs es? [Sꝫ quē te ipm̄ facis?]ꝗa ꝗcqͩ dr̄ ſupra iſtis nos recognoſcētes de te:reputabim⁹ ꝙ tu illud fingas Similiter dicebāt.j.10.De bono opere nō lapidamus te:ſed de blaſphemia.Quia tu homo cū ſis facis teipſum deum.℄ Conſequēter cū dixit.

℄ Reſpōdit ieſus.Si ego glorifico meipſuꝫ gloria mea nihil eſt.

℄ Ponitur rn̄ſio dn̄i.Et ꝓ reſpōdet ſcd̄e q̄ōni.2° vo ꝓme ibi[Abraā pater ⁊c̄.] Circa ꝓmū tria facit dn̄s.Prio excludit falſitatē quā itendebāt.Scd̄o docet ueritatē quā ignorabāt ibi[Eſt pater meus ⁊c̄.]Tertio manifeſtat utrūqꝫ qͦ proponebāt ibi [Et nō cognouiſtis eū.]℄ Dicit ergo queritis me dicentes.Quē teipm̄ facis:ac ſi glīam quā non habeo mihi uſurpē:ſꝫ ſuꝑuacua fuit hec ꝑlatio: qm̄ nō me facio id qͦ ſum:ſed ex pr̄e recepi. Nam[ſi ego glorifico meipm̄ gloria mea nihil eſt.]Qͦ ſꝫ hunc modū poſſet itelligi de chr̄o ſm̄ ꝙ eſt filius dei.Un̄ dicat cū precīſiōe[ſi ego]ſcilicet ſolus[glorifico meipm̄.]i.attribuā mihi gloriā:quā pr̄ mihi nō attribuat[gloria mea nihil eſt.]Nam gloria chr̄i ſm̄ ꝙ eſt deus:eſt gloria uerbi ⁊ filij dei.Fili⁹ autē nihil hēt niſi nat⁹.i.qͦ naſcēdo ab aliquo recepit.Si ergo dei per ipoſſibile ꝙ gloria ſua non eēt ab alio:nō eſſet gloria filij.Melius tn̄ videt̄ ꝙ dicat̄ de chr̄o ſm̄ ꝙ homo. Nā quicūqꝫ attribuit ſibi gloriā quā nō hēt a deo:glīa illa eſt falſa.Nā ꝗcqͩ ueritatis eſt:a deo eſt.Qͦ autē eſt ueritati cōtrariū falſum eſt.⁊ per ꝯn̄s nihil gloria ago que a deo nō eſt nihil eſt.Heb.5.Dicit̄ de chr̄o ꝙ non ſeipm̄ clarificauit:ut pontifex fieret.2.Coꝛ.10.Nō enī qui ſeipm̄ cōmēdat ille ꝓbatus eſt ⁊c̄.Sic ergo pꝫ iudeoꝝ falſitas.℄ Ueritatē autē quā intendit docere ponit dicens.

℄ Eſt pater me⁹ qui glorificat me:quē uos dicitis:qꝛ deus ueſter eſt.

℄ Quaſi dicat.Nō ego meipm̄ gloꝛifico:ſicut uos fingitis:ſed alius eſt qui me glorificat.ſ.[pr̄ me⁹.] Quē quidē deſcribit ex ꝓprietate:⁊ ex nā. ℄ Ex ꝓprietate quidē ꝑſonitatis. Un̄ dicit[Eſt pr̄ me⁹.] ⁊ nō ego.Ex quo quidē v̄bo(ut Aug⁹ dicit.)calūniant̄ Arriani ſidei noſtre:dicētes maiorē eē pr̄ē filio. Nam maioꝛ eſt qui glorificat eo qui glorificatur ab ipſo.Si ergo pr̄ glorificat filiū.pr̄ maioꝛ eſt filio.Sed dicēdū ꝙ apparentiā quidē hēret argumētū:niſi inueniret̄ econuerſo: ꝙ fili⁹ glorificet patrē.Dicit enī filius.j.17.Pater uenit hora clarifica filiū tuum:ut fili⁹ tuus clarificet te.Et in eodē.Ego te clarificaui ſuꝑ terrā.In greco autē idē eſt glorifica ⁊ clarifica:ſed ſm̄ Ambroſiuꝫ.gloria eſt clara cū laude notitia.Hoc aūt qͦ dicit[Eſt pr̄ me⁹ ⁊c̄.] Poteſt referri ad chr̄m.⁊ ſm̄ ꝙ eſt filius dei.Et ſꝫ ꝙ eſt filius hoīs.℄ Scd̄m ꝗdē ꝙ eſt filius dei pater glorificat eū gloria diuinitatis ab eterno euꝫ ſibi eq̄lem gn̄ando.Heb.1.Qui cū ſit ſplēdoꝛ glorie ⁊c̄.Phil.2.Omnis lingua cōfiteat̄:quia dn̄s ieſus chr̄s in gloria ⁊c̄.℄ Scd̄m v̄o ꝙ hō habuit gloriā per redundātiam diuinitatis in ipſum ⁊ grē ⁊ glorie ſingularis.ſuꝑ.1.Uidim⁹ gloriā eius gloriā quaſi vnig.⁊c̄.℄ Ex nā v̄o diuinitatis deſcribit eum cū dicit[Quē uos dicitis:qꝛ deus ⁊c̄.]Ne aūt aliū pr̄em putes q̄ꝫ deū.dicit ſe glorificari a deo.j.

Cū maioꝛ ſit q glificat q̄ꝫ q glificat̄.iō arriāi dicūt pr̄ē eē maiorē fili⁹

In greco idē eſt glificare ⁊ clarificare.

13.Nunc clarificat⁹ eſt filius hoīs ⁊c̄.Et deus clarificabit eū ⁊c̄.Sꝫ ſm̄ Aug^m hoc uerbū eſt ꝯtra manicheos:qui dicūt annūciatū nō eſſe in ueteri teſtamēto pr̄em chr̄i:ſed eē aliquē ex principib⁹ maloꝝ angeloꝝ.Conſtat autē ꝙ iudei nō dicūt alium deū ſuū eē q̄ꝫ deum ueteris teſtamēti Ergo deus ueteris teſtamēti eſt pr̄ chr̄i glificās eū.℄ Manifeſtat autem utrunqꝫ.ſ.iudeorum falſitatem ⁊ ſuam ueritatem cum dicit.

Hereſis manicheorum.

℄ Et non cognouiſtis eum..

℄ Manifeſtat autē dupliciter.Prio ꝗdē oſtēddo iudeorum ignorātiā.2° ſuā notitiā ibi[Ego aūt cognoui ⁊c̄.]℄ Circa p̄mū ſciēdū ꝙ poſſent iudei dicere.Tu dicis ꝙ glorificaris a deo:ſed nobis nota ſunt iudicia eius: ſm̄ illud p̄s. Non fecit tali oīi nationi:⁊ iudicia ſua nō manifeſtauit eis.Ergo ſi uerū eſt qͦ dicis:nos utiqꝫ ſciremus.hoc cū ergo nos lateat.cōſtat ꝙ nō eſt uerū.Et ideo cōcludēs dicit[Et nō cognouiſtis.]quaſi dicat.Nō mirum eſt ſi nō cognoſcitis gloriā qua me glorificat pat meus:quē dicitis deū ueſtrū:qꝛ nec ipm̄ deum cognoſcitis.℄ Sed ꝯtra p̄s.Notus in iudea.℄ Rn̄deo ut deus:ſꝫ nō ut pater noſt⁹ eſt ab eis.Un̄ ſupra dixit.Eſt pr̄ me⁹ ⁊c̄.℄ Uel dicēdū ꝙ nō cognouiſtis eū affectu:qꝛ carnaliter colitis:qui ſpūaliter colēdus eſt.ſ̄.4.Spūs eſt deus:⁊ eos qui adorant in ſpiritu ⁊ ueritate ⁊c̄.Itē effectu:qꝛ mādata eius adimplere cōtēpſiſtis.Titū.ꝓ Cōfitent̄ ſe noſſe deuꝫ:factis autem negant.℄ Sed quia poſſent dicere.Eſto ꝙ nos nō cognoſcamus gloriā tuā:quō cognoſcis tu gloriā te a deo pr̄e hr̄e.Et ideo ſubiungit notitiā ſuā dicens.

Obiectio. Solutio. Alia ſolo.

℄ Ego aūt noui eum.Et ſi dixero qꝛ nō ſcio eum:ero ſimilis uobis mēdax.Sed ſcio eū ⁊ ſermonem eius ſeruo.

℄ Et ꝓmo ponit ſuam notitiam.Secūdo oſtendit neceſſitatem huius notitie proferende ibi[Et ſi dixero ꝙ non ⁊c̄.] Tertio exponit quod dicit ibi [ſed ſcio euꝫ.]Dicit ergo.Ideo ſcio me habere gloriā a deo patre: quia ego[noui eum]ea.ſ. notitia qua ipſe nouit ſeipſuꝫ:⁊ nullus ali⁹ niſi fili⁹ Mat. 11.Nemo nouit filiuꝫ niſi pr̄.Nec pr̄em quis nouit niſi filius.ſ.cognitione ꝑfecta cōprehēſiōis.Et qꝛ oē imꝑfectū a ꝑfecto initiū ſumit:inde ē ꝙ oīs noſtra cognitio a v̄bo deriuat̄.Un̄ ſequit̄.Et cui uoluerit filius reuelare.Sꝫ qꝛ ſm̄ carnē iudicantibus poſſet chr̄o ad arrogantiā aſcribi:dicenti ſe noſſe deū.Ideo ſubdit neceſſitatē dicti ſui cum ſubiungit[Et ſi dixero qꝛ nō ⁊c̄.]Nā ſm̄ Aug^m nō eſt ſic arrogantia vitāda ut relinquat̄ ueritas:⁊ incurrat̄ mēdaciū.Ideo dicit[Si dixero]q̄ſi diceret: ſicut uos dicētes.Scire eū mētimini:ita ego ſi [dixero] me neſcire.cum ſciā eū[ero ſimilis uobis mēdax.] Unde hec ſimilitudo ſequit̄ a cōtrario:ut ſit ſimilitudo in mēdacio.Quia ſicut iſti mentiunt̄ dicētes ſe ſcire eū quē neſciūt:ita chr̄s eſſet mendax ſi diceret:ſe neſcire q̄ꝫ nouit. Sed diſſimilitudo eſt in cognitione.Quia iſti non cognoſcūt:chr̄s nō ſcit eū Sed nunquid potuiſſet chr̄s hoc dicere?Potuiſſet quidē uerba proferre materialiter:ſed non intēdere exprimere falſitatē:qꝛ hoc non potuiſſet fieri:niſi per inclinationē uoluntatis chr̄iſti ad falſum qͦ erat impoſſibile:ſicut impoſſibile erat euꝫ peccare nihilominus tamē cōditionalis eſt uera:lꝫ antecedens ⁊ cōſequēs ſit impoſſibile.℄ Qͦ autē patrē

Chr̄s lꝫ potuiſſet exp̄mere hec uerba mālr.ſ.ſe noſce deū:tn̄ nō poterat itēdē exp̄mē falſitatē

cognoſcat manifeſtat ſubdēs [Sed ſcio eū ⁊c.] Et cognitiōe ſpeculatiua: cū dicit [ſcio] intellectualiter per dictā cognitionē [eum] ſ. patrē. Itē cognitiōe effectiua. ſ. per conſenſuʒ uolūtatis ad ipſum. Unī dicit [Et ſermonē eius ſeruo.] ſupra 6. Deſcendi de celo nō ut faciā uolūtatē meā ⁊c. ℂ Conſequēter cū dicit.

ℂ Abraā pater ueſter exultauit ut videret diē meū: vidit ⁊ gauiſus eſt.

ℂ Rñdet prime qōni quā fecerāt ei iudei dicentes Nūquid tu maior es ⁊c. Oñdēs ſe maioreʒ tali ratione. Quicūqʒ enī expectat bonū ab aliquo ⁊ pfectionē ſuā eſt minor eo a quo expectat: ſed Abraam totā ſpem ſue perfectionis: ⁊ ſui boni babuit in me. ergo eſt me minor. Et quantū ad hoc dicit. [Abraā pater ueſter.] de quo. ſ. gloriamini. [Exultauit ut videret ⁊c.] Ubi ponit duplicē viſionem: ⁊ duplex gaudiū: ſed ab alio ⁊ alio ordie. Nā primo pmittit gaudiū exultatiōis dicēs [exultauit.] ⁊ ſubdit viſionē dicēs [ut videret.] Deinde pmittit viſionē dicēs [vidit] ⁊ ſubdit gaudiū dicēs [⁊ gauiſus eſt.] Et ſic gaudiū cōſiſtit inter duas viſiones procedēs ab vna ⁊ tendēs in aliā. q. d. [Uidit ⁊ gauiſus eſt ut videret diē meū.] Primo ergo videndū que ſit iſte dies queʒ vidit: ⁊ exultauit ut videret. Eſt aūt duplex dies chriſti. ſ. eternitatis: de quo in pſ. Ego hodie genui te. Itē dies incarnationis ⁊ humanitatis. De quo. ſ. 9. Me oportet operari: donec dies eſt. Ro. 13. Nox preceſſit dies autē ⁊c. Utroqʒ ergo mō dicim⁹ ꝙ Abraā vidit primo diē chriſti. ſ. eternitatis ⁊ icarnatiōis per fidē. Gen. 15. Credidit Abraā deo ⁊c. Et ꝙ vidit diē eternitatis manifeſtū eſt. Alias enī nō fuiſſet iuſtificatus a deo. Quia (ut dicit Heb. 10.) Accedētē ad deuʒ opʒ credere qꝛ eſt ⁊c. ꝙ aūt viderit diē incarnationis manifeſtat ex trib⁹. ſ. ex iuramēto qd̄ exegit a ſeruo. Nā Gen. 24. cū ſeruo ſuo quē mittebat. Pone manū ſubter femore meo: ⁊ iura mihi per deū celi ⁊ terre. ex quo (ut dicit Aug⁹.) ſignabat ꝙ de femore ei⁹ pceſſurus eēt deus celi. 2° (ut Gregorius dicit.) Cum in figura ſūme trinitatis tres angelos hoſpitio ſuſcepit. 3° qñ cognouit prefiguratā paſſioneʒ chriſti in oblatiōe arietis ⁊ Iſaac Gen. 22. Sic ergo ex hac viſione gauiſus eſt: ſed nō quieuit in ea. imo ex hac exultauit in aliā viſionē. ſ. apertā ⁊ per ſpeciē: quaſi totū gaudiū ſuū in ea ponens. Unde dicit [Exultauit ut videret] apta viſiōe] diē meū.] ſ. diuinitatis ⁊ humanitatis mee. Luc. 10. Multi reges ⁊ pphete uoluerūt videre ⁊c. ℂ Conſequenter cum dicit.

Dies chriſti eſt duplex. ſ. eternitatis ⁊ incarnationis.

ℂ Dixerunt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nōdū habes ⁊ abraaʒ vidiſti.

ℂ Oñdit quō iudei irridēt uerba chriſti. Et primo ponit irriſio uerborū chriſti a iudeis ad cōfutandum. 2° ſubdit manifeſtatio ipſoꝝ uerboꝝ a chriſto ad irriſionē vitādam ibi [Dixit ergo eis ieſus. Amen amē dico uobis ⁊c.] Quia ergo chriſtus dixerat ꝙ abraā exultauit ut videret ⁊c. Iudei carnalē mentē habentes: ⁊ in eo ſolā carnis etatē penſantes: irridentes dictū ⁊ dicūt [Quinquaginta annos nōdū habes.] Uere qnquaginta annos nō hēbat nec etiā quadraginta: ſed circa triceſimū annuʒ erat. Luc. 3. Erat ieſus incipiēs quaſi annoꝝ triginta. Qd̄ aūt dicūt [50. annos ⁊c.] ideo forte eſt: quia apud iudeos ann⁹ iubileus in maxia reuerentia habebat quaſi per eū oīa cōputātes: tū quo ⁊ captiuos manū mittebāt ⁊ emptiuis cedebāt poſſeſſionib⁹. q. d. Tu nōdū exceſſiſti ſpatiū vnius iubilei [⁊ abraā vidiſti.] quāuis dñs nō dixerit ꝙ viderit abraā: ſed ꝙ abraā diē ei⁹ vidit. ℂ Et ideo dominus ut irriſionē vitet reſpōdēs iudeis uerba ſua exponit dicēs.

Iubileus annus in maxima reuerentia a iudeis habebatur.

ℂ Dixit eis ieſus. Amen amen dico uobis: anteqʒ abraam fieret ego ſum.

ℂ In quib⁹ uerbis dñs de ſe notabilia ⁊ efficacia cōtra arrianos dicit. Unum eſt: quia (ut dicit Gregori⁹) cōiungit ſimul uerbū pñtis tpis ⁊ preteriti. Ante enī ſignificat preteritū. ſuʒ ipis pñtis eſt. Ut ergo oñderet ſe eē eternū: ⁊ eē ſuū eſſe eternitatis inſinuet: non ait ante abraam ego fui. ſed ante abraā ego ſum. Nā eē eternū nō nouit tēpus preteritū ⁊ futurū: ſed in vno indiuiſibili includit oē tēpus. Unde dici pōt illud Exo. 3. Qui eſt miſit me ad uos: ⁊ ego ſum qui ſū. Ante ergo uel poſt abraā habuit eē: qui ⁊ accedere potuit per exhibitionē pñtis ⁊ recedere per curſum vite. ℂ Aliud ē ſm Auguſtinū: quia cū loqueret de abraam: qui creatura ē nō dixit [anteqʒ abraā eēt.] ſed [anteqʒ fieret.] Sed loquēs de ſe ut oſtendat ꝙ non eſt factus ut creatura: ſed ab eterno de eēntia pris genitus non dicit ego fio [ſed ego ſum] qui in principio erat uerbum. ſupra 1. Prouer. octauo. Ante omnes colles generauit me dominus. ℂ Conſequēter cum dicit.

ℂ Tulerūt ergo lapides ut iacerent in eū. Ieſus aūt abſcōdit ſe ⁊ exiuit de templo.

ℂ Ponitur intentatio iudeorum cōtra chrīm. Et pͦ ponit iudeoꝝ perſecutio. 2° chriſti euaſio. Sed perſecutio iudeoꝝ pcedit ex infidelitate. Nā mentes infidelium eternitatis uerba ſuſtinere nō ualētes nec intelligere ea reputabāt blaſphemiā. Et ideo ſm legis mandatū eū tanqʒ blaſphemū lapidare uolētes. [Tulerūt lapides ut iacerēt in eū ⁊c.] Et (ut dicit Aug⁹) tanta duritia lapidū quo curreret niſi ad lapides. ſ. 10. De bono ope nō lapidamus te. Simile faciunt qꝛ ex duritia cordis non intelligentes ueritatē aperte plată blaſphemāt pferentē. Unī dicit 3. Cano. Iudi. 3. Quecunqʒ nō norunt ⁊c. Euaſio aūt chriſti eſt ex eius ptāte. vñ ſequitur. [Ieſus aūt abſcōdit ſe.] qui. ſ. ſi diuinitatis ſue potentiā exercere uoluiſſet in ſuis actib⁹ eos ligaret: aut in penas ſubite mortis obrueret. [Abſcondit aūt ſe] ſpāliter ppter duo. Primo ut daret fidelibus ſuis exēplum declinādi perſecutores ſuos. Mat. 10. Si uos perſecuti fuerint in vnam ciuitatem ⁊c. 2° qꝛ non elegerat hoc genus mortis: ſed potius in ara crucis uoluit imolari. Et qꝛ nondū iplētū erat tēpus adhuc fugit. Sic ḡ tanqʒ hō a lapidib⁹ fugit: nō aūt [abſcōdit ſe] ſub lapide: uel in angulo. ſed ptāte ſue diuinitatis inuiſibilē ſe eis exhibēs exiuit: ⁊ receſſit de tēplo. Silr̄ fecit Luc. 4. Qñ uoluerūt eū pcipitare de ſupcilio montis. Per qd̄ (ut Grego. dicit) dat itelligi: ꝙ illis ipſa ueritas abſcōdit: qui ei⁹ uerba ſeq cōtēnūt. Ea ḡ ppe quā nō inuenit humilē ⁊itās fugit mētē. Iſa. 18 Qui abſcōdit faciē ſuā a domo Iacob. ⁊ ſimilr etiā quia dicebat eos correctionem ⁊ ueritatem non ſuſcipientes relinquere ⁊ ire ad gentes. Mat. vigeſimoprimo. Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta.

Fideles aliqñ per ſecutores debent declinare exēplo chriſti.

O

LE.I. 9.c.

Et preteriens ieſus vidit hominē cecum a natiuitate.

Poſtquā dominꝰ doctrine ſue illuminatiuam virtutē oñdit uerbo. hic conſequēter cōfirmat eā facto cecū corporalr illuminādo. Et circa hanc illuminationē tria ponunt. Primo infirmitas. Secūdo infirmitatis ſanatio ibi [hoc cū dixiſſet expuit ⁊c̄.] Tertio de ſanatione iudeoꝝ diſceptatio ibi [itaqꝫ vicini.] Circa pmū duo facit. Primo ponit infirmitas. Secūdo ingrit cā eius ibi [interrogauerūt eū diſcipuli.] ¶ Sciendū eſt circa primū ꝙ ieſus abſcōdēs ſe ⁊ de tēplo recedēs dū preteriret vidit hunc cecū. Et hoc eſt qḋ dicit [Et preteriēs ieſus vidit hominē cecū a natiuitate.] Ubi tria cōſiderant. Primo qdem preteriuit ut declinaret iudeorū furorē. Eccle. 8. Ne accendas carbones peccatoꝝ ⁊c̄. 2° ut emolliret iudeoꝝ duritiā ex miraculo facto ⁊ fiendo. J. 12. Si opa nō feciſſem in eis ⁊c̄. 3° ut per operationē ſigni uerba ſua firmaret. Nā facta dñi eorū que dicta ſunt a ſe faciunt fidez. Mat. ultimo. Sermonē cōfirmātē ſequētibus ſignis. ¶ Myſtice autem ſm Augm. Genus humanū eſt iſte cecus. Nā ſpūalis cecitas peccatum eſt. Sap. 3. Excecauit eos malitia coꝝ. Qui a natiuitate cecus eſt: qꝛ ex ſua origine trahit peccatum. Hec enim cecitas cōtingit per peccatū in hoīe primo: de quo oēs originē traduximꝰ. Ephe. 2. Eratis natura. i. naturali origīe filij ire. ¶ Cōñter cām dicit.

Expoſitio myſtica ſm Auguſtinum. Cecus ſignificat humanū genus.

¶ **Et interrogauerunt eū diſcipuli eius. Rabi quis peccauit: hic aut parentes eius ut cecus naſceretur?**

¶ Agit de cā ipſius infirmitatis. Et primo inquirit cā ipſius a diſcipulis. 2° manifeſtat a chro ibi [Nec hic peccauit.] Circa primū tria gquerēda occurrunt. Primū eſt cauſa inqſitiōis diſcipulorum a chro: que eſt (ut Criſoſtomꝰ dicit:) qꝛ ieſus egrediēs de tēplo ⁊ vidēs hūc cecū ualde ſtudioſe reſpexit: qſi vidēs in eo mām operande virtutis: ita ut diſcipuli hoc vidētes .ſ. eū ſtudioſe vidētē moti fuerūt ad interrogādū. ¶ Scđo diſcipuloꝝ diligētia: qꝛ dicūt. [Rabi.] uocātes eū magiſtrū: ut innuāt ſe ſic querere: quaſi creſcere deſiderātes. Tertio quaſi querētes cām peccati: dixerunt [qs peccauit ⁊c̄.] hoc dicunt: qꝛ ſupra. 5. Qñ dñs paralíticū ſanauit dixerat ei. Ecce iā ſanus factus es. Uade ⁊ amplius noli peccare. Cogitauerūt diſcipuli ꝙ ꝓpter peccatū ei illa infirmitas accidiſſet: eſtimātes ulterius ꝙ oīs humana infirmitas prouenīret ex pctō: ſm ꝙ Eliphas dicit Job. 4. Quis vnqꝫ inocēs perijt. Et ideo q̄rebāt utrū ex peccato ſuo uel parentū cecus natus fuiſſet. Sed ꝙ ex peccato ſuo eēt nō videtur: qꝛ nullus peccat anteqꝫ naſcat. Cū aīe ante corpora non fuerunt: nec peccauerūt (ut quidā falſo opinati ſunt.) ſm illud Ro. 9. Cuz nōdū nati fuiſſent ⁊c̄. ꝙ autē hoc ex peccato parentū paſſus fuerit nō videt: qꝛ Deut. 24. dr̄. Non occidunt patres pro filijs nec filij pro parentibus.

Aie ante corpora nō ſunt ⁊ conſequēter nō peccāt.

¶ Sed ſciendū ꝙ eſt duplex pena qua hoīes puniunt. Una eſt ſpūalis quātū ad aīam. Alia eſt corporalis quātū ad corpus. Et pena quidē ſpiritualí nunqꝫ filius pro patre punit. Cuius rō aſſignat Eze. 18. Quia aīa filij nō eſt ex pr̄e: ſed a deo. Oēs inquit aīe mee ſunt. ſ. per creationē: ſicut aīa pr̄is: ita aīa filij ⁊c̄. Hoc etiā dicit Auguſtinꝰ in quadam epl'a. Sed pena corporali filius pro patre punit: cū quantū ad corpus ſit quedā res patris. Et expreſſe hoc habetur Gen. 19. Ubi filij ſodomorum occiſi ſunt pro peccato parentū in ſubuerſione ſodome. Multotiens etiam dñs cōminat iudeis occaſionē puerorum ꝓpter peccata parentū. Quare aūt vno peccato alius puniatur. ¶ Sciendū ꝙ pena duo habet: leſionē ⁊ remedium. Nam aliquando abſcinditur mēbrū: ut totū corpus conſeruet. Et ſic pena huius leſionē infert inquantū abſcinditur: ſed remediū hēt inquātū conſeruat corpus. Nunqꝫ tamē medicus nobilius mēbrum abſcidit ꝓpter conſeruationē minus nobilis: ſed econuerſo. In rebꝰ aūt humanis aīa nobilior eſt corpore ⁊ corpus nobilius exteriorībꝰ rebus. Et ideo nunqꝫ fit: ut aliquis ꝓpter corpus in aīa puniatur: ſed potius in corpore ꝓpter remediū aīe. Quandoqꝫ ergo deus irrogat penas corporibus uel rebus exterioribus ꝓpter remediū bonū aīe. Et tunc huiuſmodi pene nō inferunt ut leſiue tm̄: ſed ut purgatiue in remediū. Unde ⁊ ipſa peruerſoꝝ ſodomitorū occiſio fuit ad bonū animarū: non quidē ad meritū: ſed ne paterne malitie imitatores viuēdo peccata cumulaſſent: pro quibus acrius punirent: ſicut ⁊ pro peccatis parentum pluries aliqui puniuntur. ¶ Conſequenter eum dicit.

Pena q̄ homines puniūtur duplex ē.

Filius q̄ntum ad penā corporis aliquādo punit pro pr̄e. Sed q̄ntū ad penaz aīe nunqꝫ punit cū aīa non ſit ex patre ſed a deo.

Pēa duo hꝫ ſ. leſionē ⁊ remedium.

Medicꝰ abſcidit mēbrū minus nobīle propter cōſeruationem magis nobilis: nō tamen econtra.

Aīa nobilior eſt corpore: ⁊ ideo nunqꝫ aīa punitur ꝓpter corpꝰ.

¶ **Reſpōdit ieſus. Neqꝫ hic peccauit neqꝫ parentes eius: ſed ut manifeſtētur opera dei in illo.**

¶ Manifeſtat dñs cām infirmitatis. Et primo excludit cauſam opinatam. Secūdo ſubdit uerā. Et tertio manifeſtat ipſam. ¶ Cauſam quidē opinatā excludit cū reſpōdit dicens [Neqꝫ hic peccauit ⁊c̄.] hanc eni cām eſſe infirmitatis opinati ſunt diſcipuli (ut dictuz ē.) ¶ Sed cōtra Ro. 3. Oēs eni peccauerunt: ⁊ egent ⁊c̄. Et. 5. dr̄ ꝙ peccatū ab adā in oēs pertranſit. ¶ Rñ° dicendū ꝙ taz cecus q̄ꝫ parentes eiꝰ originali peccato tenebant: ⁊ etiā alia actualia viuendo ſuperaddiderant: qꝛ ſi dixerimus ꝙ peccatū nō habemus ⁊c̄. pꝰ Jo. 3. Qḋ aūt dominus dicit [Neqꝫ hic peccauit.] intelligenduz eſt eos nō peccaſſe ad hoc ꝙ cecus naſceret: quaſi diceret ꝙ eius cecitas nō eſt conſecuta ex coꝝ peccato. ¶ Cauſam aūt uerā ſubdit dicens [Sed ut manifeſtentur.] Nā per opera dei in eius cognitionē ducimur. Ro. 1. Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt ⁊c̄. ſupra. 5. Opera que dedit mihi pater hec ſ. ⁊c̄. Cognitio aūt dei eſt ſūmū bonū hoīs: cuiꝰ in ea cōſiſtat hoīs beatitudo. J. 17. Hec eſt vita eterna ut cognoſcant te ⁊c̄. Et Hie. 9. In hoc glorietur qui gloriat ſcire ⁊ noſce me. Si ergo infirmitas contigit ut manifeſtentur opera dei: ⁊ per ipſorum manifeſtationē deus īnoteſcat. Manifeſtū eſt ꝙ huiuſmodi corporales infirmitates contingūt ꝓpter bonū. ¶ Poſſet aūt alicui videri ꝙ manifeſtatio operū dei nō ſit ſufficiēs cā infirmitatis huiuſmodi. preſertim cuz [neqꝫ hic neqꝫ parentes eiꝰ peccauerunt.] Et ideo uolūt dicere ꝙ ly tenet nō cauſaliť: ſed cōſequēter. q. d. Eo exñte ceco opera dei manifeſtant ipſum curantis. ¶ Sed hoc nō videtur ſane dictū. Et ideo melius dicēdū ꝙ tenetur cauſaliter. Eſt eni duplex malum. ſ. culpe ⁊ pene. Sed malū quidem culpe deus non facit ſed permittit fieri: qḋ nō permitteret niſi intenderet inde bonū aliquod. Unde dicit Auguſtinus in enchi. Deus

Dubitatio.

Rñſio.

Malū eſt duplex. ſ. culpe ⁊ pene.

De[us] non eſt malus culpe ſ[ed] permiſit ut inde eliciat quod bonuz.

adeo bonus eſt ꝙ nunꝙ̃ permitteret aliquod malum fieri: niſi eſſet adeo potens ꝙ de quolibet malo eliciat bonũ. Sic ergo permittit aliqua peccata fieri ex intentione boni: qđ intendit. Sicut permiſit ſeuire tyrãnos: ut coronaret martyres. Multo ergo magis debet dici ꝙ malũ pene quod ipſe facit (ut dicit Amos. 3.) Non eſt malũ ⁊c̃. Nunꝙ̃ inducit niſi ex intẽtiõe boni. Et inter alia bona optimũ eſt ꝙ opera dei manifeſtant: ⁊ ex eis inoteſcat deus. Non eſt ergo incõueniens ſi aliqua flagella immittit: uel peccata aliqua fieri permittit: ut bonuz inde ꝓueniat. ¶ Et ſciẽdũ ꝙ (ut Gre. dic. 1. moral.) quinqz modis deus hoib[us] imittit flagella. Qñqz quidẽ ad initiũ dãnatiõis ſm illud Hie. 17. Duplici cõtritiõe cõtere eos. Et hoc flagello percutitur peccator in hac vita ſic: ut ſine retractiõe ⁊ ſine puniat in alia. Sicut Herodes qui occidit Iacobuz punitus eſt in hac vita ⁊ in inferno. Sicut Act. 11. Quãdoqz aũt ad correctionẽ. Et de hac dicit in ps. Diſciplina tua ipſe me docebit. Qñqz aũt flagellatur aliqs nõ ꝓpter preteritoꝝ correctionẽ: ſed ad futuroꝝ preſeruationẽ: ſicut de Paulo legitur. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationũ ⁊c̃. Qñqz aũt ad ꝓmotionẽ virtutis: ut. ſ. cum in aliquo nec preterita culpa corrigit: nec futura ꝓhibet: dũ inopinata ſalus perſecutionẽ ſequit ſaluantis virtus cognita ardentius amatur. 2. Cor. 12. Uirtus in infirmitate perficit. Ia. 1. Patientia opus perfectũ hẽt. Qñqz vo ad manifeſtationẽ diuine glorie. Unde ⁊ hic dicit [Ut manifeſtẽtur opa dei in illo.] ¶ Cõſequenter cum dicit.

De quinqz modis imittit flagella.

Primus modus.

Secundus modus.

Tertius modus.

Quart[us] modus.

Quint[us] modus.

¶ Me oportet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt.

¶ Manifeſtat cãm ueră quã poſuit. Et qꝛ mẽtionẽ fecerat de operib[us] dei. Ideo primo ponit oportunitatem opera dei manifeſtandi. Secũdo aſſignat oportunitatis ſeu neceſſitatis rationez ibi [Uenit nox.] Tertio eã expõit ibi [Quãdiu in mũdo ſũ.] Dicit ergo ideo. ſ. cecus natus eſt: ut manifeſtentur opera dei in illo: que quidem manifeſtari oportebat. Nã [me opz ⁊c̃.] Qđ qdẽ põt referri ad chriſtũ ſm ꝙ homo. Et ſic eſt ſenſus [Me opz operari opera ei[us] qui miſit me.] Et opera cõmiſſa mihi a pr̃e ſupra. 6. Opera que dedit . . ibi pater ut faciam. ſ. ⁊ 17. dicit. Pater opus conſumaui: qđ dediſti mihi ⁊c̃. Uel ad chrm̃ ſm ꝙ deus. Et ſic dicit equalitatẽ ſue potẽtie ad patrẽ. Ut ſit ſenſus [Me opz opari ⁊c̃.] i. eq̃lia opera facere que pater fac. ſupra. 5. Quecũqz pater facit hec ⁊ filius ⁊c̃. Et ut oſtendat patris auctoritatem: ut ſit ſenſus [Me opz opari ⁊c̃.] i. opera que habeo a pr̃e. Oia eniz que filius facit etiã ſm diuinã naturã a patre hẽt. ſupra. 5. Nõ põt filius a ſe facere qcqz ⁊c̃. Opz inquã [donec dies eſt.] Dies qdẽ nialis ex pñtia ſolis ſuper terrã cãtur. Sol autẽ iuſtitie eſt chriſtus deus noſter. Mal. 3. Uobis timentib[us] nomẽ meuz orietur ⁊c̃. Quãdiu ergo ſol iſte nobis preſens eſt opera dei fieri poſſunt in nobis erga nos ⁊ a nobis. Preſens aũt fuit nobis aliqñ quidẽ corporali preſentia. Et tunc dies erat. ps. Hec dies quã fecit dñs ⁊c̃. Et ideo opz operari opa dei. Eſt etiã nobis preſens per gratiã. Et tunc eſt dies gratie in quo. ſ. opz operari opa dei donec dies ẽ. Ro. 13. Nox preceſſit dies aũt appropinquauit abiciamus ergo opera ⁊c̃. p[rim]e Theſal. 5. Qui dormiunt nocte dormiũt ⁊c̃. Uos aũt non eſtis ⁊c̃. ¶ Sed ſciendum ꝙ ſi preſentia ſolis facit diem: ⁊ abſentia noctẽ. Cũ ſol ſibi preſens ſit ſemꝑ ipſi ſoli ſemper dies eſt: ⁊ ſic ſoli ſemper eſt tẽpus operandi ⁊ lucendi. Sed quãtũ ad nos: quibus aliquãdo eſt ꝑſens: aliqñ abſens: nõ ſemper operatur ⁊ lucet. Eodẽ modo apud chrm̃ ſolem iuſtitie ſemper eſt dies: ⁊ tẽpus operãdi. Nõ autẽ apud nos: qꝛ non ſemper ſumus capaces ſue gratie propter impedimentũ ex parte noſtra. ¶ Rõnẽ autẽ oportunitatis predicte ſubdit dicens.

Dies materialis ex preſentia ſolis cauſatur.

¶ Uenit nox qñ nemo põt operari.

¶ Sicut eſt duplex dies: ita eſt duplex nox. Una eſt per abſceſſum corporalẽ ſolis iuſtitie: ſicut apoſtoli incurrerunt quando chriſto eis corporaliter ſublato tempore paſſionis ꝑturbati ſunt. Mat. 26. Oẽs uos ſcandalũ patiemini ⁊c̃. Et tunc nõ fuit tẽpus operãdi ſed patiendi. Sed melius eſt ut dicamus ꝙ etiã chriſto abſente corporaliter per aſcenſionez dies apoſtolis erat inquãtũ illucebat eis ſol iuſtitie ⁊ tẽpus operandi. Et ideo intelligẽdũ eſt de nocte que eſt per ſpiritualẽ ſeparationez ſolis iuſtitie. ſ. per ſubtractionẽ gratie. Que qdez nox duplex eſt. Una per ſubtractionem actualis gratie quã inducit peccatũ mortale. p[rim]e Theſal. 5. Qui dormiunt nocte dormiunt. Et quãdo hec nox uenit nemo põt operari opera meritoria vite eterne. Alia nox eſt cõſumata: quãdo nõ ſolũ priuat actuali gratia quis per peccatũ mortale: ſed etiam facultate adipiſcendi per eternã dãnationẽ in inferno. Ubi ꝓfunda nox eſt: que erit illis quib[us] dicet. Ite maledicti in ignẽ eternũ. Mat. 25. Et tũc nemo põt operari: qꝛ nõ eſt tẽpus merendi: ſed ſm merita recipiendi. Dum ergo viuis fac ſicut facturus es. Unde Ecc. 11. Quecunqz põt manus tua inſtãter operare qꝛ neqz rõ ⁊c̃. ¶ Rõnem aũt dictorũ exponit dicẽs.

Nox eſt duplex: una per ſubtractionez gratie actualis: alia conſumata.

¶ Quãdiu ſum in mũdo: lux ſum mundi.

¶ Quaſi diceret. Si vultis ſcire qs ſit dies ⁊ que nox de quibus loquor. Ego inqz ſum lux mũdi. Nã preſentia mea diẽ facit: ⁊ abſentia noctẽ. ſupra 8. Ego ſum lux mundi [quãdiu ego ſum in mundo.] corporaliter per meã preſentiã. Io. 16. Exiui a patre ⁊ ueni in mũdũ. Iterũ relinquo mundum ⁊c̃. [Lux ſum mundi.] Uñ dies iſte durauit uſqz ad aſcenſionẽ chriſti. Itẽ [quãdiu ſum in mundo] ſpiritualiter per gratiam. Mat. ult[im]o. Ecce ego uobiſcũ ſũ uſqz ad ꝯſumationẽ ſeculi ⁊c̃. ¶ Lux ſũ mũdi.] Unde dies iſte uſqz ad cõſumationẽ ſeculi extendetur. ¶ Conſequenter cũ ſubditur.

¶ Hoc cũ dixiſſet expuit in terram: ⁊ fecit lutũ ex ſputo: ⁊ liniuit lutũ ſuper oculos eius ⁊ dixit ei. Uade laua in natatoria ſyloe: qđ interpretatur miſſus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ uenit videns.

¶ Agitur de ſanatione ceci ad quã quinqz per ordinẽ cõcurrũt facta per chrm̃. Primo quidez ſputio. Unde dicit [ſpuit in terrã.] 2° luti factio. Unde dicit [lutũ fecit ex ſputo.] Tertio oculoꝝ linitio. Uñ dicit [Et liniuit ſuꝑ oculos ceci.] Quarto mãdatũ ꝙ lauaretur. Unde dicit [Uade] inquit [⁊ laua ad natatoria ſyloe.] Quinto viſiõis perceptio. Unde ſubdit [⁊ uenit vidẽs.] Que quidẽ oia cãz habent ⁊ litteralez ⁊ myſticam. Litteralem quidẽ ſm Criſoſtomum hoc modo. Sputo illuminat:

Expoſitio litteralis ſ[ecundu]m Criſoſtomum.

ut oſtēdat ꝙ virtute a ſe egrediente hoc faciebat ⁊ nulli alteri rei miraculum aſcribatur. Luc. 6. Uirtus exibat de illo. Lȝ enim omnia miracula dominus ſolo uerbo facere potuiſſet. Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt. Frequēter tñ corpore ſuo eis utitur: ut oſtendat ipſum inquātū eſt diuinitatis organum virtutem quandam ſalutarem eſſe ſortitum. Lutū autē fecit ex ſputo: ut oſtendat ſe mēbra homini deficientia poſſe formare: qui formauerat totum primū hominem. Unde ſicut primū hominē de luto formauit: ita lutū fecit ut formaret oculos ceci nati. Linuit aūt lutum ſuper oculos ceci nati: ut oſtenderet ſe conditorem corporum per id quod potiſſimū eſt in corporibus. Homo eniȝ inter creaturas corporales precxcellentior eſt. Inter membra vō hoīs precxcellit caput. Inter mēbra autē capitis oculus excellentior inuenitur. Uñ Mat. 6. Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Formando ergo oculū ceteris corporalibus excellētiorē oſtēdit ſe creatorē eē toti⁹ hoīs ⁊ nature corporee. Dixit aūt ei. [Uade ⁊ lauare ⁊c̄.] Ne videret terra ſuper oculos linita virtutē ſanatiuam oculi habere. Unde q̄ diu lutū in oculis habuit non vidit: ſed poſtq̄ȝ lauit. Miſit autē cū longe ad lauandum .ſ. ad natatoria ſyloe. Primo quidē ad confutandaȝ iudeoꝝ duritiam. Nam oportebat eum tranſire ciuitatē: ut ſic omnes viderēt eundē cecū euntem lutū ſuper oculos habentem ⁊ redeuntē viſu ſuo reſtituto. Secūdo vō ut cōmēdetur ceci obedientia ⁊ fides. Frequēter enī forte lutū in faciem receperat, Frequenter in natatoria ſyloe ſe lauerat: ⁊ tamen nō viderat. Unde potuiſſet dicere lutum ſolet magis excecare: multotiens me ibidē laui ⁊ in nullo ſum adiutus: ſicut de Naamā legitur. 4. Reg. 5. ſed nō contradixit imo ſimpliciter obediuit. Unde ſequitur [Abijt ⁊ lauit.] Ideo autē ad natatoria ſyloe eum miſit: qꝛ per illā aquā ſignatus eſt populus iudeorū. Iſa. 8. Populus iſte adiecit aquas ſyloe que currūt cum ſilentio. Ut ergo oſtendat ꝙ nō eſt alienus ab amore populi iudaici ad ſyloe mittit eū. Effect⁹ aūt ſequit. Quia [rediit videns.] hoc predictū fuit Iſa. 35. Tūc aperientur oculi cecorū. ¶ Cauſam vō myſticā ⁊ allegoricā aſſignat Auguſtin⁹ qui dicit: ꝙ per ſputū qḋ eſt ſaliua de capite deſcendens ſignat uerbū dei: qḋ a deo p̄re capite oīuȝ rerū ꝓcedit. Ecc̄. 24. Ego ex ore altiſſimi ꝓdij ⁊c̄. Tunc ergo dñs de ſputo ⁊ terra lutū fecit: qñ uerbū caro factū eſt. [Linuit aūt oculos ceci.] i. humani generis oculos. ſ. cordis per fidem incarnationis chr̄i: ſed nōdū videbat: qꝛ qñ forte inunxit cathecuminū fecit: qui fidē hēt ſed nōduȝ eſt baptiçatus. Et ideo mittit eū ad piſcinam: que uocatur ſyloe: ut lauet ⁊ illuminet. i. baptiçet ⁊ in baptiſmo plenā illuminationē recipiat. Unde ſm Dionyſiū baptiſm⁹ dicit illuminatio. Eze. 36. Effundā ſuper uos aquā mundā ⁊c̄. Et ideo ſignanter hoc euangeliū legit illo die in q̄dragesima quo incipit fieri ſcrutiniū baptiçandoꝝ in ſabbato ſancto. Nec ſine cauſa euangeliſta ſubdit interpretationē piſcine dicens. [Qḋ iterp̄tat miſſus.] Quia quicunq̄ȝ baptiçant opȝ baptiçari in chr̄o qui ē miſſus a p̄re. Gal. 3. Quotquot baptiçati eſtis ⁊c̄. Niſi enī ille fuiſſet miſſus nemo noſtrū eēt ab iniq̄tate dimiſſus. ¶ Secūdū Greg. aūt per ſaliuaȝ ſapor intime contēplationis accipit que ad os a capite defluit: qꝛ de charitate conditoris adhuc in hac vita nos poſitos guſtu reuelationis tangit. Unde dñs ſaliuā luto miſcuit: ⁊ ceci nati oculos reparauit: qꝛ ſuperna gratia carnalē cogitationē noſtrā per admixtionē ſue contemplationis irradiat: ⁊ ab originali cecitate hoīes ad intellectum reformat ⁊c̄.

Hō precel. in oēs creaturas corpales. Caput precellit oīa mēbra hoīs. Oculus precellit oīa mēbra capitis.

Expō myſtica ſm Auguſtinum. Saliua de capite deſcēdēs ſignificat myſtice uerbum dei.

Cathecuminus eſt qui fidem habet: ſȝ nōdu eſt baptiçatus. Baptiſm⁹ dr̄ ſm Dionyſiū illuminatio.

Itaq̄ȝ vicini ⁊ qui viderant eū prius: quia mendicus erat: dicebant. Nōne hic eſt qui ſedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia hic eſt: alij autē nequaq̄ȝ: ſed ſimilis eſt ei⁹. Ille vō dicebat: quia ego ſuȝ. LE. II.

Poſita miraculoſa illuminatiōe ceci. hic cōſequēter ponit miraculi examinatio. Et primo quidem miraculum examinatur a populo. Secundo a phariſeis ⁊ principibus ibi [Adducūt eum ad phariſeos.] Tertio cecus propter ſuam cōfeſſionē inſtruitur a chr̄o ⁊ cōmēdat ibi [Audiuit ieſus qꝛ eiecerunt ⁊c̄.] Circa primum tria facit. Quia primo inqrit de perſona illuminati. Secūdo de ipſa illuminatione ibi [Dicebāt ergo ⁊c̄.] Tertio de pſona illuminātis ibi [Et dixerunt ei. Ubi eſt ille?] Circa primū tria facit. Primo ponit qō de pſona illuminati. Secūdo aſſumunt diuerſe opiniones ad qōnē. Tertio determinatur queſtio. ¶ Ponit quidē queſtio a populo. vnde dicit [Itaq̄ȝ vicini ⁊ qui viderāt eū pus ⁊c̄.] Ubi duo conſideranda occurrunt. Unū eſt ꝙ ex miraculi magnitudine ipſuȝ incredibile reddebat. vnde dicebant. i. A ſeculo nō eſt auditū ꝙ aperuit qs oculos ceci nati. Unde implet in eis qḋ dr̄ Abac. 1. Opus factū eſt in dieb⁹ noſtris ⁊c̄. Aliud eſt mirabilis dei clementia. Quia nō ſolū circa potētes: ſed etiā circa ignobiles dñs miracula opatur: dū eos qui mendicant cū multa pietate curabat. In quo oſtenditur ꝙ ꝓpter paupꝑtatē nullū repellit: qui ꝓpter ſalutē hominū uenit. Iac. 2. Nōne deus elegit pauꝑes diuites in fide ⁊c̄. Unde ⁊ iſti ſignanter dicunt. [Nōne hic eſt qui ſedebat ⁊ mendicabat] q. d. Ignobilis ⁊ curatiōe indign⁹. Cōtra dr̄ Bar. 3. ibi gigantes noīati. ¶ Opiniones aūt ponunt a plebe. Unde dicit [Alij dicebāt quia hic eſt.] ſ. qui mendicabat. Et hoc ideo qꝛ plures eum viderant mendicantem: ⁊ ſimiliter diſcurrentē per ciuitatem: quādo cū luto ad natatoria ibat inſpexerant. Unde nō ultra poterant dicere non eſt hic. Sed aliorum opinio erat cōtraria vnde dicebant [Nequaq̄ȝ.] ſ. hic eſt [ſed ſimilis ei⁹ eſt.] Cuius rō eſt (qꝛ ut Aug⁹ dicit) oculi reſtituti mutauerant vultū eius. (Nihil enim ita cognoſcibile ſicut viſus.) Ecc̄. 19. Ex viſu cognoſcit ſenſat⁹. ¶ Queſtio determinatur per cecū. Quia [ille dicebat.] ſ. cecus [ego ſum] ſ. qui mēdicabā. Uox grata eſt iſtec ne dānet ingrata. Quia enim nō poterat eſſe īgratus tanto beneficio: nec aliud ſignū gratitudinis oſtendere poterat q̄ȝ ꝙ conſtanter confiteret ſe a chr̄o curatū: dicit [Ego ſum.] qui. ſ. cecus erā ⁊ mēdicabam. ⁊ modo video. Iob 12. Benedicite deū celi ⁊ corā oībus viuentibus confitebit ⁊c̄. ¶ Conſequenter eum dicit.

Qui propter ſalutem uenit nullum propter paupertatē repellit.

¶ Dicebant ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi?

¶ Agitur de inquiſitione facti. ſ. de ipſa illuminatione. Et primo ponitur queſtio iudeorum. Secūdo reſponſio ceci ibi [Reſpondit. Ille homo qui

dicit ꝛc.]Dicit ergo ſi tu es ille qui cecus mendicabas. Dic ergo nobis[Quomodo aperti ſunt tibi oculi.]Sed iſta queſtio ex curioſitate procedit: quia hunc modũ nec ipſe qui curatus eſt: nec nos nouimus. Ecc.3. In pluribus opib⁹ eius: ne fueris curioſus. ¶ Rñſio ceci fuit mirabilis. Vñ dic.

¶ Reſpõdit. Ille homo qui dicitur ieſus lutum fecit: ꝛ vnxit oculos meos ꝛ dixit mihi. Uade ad natatoria ſyloe ꝛ laua. Et abij ꝛ laui: ꝛ video.

¶ In qua primo quidẽ demonſtrat perſonam illuminantẽ dicens.[Ille homo qui dicit ieſus.]. Recte nominat eũ hominẽ: quẽ hominem nouerat ꝛ uerus homo erat. Phil.2. In ſimilitudinẽ hominũ factus: lȝ autẽ euȝ non vidiſſet: q2 cecus ab eo receſſit ad ſyloe uadẽs: cognouit eum ex auditu ꝛ collocutione hominũ de ipſo. Secundo recitat factũ dicens[Lutũ fecit ꝛ vnxit oculos meos.]Ubi ſe ueracẽ oſtendit nõ aſſerens incerta. Dominus enim lutũ fecerat ex ſputo: qđ quidẽ iſte neſciuit: ſed lutũ factũ: ꝛ oculis ſuperpoſitũ: per ſenſum tactus didicit. Et ideo nõ dixit lutum fecit ex ſputo ſed ſimpliciter[lutũ fecit ꝛ vnxit oculos ꝛc.]p⁹ Jo. 1. Quod audiuim⁹ qđ vidim⁹ oculis noſtris ꝛ perſpeximus ꝛc. Tertio refert mandatũ dicẽs[Et dixit mihi.]ſ. ieſus[Uade ad natatoria ſyloe ꝛ laua.]Hoc etiã nobis neceſſariũ eſt: Nam ſi uolum⁹ mũdari a cecitate cordis opȝ ꝙ ſpũalit̃ lauemur. Iſai.1. Lauamini mũdi eſtote. Quarto cõmendat ſuã obedientiã dicens[Et abij ꝛ laui.]quaſi diceret. Ex quo mandatũ audiui deſiderio viſionis ductus executus ſum mandatũ. Neq3 mirum: q2 dicitur Prouẽ.6. Mandatũ. ſ. impletũ lucerna eſt ꝛ lex lux. Quinto cõfitet̃ beneficij effectũ dicẽs[Et vidi.]Et recte poſt obediẽtiã illuminat̃. Quia (ut dr̃ Act.5.) Dabit ſpiritũ ſanctũ obedientib⁹ ſibi. Uide ceci conſtantiã. Nam (ut Aug⁹ dicit.) Ecce annũciator factus eſt gratie. Ecce euangeliȝat ꝛ cõfitet̃ iudeis. Cecus ille confitebatur: ꝛ cor impiorũ ſtringebatur: q2 nõ habebãt lumen. ſ. in corde: quod ille habebat in facie. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Et dixerunt ei. Ubi eſt ille? Ait. Neſcio.

¶ Ponitur inq̃ſitio de perſona illuminãtis. Et primo ponit̃ iudeoꝝ queſtio cũ dicũt[Ubi eſt ille?] Malitioſe interrogant occiſionẽ meditantes. (Iã enĩ aduerſus chriſtũ conſpirauerãt.) ſupra.8. Nũc aũt queritis me interficere. Secũdo ponit̃ ceci reſponſio. Cũ ait[Neſcio.] Ut Auguſtinus dicit: ex uerbis apparet ꝙ ſicut corporaliter in ipſo geſtuȝ fuit: ita ſpiritualiter diuerſis tẽporibus repreſentatur. Nã adhuc primo linitur cecus: ꝛ poſt lot⁹ videt: ꝛ inunctio quidẽ incohationẽ ſanitatis corporalis repreſentat. Lotio autẽ perfectã cõſequit̃ ſanitatẽ. ¶ Specialiter aũt inunctio efficit cathecuminũ. Lotio. ſ. baptiſm⁹ perficit ꝛ illuminat. Sic ergo diuerſa diuerſis tẽporib⁹ repreſentat̃ fides imperfecta in cathecuminis. ſupra.5. Uos adoratis qđ neſcitis. Põt etiã per hoc ſignificari fides nr̃a. p⁹ Cor.13. Ex parte cognoſcim⁹ ꝛc. ¶ Conſequẽter cum ſubditur.

¶ Adducunt eũ ad phariſeos qui cecus fuerat. Erat aũt ſabbatum quando lutũ fecit ieſus: ꝛ aperuit oculos eius. Iterũ ergo interrogabant eũ phariſei quomodo vidiſſet. Ille aũt dixit eis. Lutũ mihi poſuit ſuper oculos: ꝛ laui ꝛ video.

¶ Agitur de inquiſitione. Et primo inquirunt a ceco. Secũdo a parentib⁹ ibi[Non crediderunt ergo iudei.] Circa primũ tria facit. Pr̃io preſentat̃ inquirendus. Secundo inquirentiũ intentio ponitur. Tertio ponit̃ ipſa inquiſitio. ¶ Inquirẽdus autẽ. ſ. cecus preſentatur a populo phariſeis. Vñ [Adducũt.]ſ. turbe[eũ qui cec⁹ fuerat ad phariſeos.]Et hoc ideo: q2 queſierant ab eo ubi eẽt ieſus ut ſi eũ inuenirent ducerent eũ ad phariſeos dãnandũ propter ſolutionem ſabbati. Quia v̾o chriſtum non habuerunt ducunt ceciũ: ut eũ uehementius interrogãtes cogant ĩportunitate: uel timore aliquid falſitatis contra chr̃m confingere. Hie.5. Ibo ergo ad optimates: ipſi enim ꝛc. ꝛ ecce hi magis confregerunt iugum ꝛc. ¶ Intentionẽ autẽ coꝝ euangeliſta puerſam eẽ oſtẽdit dicens[Erat aũt ſabbatũ qñ lutum fecit.]Hoc dicit ut coꝝ malam mentẽ demonſtret: ꝛ cãm ꝑpter quã eũ querebant: ut. ſ. occaſionẽ contra eũ inuenirent: ꝛ detraherent miraculo per eſtimatã legis preuaricationẽ. Cum tamẽ Mat.20. dicatur ꝙ dñs eſt filius ho. etiã ſabbati. ¶ Examinatio autẽ fit a phariſeis cũ dicitur[Iterũ ergo interrogabant eũ phariſei ꝛc.]Et primo interrogant de facto. Secundo de perſona faciẽtis ibi[Dicebant ergo.] Circa primũ duo facit. Primo ponitur coꝝ interrogatio. Secũdo ceci reſponſio. Interrogant aũt eum de materia conſecute viſionis. Unde[Iterum interrogabant eũ phariſei ꝛc.]Non ut ſcirent: ſed ut calũniã inferrent ꝛ falſitatẽ imponerent. Reſpõdet autem cecus non dictis contraria: nec diſſona ueritati. Vñ[ille.]ſ. cecus[Dixit eis. Lutuȝ poſuit mihi] Ubi primo admiranda eſt ceci conſtantia. Nã etſi corã turbis a quib⁹ ſine piculo interrogabat̃ ueritatẽ dixerat: nõ magnũ videbat̃. Sed hoc mire eſt cõſtantie: ꝙ in ampliori piculo conſtitutus. ſ. corã phariſeis: neq3 negat: neq3 contraria dicit priorib⁹ ſm illud ps. Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regũ ꝛc. Secũdo admirãda eſt ei⁹ ĩduſtria. Nã mores recitantiuȝ ſeruat: qui primo diffuſe ꝛ cũ circũſtãtijs oib⁹ referũt: ꝛ ſi ſecũdo referri oporteat ſuccincti⁹ loquũtur. Vñ neq3 nomẽ dicentis expreſſit: neq3 quoniã dixit mihi uade ꝛ laua. Sed confeſtim ſolam ſubſtantiã facti tangẽs dicit[Lutũ fecit.] ¶ Conſequẽter cũ ſubditur.

Recitatores primo diffuſe cũ oib⁹ circũſtantijs referũt. Si ſo ſcdo referri oportuit ſuccincti⁹ loquũtur.

¶ Dicebant ergo ex phariſeis quidã. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatũ nõ cuſodit. Alij autẽ dicebant. Quõ põt homo peccator hec ſigna facere? ꝛ ſciſma erat inter eos.

¶ Fit inquiſitio de perſona illuminantis. Et primo ponuntur diuerſe ſñie phariſeorũ de chr̃o. Secũdo exquirit̃ ſñia ceci ibi[Dicunt ergo ceco iterũ.] Circa primũ tria facit. Primo ponit opinionẽ chriſtũ blaſphemantium. Secundo opinionem eũ cõmendantium. Et tertio concludit ꝙ inter eos erat ſciſma ꝛ diſſidium. ¶ Circa primum ſciendȝ eſt ꝙ illi qui malitioſe contra aliquẽ agunt tacent ſi quid boni in facto eius vident: ꝛ mala ſi qua viderunt manifeſtant. etiam bonum in malum conuertentes: ſm illud Ecc.11. Bona in mala conuertens inſidiatur ꝛc. Qđ ꝛ iſti faciunt. Nã id quod videbatur bonum. ſ. ceci illuminationẽ ſubticentes: qđ contra chr̃m eẽ poterat manifeſtant. ſ. ſolutionem

Qui malitioſe contra aliquẽ loquitur ſi quid boni viderit tacet malũ vero manifeſtãdo: et bonũ in malũ conuertẽdo.

ſabbati Unde[dicebāt quidā ex phariſeis.]ſ.ma
licioſi ⁊ praui[Nō eſt hic homo a deo qui ſabba
tū nō cuſtodit]Cū tñ chriſtus ſabbatū ſeruaret.
Dñs eni ꝓhibēs operari in ſabbato intendit de
opere ſeruili:quod eſt peccatū. ſupra.8. Qui facit
peccatū ſeruus eſt peccati. Ergo qui facit opa pec
cati in ſabbato ſoluit ſabbatū. Chriſtus ergo qui
ſine peccato erat. potius ſabbatū ꝙ ipſi cuſtodie-
bat. ¶ Cōmēdatiū aūt opinio ponit:cum ſubdit
[Quō pōt hō peccator ⁊c.]Iſti eni aliquā fidē ex
ſignis coceperāt ⁊ imperfecte ⁊ ibecilliter erāt diſ
poſiti: qꝛ ex timore phariſeoꝝ ⁊ principū qſi ſub
dubio ꝓponūt dicētes[Quō pōt ⁊c.]j.12.dicitur
ꝙ multi ex principib⁹ crediderunt in eū : ſed ꝓpē
phariſeos ⁊c. Qui tñ potius debuiſſent oſtende-
re qualiter ſabbatū nō ſolueret ⁊ conuenienter re
ſpondere pro ieſu. ¶ Reſiduū aūt concludit inter
eos dicens[Et ſciſma erat inter eos.]Quod ſ.fuerat
etiā inter populos:⁊ hoc erat ſignū interius illo-
rū.Oſee.10.Diuiſū eſt cor eoꝝ nūc interibūt.Mat.
13.Oē regnū in ſeipſum diuiſum ⁊c. ¶ Cōſequē
ter inquirunt ſniam a ceco ⁊ dicunt.

¶ Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos
tuos? Ille aūt dixit:qꝛ propheta eſt.

¶ Et primo ponit phariſeorū interrogatio. 2° ceci
rñſio. Interrogāt qdē cū dicūt[Tu qd dicis ⁊c.]
Expō Criſo. Que quidē interrogatio ſm Criſo.nō eſt eoꝝ qui
chrīm blaſphemabāt:ſed eoꝝ qui cōmēdabant.
Et hoc apparet ex modo interrogandi vnde cō-
memorāt ei receptū beneficiū dicētes?[Tu qd di
cis de illo qui aperuit oculos tuos.]Alioqn ſi alij
interrogaſſent:nō hoc dixiſſent:ſed peius ſ. qui
ſoluit ſabbatū. Ideo aūt beneficiū cōmemorant:
ut eū gratū reddentes inducāt ad chrī predicatio
Expō Aug. nē. ¶ Secūdū aūt Auguſtinū eſt interrogatio ad
uerſariorū uolētū calūniari hominē:qui conſtan
ter ueritatē confitebatur:uel ut ex timore mutaret
ſniaꝫ:uel ſaltē eū de ſynagoga eicerent. ¶ Rñſio
aūt ceci conſtās ponit. Un̄ ſubdit[Ille aūt dixit:
qꝛ ꝓpheta eſt.]Lꝫ enim adhuc quaſi inuictus in
corde dei filiū nōdū confiteret:conſtanter tñ qd
ſentiebat expreſſit:nō tñ mētitus eſt. Nā ipſe dñs
de ſe dixit Mat.13.⁊ Mar.6. Nō eſt propheta ſine
honore ⁊c.Deut.18.Prophetaꝫ ſuſcitabit uobis
deus ⁊c. ¶ Conſequenter cū dicit.

¶ Nō crediderunt ergo iudei de illo: qꝛ ce-
cus fuiſſet ⁊ vidiſſet donec uocauerūt paren
tes eius qui viderat:⁊ interrogauerunt eos
dicentes. Hic eſt filius ueſter quē uos dici-
tis qꝛ cecus natus eſt? Quō ergo nūc videt?

¶ Agitur de inquiſitione a parentibus. Et primo
ponit cā inqſitionis. 2° ſubdit interrogatio ibi
[Et interrogauerūt.]3° adhibet rñſio ibi[Rñde-
runt ergo eis.] 4° aſſignat rōnis rō ibi[Hoc dixe-
runt parentes ei⁹ ⁊c.]Cauſa aūt ſecūde inqſitiōis
fuit infidelitas phariſeoꝝ. Et hoc eſt qd dicit[Nō
crediderunt ergo de illo.]ſ.phariſei[ꝙ cecus nat⁹
fuiſſet ⁊ vidiſſet donec uocauerūt parētes ei⁹.]ſ.ce
ci qui viderat. Hoc quidē faciūt uolētes annullare
chri miraculū:ne perdāt gloriā ſuā.ſupra.5.Quō
poteſtis credere qui gloriā abinuicē ⁊c. Inquiſi-
tio aūt ponitur a phariſeis ad parentes. Ubi tria
ꝓponunt. Primo de perſona filij dicētes[Hic eſt
filius ueſter ⁊c.]quaſi diceret. Nūquid eſt hic? Se
cūdo de eius cecitate. Un̄ ſubdunt[Quē dicitis:
qꝛ natus eſt cecus.]Nō dicūt qui qñqꝫ fuit cecus
ſed[quē dicitis.]quaſi diceret.hoc cōfingitis.Nū-
quid hoc eſt uerū? Sed o inquinati. Quis pater
diceret talia mentiri de filio? Conant eni per hoc
eos ad negationē ducere. 3° querūt de modo cō
ſecute viſiōis dicentes[Quō ergo nūc videt?]qſi
dicat. Aut hoc eſt falſum ꝙ nūc videat:aut primū
ꝙ cecus fuerat. Sed ꝯſtat hoc eē uerū ꝙ videt. Fal
ſum ergo fuit ꝙ cecū eū dicebant. Ecc.7. Ex mul
ta enim loquela tentabat te ⁊c. ¶ Reſponſio pa
rentū ponitur cōſequenter cum dicunt.

¶ Rñderūt eis parentes eius ⁊ dixerūt. Sci
mus qꝛ hic eſt fili⁹ noſter: ⁊ qꝛ cecus natus
eſt. Quō aūt nūc videat neſcim⁹:aut quis ei⁹
aperuit oculos nos neſcimus. Ipſum inter
rogate. Etatē habet:ipſe de ſe loqtur. Hec
dixerūt parentes eius: qm̄ timebāt iudeos.
Iā enim conſpirauerant iudei:ut ſiquis eū
cōfiteretur eē chrīꝫ:extra ſynagogam fieret.
Propterea parentes eius dixerunt:qꝛ eta-
tē habet ipſum interrogate.

¶ De tribus aūt interrogauerant phariſei : ſed de
duob⁹ conſtanter reſpondent: ⁊ de tertio remit-
tunt ad filium. Primo quidē confitentur primum
ſ.ꝙ filius eorū ſit. Unde dicunt[Scim⁹ qꝛ hic eſt
filius noſter.]Item confitentur 2m. Cum ſubdunt
[Et qꝛ cecus natus eſt.]In quo pꝫ ꝙ ueritas ſem Ueritas ſem
per vincit mendaciū. Unde in apocrifis Eſdre di per vincit mē
citur ꝙ ueritas ſuper oīa vincit. Tertium autem ſ. dacium.
qliter vidit dicūt[Quō aūt nūc videat neſcim⁹.]
Scdo de pſona illuminante. Cum ſubdunt[Aut
quis aperuit oculos ⁊c.]Hoc ideo dicunt:quia in
quiſitio fiebat contra perſonā illuminatem. Et iō
remittunt ad filium dicentes[Ipſuꝫ interrogate:
etatem habet ⁊c.]quaſi dicant. Et ſi genuimus eū
cecū:non tamē mutū. Unde loq pōt pro ſe in cau-
ſa. Quod qdē diſpenſatiue factū eſt:ut dū parentes
confitentur qd ſciunt:⁊ cecus cōfirmat qui eſt cu-
rat⁹ ⁊ ṽitas miraculi magis appeat. ¶ Rñſio aūt
rñſionis ponit cū ſubdit[Hoc dixerūt parētes ei⁹
⁊c.]Adhuc eni impfecti erāt nec adimplere auſi
quod dicit dñs Mat.10. Nolite timere eos qui oc
cidunt corpus. Cauſa autem timoris fuit:qꝛ ſiam
conſpirauerant iudei. Ut ſiquis eum confiteretur
⁊c.]j.16. Hec locutus ſum uobis:ut non ſcandali-
ꝫemini abſqꝫ ſynagogis facient uos. Et (ut dicit
Auguſtinus.) Iam non erat malum fieri extra ſy
nagogā. Nam quos illi repellebant:chriſtus re-
cipiebat.

Uocauerūt ergo rurſuꝫ hominem LE. III.
qui fuerat cecus: ⁊ dixerunt ei. Da
gloriā deo. Nos ſcim⁹:qꝛ hic hō
peccator eſt.

Poſita ſupra inquiſitione negocij ſ. a ce-
co ⁊ parentibus. hic perſuadent
negare ueritatē ⁊ aſſerere falſitatem. Et primo per-
ſuadent ueritatis negationē. 2° irrogant maledi-
ctionē. 3° inferūt cōdēnationē. 2m ibi[Maledixe-
runt ⁊c.]Tertiū ibi[Reſponderunt ⁊ dixerunt ei.
In peccatis ⁊c.]Circa primum duo facit. Primo
oſtedit quomodo perſuadēt ei ueritatem nega-
re. Secundo quomodo iterato interrogant: ut
calumniam poſſint inferre ibi [Dixerunt ergo il
li ⁊c.]Circa primuꝫ duo facit. Primo proponit eo

rum malitiam. Secundo ceci conſtantiã ibi[Dixit ergo ille.] Malitia phariſeorum oſtenditur in ueritatis negande perſuaſione. Conſtantia ceci apparet in firma ueritatis confeſſione. Dicit ergo quantum ad primum [Uocauerunt ergo.] ſcilicet phariſei [rurſum hoĩem qui fuerat cecus.] Nã parẽtes interrogati remiſerãt eos ad cecum.[Et dixerũt ei. Da gl'am deo.] Unum dicũt: ſed aliud intendũt. Intendũt quidem ut cogãt eum dicere ſe non fuiſſe illuminatũ a chriſto. Uel ſi hoc nõ põt: ſaltem cõfiteat̃ ſe ab eo aliquo maleficio curatum hoc tamẽ non apte dicũt: ſed tacite ⁊ ſub pretextu religionis: ad hoc enim inducere uolũt dicentes. [Da gl'am deo.] quaſi dicat. Illuminatus es: ſed hoc nõ eſt niſi a deo. Ergo hoc nulli alij attribuas niſi deo: ⁊ non iſti. ſ. chriſto. Quia ſi hoc facis: oſtendis te non accepiſſe a deo curationis bñficiũ Quia deus per peccatores nõ opat̃ miracla. Unde ſubdũt.[Nos ſcimus q2 hic homo peccator ẽ.] Quaſi diceret: Cõfitere quoniã hic nihil opatus eſt: nega qd̃ accepiſti. Sed (ut Auguſtinus dicit.) ſi hoc feciſſet non dediſſet gl'am deo: ſed potꝰ ingratus exiſtẽs blaſphemaſſet: ſed uere mẽdacium locutus eſt ſtultus phariſeoꝝ dicẽtium[Nos ſcimꝰ quoniã hic homo ⁊c̃.] Nam ſupra. 8. Eũdẽ peccato arguere non potuerũt cum dixit. Quis ex uobis arguet ⁊c̃. Nec mirũ: q2 hoc dicit̃ prime Petri 2. Peccatum non fecit ⁊c̃.

¶ Dixit ergo eis ille. Si peccator eſt neſcio: vnum ſcio: quia cecus cum eſſem: modo video.

¶ Hic ponit̃ ceci conſtãtia. Nam ſtomachatus contra phariſeoꝝ duritiã ⁊ impatiẽs ad uerba eorum cum ueritatis aſſertione dicit[Si peccator eſt.] Sʒ cum ſupra dixit: q2 ꝓpheta eſt. Nunqd hoc ꝓpter timorẽ quaſi dubitãs dicit[Si peccator ẽ neſcio.] quaſi dicat. Uos aſſeritis eum peccatorẽ. Sʒ hoc ego neſcio ꝙ ſit peccator. ⁊ miror ꝙ hoc aſſeritis: q2 opus fecit qd̃ non videt̃ eſſe peccatoris.[Quia cecus cum eſſem: modo video.] eius bñficio.

Expõ Aug.

Secũdum Auguſtinũ hoc dicit: ut neq3 pateret calũniam: neq3 ueritatem ſubcelaret. Fortaſſis enim ſi dixiſſet: ſcio eum iuſtũ: qd̃ uerum erat: calũniati fuiſſent eum.

Expõ Criſ.

¶ Sed ſm Criſoſtomũ. Ideo hoc dixit: ut daret ei maius teſtimoniũ: ſcilicet ipſius miraculoſe opationis: ⁊ ſuam rñſionem faceret fide dignam ab acceptato beneficio.

¶ Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?

¶ Hic iterato interrogãt: ut calũniam inferant. Et primo ponit̃ doloſa phariſeoꝝ interrogatio. Secũdo reſpõdentis ceci deriſio ibi[Rñdit eis. ⁊c̃.] ¶ Dicit ergo quãtum ad primũ[Dixerũt ergo illi. Quid fecit ⁊c̃.] Quia enĩ cecus cõfeſſus fuerat ſe a chriſto viſum recepiſſe: qd̃ iſti non querebant ſed potius in ipſo modo faciẽdi cõtra chriſtum calũniam inferre intẽdebãt. Ideo non dicũt qualiter vidiſti: ſed[Quomodo aperuit tibi oculos.] quaſi dicat. Nunqd aliquo pſtigio ſeu maleficio hoc fecit. ſm illud pſal. Qui querebãt mala mihi locuti ſunt uanitates ⁊ dolos tota die meditabantur.

¶ Reſpondit eis. Dixi uobis iam ⁊ audiſtis Quid iterum vultis audire? Nunqd ⁊ uos vultis diſcipuli eius fieri?

¶ Hic ponit̃ rñſio. Quia enim cecus quaſi iam viderat: ideo nõ remiſſe: ſed audacter de reliquo eis loquitur. Unde primo irridet phariſeoꝝ iteratam interrogationem dicẽs[Dixi uobis iã ⁊ audiſtis: quid iterum ⁊c̃.] quaſi dicat. Ex quo ſemel dixi uobis: quid iterum vultis audire? hoc enim inſipientis eſt. Uidet̃ enim ꝙ non attenditis ad ea que dicũtur. Unde non eſt ultra reſpondendum uobis: inaniter interrogãtibus ⁊ cauillari potius q̃ diſcere uolẽtibus. Eccl̃. 22. Cũ dormiẽte loquit̃ qui narrat ſtulto ſapiẽtiam: ⁊ in fine narrationis ⁊c̃. Secũdo deridet pſumptuoſam phariſeoꝝ intentionẽ dicens[Nunquid ⁊ uos vultis ⁊c̃.] Quando enĩ aliquis diligẽter inquirit: aut hoc facit bona intẽtione: ut. ſ. ei adhereat: aut mala: ut eum condẽnet. Quia ergo iſti diligẽter querebant: ⁊ cecus nõ auſus eſt eis imponere ꝙ mala intentione quererẽt: declinat ad aliam partem dicẽs.[Nunquid ⁊ uos vultis ⁊c̃.] quaſi dicat. Si non queritis malitioſe: ergo vultis adherere ei. Hiere. 23. Si mutare poteſt ethiops pellem ſuam ⁊c̃. Et (ut Auguſtinus dicit) Illuminatus libẽter uolebat iſtos illuminari Unde ſignanter dicit[Et uos.] quaſi ſe innuẽs diſcipulum: quaſi dicat[Nunqd ⁊ uos vultis?] (ut ⁊ ego ſum)[diſcipuli eius fieri?] Ego iã video ueſtre illuminationi non inuideo. Et (ut Criſoſtomꝰ dicit) Ex iſta ceci conſtantia apparet q̃ fortis quidem ſit ueritas: que ſi deſpectos aſſumpſerit: claros ⁊ fortes eos facit. Et q̃ imbecile quidem ſit mendacium: quod etſi cum fortibus fuerit imbecilles eos monſtrat: ⁊ reddit.

Ueritas ſi deſpectos aſſũit claros ⁊ fortes facit. Mẽdaciũ ſi fortes aſſũit imbecilles eos reddit.

¶ Maledixerũt ergo ei: ⁊ dixerunt. Tu diſcipulus illius ſis.

¶ Hic irrogatur ceco a phariſeis maledictio. Et primo ponitur phariſeorum ad cecum maledictio. Secundo ceci ad phariſeos redargutio ibi[Reſpondit ille.] Circa primum duo facit. Primo ponitur phariſeorum maledictio. Secundo maledictionis occaſio ibi[Nos autem moyſi ⁊c̃.] Dicit ergo quantum ad primum[Maledixerunt ei.] ſcilicet phariſei ceco[⁊ dixerunt. Tu diſcipulus eius ſis.] Que quidem maledictio eſt: ſi prauum cor eorum diſcutias: non ſi uerba perpendas: immo eſt ſumma benedictio. Et tale maledictum ſit ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Supra. 8. Uere diſcipuli mei eritis ⁊c̃. Ideo tamen euangeliſta dixit[maledixerunt.] Quia ex malo eorum corde procedebat. Prouerb. 26. Quomodo ſi ornare uelis vas fictile argento ſordido: ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata. Et de hac maledictione dicitur in pſal. Maledicent illi ⁊ tu benedices. Et Math. 5. Beati eritis cum maledixerint uobis ⁊c̃. ¶ Cauſam maledictionis ſubiungit conſequenter cum dicit.

¶ Nos autem moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus: quia moyſi locutus eſt deus: hunc autem neſcimus vnde ſit.

¶ Reputabant enim maledictionem ꝙ cecus dixerat eis ꝙ fierent diſcipuli chriſti: cum ipſi gloriarẽtur ſe eſſe diſcipulos moyſi: quem maiorem reputabant. Et ideo primo proponunt ſuam conditionem dicentes[Nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.] Eccl̃. 24. Legem mandauit moyſes in preceptis iuſtitiarum ⁊c̃. Sed falſa eſt eorum gloria: q2 nec eũ ſequebant̃: nec pcepta eius implebãt. ĩ. 5. Si crederetis moyſi crederetis forſitan ⁊ mihi. q.

c. Nec ſequimini ſeruum: ⁊ dorſum ponitis contra dñm. Secũdo extollunt moyſi dignitatẽ cum dicunt [Nos ſcimus q2 moyſi locutus ⁊c.] In quo uerum dicũt. Quia (ut dicit Exo. 33.) Loquebat dñs moyſi facie ad faciem: ſicut loqui ſolet homo ⁊c. Et Numeri. 12. dicit dñs. Si fuerit inter uos ꝓpheta dñi ⁊c. At nõ talis ſeruus meꝰ moyſes ⁊c. Ore enim ad os loquor ei. Unde excellẽtiori modo loquebat cum eo q̃ cum alijs prophetis. Et de hac locutione hic ipſi loquũtur. Conſtat autem ꝙ cum ad moyſen deus loqueret uerbum ſuum: ꝙ dignitas moyſi eſt ex uerbo dei. Et ſic uerbum maioris dignitatis eſt q̃ moyſes. Heb. 3. Amplioris glorie iſte ſcilicet chriſtus pre moyſe dignus habitus eſt quãto ampliorem ⁊c. Tertio occulte inſinuant chriſti dignitatem: cum dicunt [Hunc autem.] ſ. chriſtum [neſcimus vnde ſit.] Quod quidẽ uerum eſt: non tamẽ ſm eorum intẽtionem. Neſciebant enim patrem vnde chriſtus erat. Supra. 8. Neq3 me ſcitis: neq3 patrem meum. Sed falſum eſt quãtum ad eorum intẽtionem. Dixerũt enim [Hũc autem neſcimus ⁊c.] quaſi diceret. Nullius auctoritatis eſt: ⁊ quaſi apocriphũ: ita ut non conſtet de eo: an a deo uenerit. Per qđ videbant ei imponere illud Hiere. 23. Non mittebã eos ⁊ ipſi currebãt

❡ Reſpondit ille homo ⁊ dixit eis. In hoc mirabile eſt: quia uos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit meos oculos.

❡ Hic ponit ceci cõtra phariſeos argutio. Et primo admirat eorum duritiam. Secũdo confutat eorum falſitatem ibi [Scimus aũt ⁊c.] ❡ Sciẽdum autem circa primum ꝙ non ea que frequẽter fiunt ⁊ ſm cõmunem modũ miramur: ſed inſolita ⁊ ardua ſiue bona ſiue mala ſint admiramur. Nam inſolita bona ⁊ ardua: ſm illud Heſter. 15. Ualde enim admirabilis es dñe: ⁊ facies tua ⁊c. Admiramur etiam ardua mala ſm illud Hieremie 2. Super hoc obſtupeſcite celi. Duo enim mala ⁊c. Secũdum hoc ergo reſpondens cecus dixit eis. [In hoc mirabile eſt ⁊c.] quaſi dicat. Si aliquem paruũ ⁊ nobis ſimilem non reputaretis alicuius auctoritatis non eſſet mirãdum. Sed q2 videtis expreſſum ⁊ euidẽs ſignum diuine virtutis in chriſto: ⁊ dicitis q̃ uos neſcitis vnde ſit: ualde mirabile eſt: preſertim q2 aperuit mihi oculos. ❡ Falſitatem eorum confutat dicens.

Non mirãur ea q̃ frequẽter fiũt ⁊ ſ3 cõem modũ: ſ3 inſolita ⁊ ardua.

❡ Scimus autem quia peccatores deus nõ audit.

❡ Utitur tali rõne. Quemcũq3 deꝰ audit: eſt a deo. Sed deus exaudiuit chriſtum: ergo eſt a deo. Primo ergo ponit primam. Secũdo aſſumit minorẽ ibi [A ſeculo non eſt auditum ⁊c.] Et tertio infert cõcluſionem ibi [Si non eſſet hic a deo ⁊c.] Circa primum duo facit. Primo inſinuat quos deus nõ audiat. Secundo oſtendit quos deus audiat ibi [Sed ſiquis dei cultor eſt ⁊c.] ❡ Nõ audit aũt deus peccatores. Et quãtum ad hoc dicit [Scimus q2 peccatores deus ⁊c.] quaſi dicat. In iſta opinione ego ⁊ uos cõſentimus ꝙ non exaudiant peccatores a deo. Unde in pſal. Clamauerũt ad dñm ⁊ non exaudiuit eos. Prouerb. 1. Tunc inuocabũt me ⁊ non exaudiam. ❡ Sed cõtra. 2. Paral. 6. Si autem peccauerũt tibi: neq3 enim eſt homo q̃ non peccet ⁊c. Aperiant queſo oculi tui ⁊ aures tue ⁊c. Luc. 19. De publicano dicit ꝙ deſcẽdit iuſtificatus in domum ſuam. Et ꝓpter hoc dicit Auguſtinus ꝙ cecus iſte adhuc loquitur ut inunctus: nondum perfecte ſciẽs. Nam ⁊ peccatores exaudit deus: alias fruſtra publicanus diceret. Dñe deus ꝓpitius eſto mihi peccatori. ❡ Si autem uerbũ ceci ſaluare uolumus: dicẽdum eſt ꝙ deus non exaudiuit peccatores in peccatis perſiſtẽtes. Exaudiuit tamẽ peccatores de peccatis penitẽtes qui magis ſũt computandi in numero penitentium q̃ peccatorum. ❡ Sed inſurgit dubitatio. Conſtat enim ꝙ miracula non fiunt ab hoibus propria virtute: ſed per orationẽ. Peccatores aũt frequenter miracula faciũt ſm illud Mat. 8. Nõne in nomine tuo ꝓphetauimus ⁊ virtutes multas fecimus: ⁊ tamẽ deus non nouit nos. Non videt ergo uerum qđ cecus dicit [Scimus q2 peccatores ⁊c.] ❡ Ad hoc eſt duplex reſponſio. Una cõmunis. Oratio enim duo habet. q2 ſcilicet impetrat ⁊ meret. Quãdoq3 ergo impetrat ⁊ non meret. Quãdoq3 autem meret ⁊ nõ impetrat. Et ſic nihil ꝓhibet orationẽ peccatoris impetrare quod petit abſq3 hoc ꝙ mereat. Sic ergo deus audit peccatores: non per modũ meriti: ſed inquãtum ex diuina virtute quam predicãt impetrant quod petunt. ❡ Alia eſt ſpecialis in caſu iſto quo loquebat. ſ. quãdo miraculũ factum notificabat perſonam chriſti. Sciẽdum eſt aũt ꝙ omne miraculum factum teſtimoniũ quoddã eſt. Quandoq3 miraculum ergo fit in teſtimonium ueritatis predicate. Quãdoq3 aũt in teſtimonio perſone facientis. ❡ Eſt autem attẽdendum ꝙ nullum uerum miraculum fit niſi virtute diuina. Et ꝙ deus nunq̃ ẽ teſtis mẽdacij. Dico ergo ꝙ quãdocũq3 miraculũ fit in teſtimoniũ doctrine predicate neceſſarium eſt doctrinam illam eẽ uerũ: etſi perſona predicãs non ſit bona. Quãdoq3 etiam fit in teſtimoniũ perſone neceſſe eſt ſimilr ꝙ perſona illa ſit bona. Cõſtat aũt ꝙ miracula chriſti fiebãt in teſtimoniũ perſone eiꝰ. Supra. 5. Opera que dedit mihi pater ut perficiam ea: teſtimoniũ perhibẽt de me. Hoc ergo modo loquendo cecus dixit ꝙ [nunq̃ deus peccatores exaudit.] ſ. ꝙ faciãt miracula atteſtãtia ſcitati peccatorum. ❡ Conſequenter cum dicit.

Deꝰ nõ exaudit peccõres in pctis pſiſtẽtes ſed penitẽtes

Dubitatio

Rñſio duplex. Oro duo hꝫ q3. ſ. ipetrat ⁊ meretur.

Sa ⁊ a ſpeciali:

Nullũ uerũ miraculum fit niſi virtute diuina.

Miraculum quõ fit in teſtimoniũ doctrĩe predicate neceſſe ẽ doctrinã illã eẽ uerã l3 pſona predicãs nõ ſit bona. Qñ autem fit in teſtimoniũ pſone neceſſe eſt ſilr ꝙ pſona illa ſit bona.

❡ Sed ſiquis dei cultor eſt: ⁊ uoluntatẽ eius facit: hunc exaudit.

❡ Oſtendit ꝙ iuſti exaudiant a deo ⁊ per modum meriti. ❡ Ubi ſciẽdum eſt ꝙ operatio miraculorum attribuit fidei. Mat. 21. Si dixeritis huic mõti ⁊c. Cuius ratio eſt. Quia miracula fiũt per omnipotẽtiam dei: cui fides innitit. Qui ergo vult impetrare a deo aliqđ: oportet ꝙ habeat fidem. Jac. primo. Poſtulet aũt in fide. Si aũt vult merẽdo impetrare: oportet ꝙ faciat dei uolũtatem. Et iſta duo hic ponunt. Quãtum ad primũ dicit [Sed ſiquis dei cultor eſt.] per ſacrificia ⁊ hoſtias. Iſa. 19. Colẽt eũ in hoſtijs ⁊c. In his enim cõſiſtit cultꝰ latrie que fidei atteſtatur. Quãtum ad ſecũdum dicit [Et uolũtatẽ eius facit.] Implendo eius mandatũ [hũc] ſupple [exaudit deus.]

❡ A ſeculo non eſt auditum: quia quis aperuit oculos ceci nati.

❡ Hic aſſumit minorẽ ſue rõnis. quaſi dicat. Ex ipſo corpe eius qđ adhuc nullus holum fecit manifeſtum eſt ꝙ per operationem dei hoc fecit: ⁊ ꝙ exauditus eſt a deo. Infra. 16. Si opera non feciſſem in eis que nemo alius ⁊c.

¶ Niſi eſſet hic a deo nō poterat facere qcq̄ȝ

¶ Hic infert cōcluſionem: quaſi dicat. Ex quo talia opera operatur: manifeſtū eſt q̄ eſt a deo. Nam [niſi eſſet hic a deo nō poterat facere quicq̄ȝ.] ſcilicet libere cōſtanter: ⁊ ueraciter. Quia (ut dicit infra.15.) Sine me nihil poteſtis facere.

¶ Reſponderunt ⁊ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ⁊ tu doces nos. Et eiecerūt eum foras.

¶ Hic phariſei cecum condēnāt. In qua quidē cōdēnatione triplicem defectū ſiue peccatum incurrunt. ſ. mendacij: ſupbie: ⁊ iniuſtitie. ¶ Mēdacij quidem cecitatē improperādo. Unde dicūt [In peccatis natus es totus.] ¶ Ubi ſciēduȝ eſt iudeos huius opinionis fuiſſe q̄ oēs infirmitates ⁊ aduerſitates tēporales puenirēt hoibus ppter eoꝝ pcedētia peccata: quaȝ qdē opinionē aſſerit Eliphas dicens Iob.4 Recordare obſecro qs vnq̄ȝ innocēs perijt: aut quādo recti delett ſunt: qn potius vidi eos qui opant iniqtatem ⁊c̄. Cuius qdem opinionis ratio eſt. Quia in ueteri lege ⁊ pro bonis premia tpalia: ⁊ pro malis pene tpales pmittebātur. Iſa.1. Si uolueritis ⁊ audieritis me ⁊c̄. Uidētes ergo q̄ iſte homo cecus nat⁹ fuerat: credebāt q̄ hoc cōtigiſſet ei ppter ſua peccata. Et ideo dicūt. [In peccatis natus ⁊c̄.] Sed falſum dicūt: q2 ſupra eodem dn̄s. Neq̄ȝ hic peccauit neq̄ȝ parētes eius. Eccl.21. Eſt correctio mēdax ⁊c̄. Addūt autem [tot⁹.] ut oſtēdant q̄ non ſolū eſt peccatis ingnatus quātum ad aīam ſm̄ q̄ omnes naſcunt peccatores: ſȝ etiam q̄ peccatoꝝ ueſtigia apparcāt in corpore p cecitate. ¶ Uel ſm̄ Criſoſtomū [totus.] i. toto tempore vite tue: ⁊ a prima tua etate in pctīs es. ¶ Superbie vero defectum incurrūt cōtēnēdo ceci doctrinam cum dicūt [tu doces nos.] quaſi diceret. Non es dignus. In quo apparet eoꝝ ſuperbia. Nullus enim homo quātumcūq̄ȝ ſapiens debet a quocūq̄ȝ paruo doctrinam repellere. Unde Apoſtolus docet prime Coꝝ.14. q̄ ſi minori aliqd reuelatum fuerit: q̄ tūc maiores debēt tacere ⁊ eum audire. Dan.13. dicit q̄ totus populus ⁊ ſeniores audierūt iudicium pueri iunioris. ſ. Danielis: cuius ſpiritum dn̄s ſuſcitauit. ¶ Iniuſtitie aūt defectum incurrūt iniuſte eum eiciēdo. Unde dicit q̄ [eiecerūt eum foras.] ſcilicet ppter ueritatis confeſſionem. In ceco aūt iam implet qd dn̄s dixerat Luc.6. Beati eritis cum uos oderint hoies: ⁊ ſeparauerint uos: ⁊ eiecerint ⁊c̄.

Iudei hāc habēt opinionē q̄ oēs infirmitates ⁊ aduſitates tpales puenirēt hoib⁹ ppter eoꝝ pcedētia pctā.

Expō Criſ.

Nullꝰ hō q̄ tūcūq̄ȝ ſapiens debet a qcūq̄ȝ paruo doctrinā repellere.

LE. IIII.

Audiuit ieſus quia eiecerunt eum foras: ⁊ cum inueniſſet eum dixit ei. Tu credis in filium dei?

Poſtquam Euangeliſta oſtendit quomodo iudei cecum in ueritate pſiſtētem eiecerunt. Hic oſtēdit quomō ieſus eum recepit ⁊ inſtruxit. Et primo ponit chriſti inſtructio. Secūdo ceci deuotio ibi [At ille ait. Credo dn̄e.] Tertio deuotionis eius cōmēdatio ibi [Dixit ei ieſus. In iudiciuȝ ⁊c̄.] Circa primum tria facit. Primo pponit ſtudium chriſti ad inſtruēdum. Secūdo deſiderium ceci ad credēdum ibi [Rn̄dit ille ⁊ dixit. Quis ē domine?] Tertio fidei documētum ad perficiēdū ibi [Dixit ei ieſus. Et vidiſti ⁊c̄.] ¶ Studium aūt chriſti ad inſtruēdum deſcribit ex tribus. ¶ Primo ex diligēti conſideratione eoꝝ que circa cecuȝ agebātur. Sicut enim princeps diligēter conſiderat ea q̄ ſuus athleta patit ppter eum: ita ⁊ chriſt⁹ ea que cecus patiebat ppter ueritatem ⁊ ſui cōfeſſionem diligēter attēdit. Et ideo dicit q̄ [audiuit ieſus.] id eſt diligenter attēdit [q2 phariſei eiecerūt eum foras.] ſ. ex templo. Hiere.18. Attēde dn̄e ad me ⁊ ad uoces aduerſarioꝝ ⁊c̄. ¶ Secūdo ex diligēti inquiſitione. Unde ſubdit [Et cum inueniſſet eum ⁊c̄.] Illud enim inueniri dicit qd diligenter queritur. Luc.15. Querit diligenter donec inueniat. Ex quo videt q̄ chriſtus ſolum eum querat: q2 in illo ſolo plus inuenit de fide q̄ȝ in oibus alijs. Un̄ colligit q̄ plus diligit vnus iuſtus a deo q̄ȝ decē milia peccatoꝝ. Hiere.13. Precioſior erat vir auro ⁊c̄. Et Gen̄.17. Dn̄s pro deceȝ iuſtis uoluit ſeruare ſodomam. ¶ Tertio ex ſerioſa interrogatione. Unde [dixit ei. Tu credis ⁊c̄.] Iſte cecus typum baptiçandoꝝ gerebat. Unde etiam cōſuetudo inoleuit in eccleſia: ut baptiçādi interrogent de fide. prime Petri.2. Nos ſaluos fecit baptiſma ⁊c̄. ⁊ bone conſciētie interrogatio in deum. Interrogās autē de fide nō dicit [credis] in chriſtū. ſed [in filium dei.] Quia (ut Hila. dicit.) Futurū erat ut aliqui chriſtū confiterent: quem tñ filiū dei ⁊ deum negarēt: qd poſtmodū Arrius finxit. Unde per hoc error ei⁹ manifeſte excludit. Nam ſi chriſtus nō eſſet deus: non eſſet in eum credendū: cum ſolus deus ſit obiectū fidei: que in prima ueritate quieſcit. Unde ⁊ ſignāter dicit [in filium.] Nam bene poſſum credere alicui creature: puta Petro ⁊ Paulo: non tamen in petrum: ſed in deum ſoluȝ ſicut in obiectū. Unde patet q̄ filius dei nō eſt creatura. Ioā.14. Creditis in deum ⁊ in me credite.

Iuſt⁹ vn⁹ plus diligit a deo q̄ȝ decē millia peccatorum.

Cōſuetudo eccleſie ē ut baptiçādi interrogent de fide.

Arrij manifeſte error excluditur.

Poſſū credē alicui creature. puta petro uel paulo: nō tñ in petrū ſȝ in deū ſolū q̄ ē p̄mū fidei obī.

¶ Reſpondit ille ⁊ dixit. Quis eſt domine ut credam in eum?

¶ Hic ponit deſiderium ceci ad credendū. ¶ Sciēdum eſt aūt circa hoc q̄ cecus iſte adhuc nō viderat chriſtum corpaliter. Nam quādo chriſtus liniuit oculos ſuos: ⁊ miſit euȝ ad natatoria ſyloe nōdum viderat eum: ⁊ anteq̄ȝ ad eum reuerteret poſt q̄ȝ lauit ⁊ vidit detentus fuit a phariſeis ⁊ iudeis. Lȝ aūt corporalr̄ eum nō vidiſſet: credebat tñ eum qui aperuit oculos ſuos eſſe filiū dei. Et ideo in vba deſiderātis ⁊ ualde ingrentis anime prorūpit dicēs [Quis eſt dn̄e.] ſ. filius dei: qui aperuit mihi oculos. [ut credam in eum.] Ex quo hic apparet q̄ euȝ ex parte cognoſcebat ⁊ ex parte ignorabat niſi enim eum cognouiſſet non tam cōſtanter pro eo diſputaſſet: ⁊ ſi non ignoraſſet: non utiq̄ȝ dixiſſet [Quis eſt dn̄e?] Iſa.26. Anima mea deſiderauit te in nocte. ſ. ignorātie. ¶ Sȝ q2 (ut dicit Sap̄.3.) Preoccupat eos qui ſe cōcupiſcūt. ſ. ſapiētia. Ideo ceco ſe cōcupiſcēti demonſtrat cum dicit.

¶ Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eum: ⁊ qui loqtur tecum ipſe eſt.

¶ In quo ponit documentum fidei quo chriſtus eum inſtruit. ¶ Et primo cōmemorat ei ſuſceptū beneficium dicēs [Et vidiſti eum.] ſ. corporaliter q prius nullum videbas. quaſi dicat. Ab ipſo virtutem vidēdi accepiſti. Luc.12. Beati oculi qui vident que uos videtis. Et Luc.2. Nunc dimittis ſeruum tuum dn̄e: q2 viderūt oculi ⁊c̄. ¶ Secundo ponit documentū cuȝ dicit [Et qui loqtur tecū ⁊c̄. Heb.1. Nouiſſime locut⁹ eſt nob in filio ⁊c̄. Ex his ergo vbis ꝯfutat error neſtorij: q dixit aliō ſuppoſitū

Error neſto

Nota q̄ alius eſt filius ſuppoſitū chriſto filij dei: ⁊ alius chriſto filij hominis. chriſto filij dei. Aliud filij hominis. Nam qui loq̄bat ex Maria natus eſt ⁊ hoīs filius: ⁊ ipſe idem qui loquitur eſt filius dei (ut dn̄s dicit.) Non eſt ergo alius ⁊ alius: q̄uis natura non ſit eadem utriuſq;. ❡ Conſequenter cum dicit.

❡ At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum.

❡ Ponit deuotio fidei in ceco. Et primo fidē quaz credit corde confitet eam ore dicēs. [Credo domine.] Ro. 10. Corde credit ad iuſtitiā: ore ⁊c̄. Secundo ꝓteſtat eaz ope. Unde [ꝓcidens adorauit eū.] Per qd̄ oſtēdit ſe credere ei' diuinā naturā. Quia mūdata cōſciētia cognoſcit illum: nō ſolum filiū hoīs: qd̄ exterius videbat: ſed filium dei qui carnem ſuſcepat. Nam adoratio debet ſoli deo. Adoratio ſoli deo debetur. Deutero. 18. Dn̄m deum tuū adorabis. ❡ Conſequenter cum dicit.

❡ Et dixit ei ieſus. In iudicium ego in hunc mundum ueni: ut qui non vident videant: ⁊ qui vident ceci fiant.

❡ Hic cōmendat ceci deuotio. Et primo ponit deuotionis ceci cōmēdatio. Scd̄o iudeoꝝ murmuratio ibi [Audierūt q̄dam ⁊c̄.] Tertio murmurantium ꝯfutatio ibi [Dixit eis ieſus. Si ceci eētis ⁊c̄.] ❡ Cōmendat aūt cecus ex fidei illuminatione. vn̄ dicit [In iudiciū ego in hūc mūdum ⁊c̄.] ❡ Contra ſupra. 3. dī. Non eniz miſit deus filiū ſuū in mūdum (ut iudicet mūdum ⁊c̄.) Dubitatio. ❡ Rn̄deo loquitur de iudicio condēnationis. De quo dicit ſupra. 5. Qui mala egerūt ibunt in reſurrectionē iudicij. i. cōdēnationis: ad qd̄ non miſit deus filium ſuum in primo aduētu: ſed potius ad ſaluandū. Hic v̄o loquit de iudicio diſcretionis: de quo dicit in pſal. Judica me deus ⁊ diſcerne cauſam meā ⁊c̄. Nam ad hoc uenit: ut diſcerneret bonos a malis. ⁊ hoc oſtēdūt uerba ſequētia. ſ. [Ut qui nō vident videant: ⁊ qui vidēt ⁊c̄.] Nam ſm Auguſtinum illi nō vidēt qui reputāt ſe videre. Illi aūt vidēt qui reputant ſe nō videre. Dicunt aūt hoīes ceci ſpiritualiter inquātum habēt peccata. Supra. 2. Excecauit eos malitia eoꝝ ⁊c̄. Ille ergo reputat ſe videntem qui peccata ſua non recognoſcit. Nō videre autē ſe reputat qui recognoſcit ſe peccatorē. Primū eſt ꝓprium ſupboꝝ. Secūdum eſt humiliū. Eſt ergo ſenſus. [In iudiciū ueni ut vidētes ⁊c̄.] ut diſcernā humiles a ſupbis. Dies enim erat inter lucē ⁊ tenebras diſcernēs: ut. ſ. humiles qui non vidēt. i. reputāt ſe peccatores [videāt.] illuminati per fidē. [Et qui vidēt.] i. ſupbi [ceci fiāt.] i. remaneāt i tenebris. Reſponſio. ❡ Scd̄m Criſoſtomū exponit de iudicio condēnationis: ita tn̄ ꝙ hoc qd̄ dicit [In iudicium ego ⁊c̄.] non accipiat cauſalr ſed ꝯſecutiue. quaſi dicat Me ueniēte in mūdum cōſecutū eſt in q̄buſdā iudicium cōdēnationis: inquātū in aliq̄bus cōdemnationis cauſa magis creuit. Simile dicit Luce. 2. Ecce poſitus eſt hic in ruinā ⁊ in reſurrectionem multoꝝ. Non ꝙ ipſe ſit cauſa ruine: ſed q2 ex aduētu ſuo hoc cōſequit. Et ſubdit. [ut qui non vident.] ſ. gētiles carētes lumine diuine notitie [videant.] i. admittant ad cognitionē dei. Iſa. 9. Populus qui ambulabat in tenebris vidit ⁊c̄. [⁊ qui vident.] ſ. iudei habētes dei cognitionē. pſal. Notus in iudea deus. [ceci fiāt.] i. ab ipſa dei cognitione excidāt. Et hoc exp̄ſſe tangit Apl̄us Rom. 9. Gentes que non ſectabant iuſtitiam ⁊c̄.

Expō Criſ.

❡ Et audierunt quidam ex phariſeis qui cū ipſo erant: ⁊ dixerunt ei. Nunquid ⁊ nos ceci ſumus?

❡ Hic ponit murmur iudeoꝝ. Quia enim v̄ba domini carnaliter intellexerūt: vidētes cecum corꝑaliter illuminatū ⁊ intelligētes qd̄ dn̄s cōmendaret in ipſo ſoluz lumen faciei ⁊ non mētis: crediderūt ſimilr ꝙ cōminaret eis corꝑalem cecitatē: ⁊ exprobraret: cum dixit [ceci fiāt.] Et ideo dicit ꝙ [audierunt q̄dam ex phariſeis qui cum ipſo erāt.] uerba ꝑdicta. Ideo aūt dicit [qui cum ipſo erāt.] ut oſtēdat eoꝝ inſtabilitatē. Quia quādoq; cum ipſo ſūt ꝓpter aliqua miracula que vidēt: ſed tamē ab eo recedūt: cum aperit eis ueritas. Mat. 13. Ad temp' credūt ⁊ in tēpore tētationis recedūt. [Et dixerunt ei. Nunq̄d ⁊ nos ceci ſumus?] ſ. corporalr: q̄uis ſpūaliter ceci eſſent. Mat. 16. Sinite illos ceci ſunt ⁊ duces cecoꝝ.

❡ Dixit eis ieſus. Si ceci eſſetis non haberetis peccatum. Nunc v̄o dicim' quia videtis: peccatum ueſtrum manet.

❡ Hic ponit iudeoꝝ cōfutatio. ❡ Ubi ſm expoſitionē Auguſtini manifeſtat intētio precedētium: ut. ſ. oſtendat de qua cecitate loquit dn̄s: q2 de ſpirituali. Dicit ergo [Si ceci eſſetis.] i. uos cecos reputaretis: recognoſcētes per humilitatē peccatuz ueſtruz [non haberetis peccatū.] Quia curreretis ad remediū. Peccatū enim remittit per gratiā que non dat niſi humilibus. Iac̄. 4. Humilibus autez dat grām. [Nūc v̄o q2 dicitis videmus.] i. ſuperbe uos videre putātes nō recognoſcitis uos peccatores. [peccatū ueſtrū manet.] i. non remittit. Iac̄. 4. Deus ſupbis reſiſtit. ❡ Scd̄m Criſoſtomuz exponit de cecitate corꝑali. Ut ſit ſenſus. [Si ceci eſſetis] corꝑaliter: non haberetis peccatum: de hoc ꝙ ceci eſſetis. Quia cum ſit corꝑalis defectus non habet rōnem peccati. [Nūc v̄o q2 dicitis ⁊c̄.] Peccatum ueſtrū magis arguit: q2 videtis oculis corporalibus miracula que ego facio nō creditis mihi. Iſa. 6. Exceca cor populi huius. ❡ Uel aliter. [Si ceci eſſetis.] i. ignorātes iudicioꝝ dei ⁊ ſacramētoꝝ legis [non haberetis peccatū.] ſupple tātum. quaſi dicat. Si ex ignorātia peccaretis: peccatum ueſtrū non eſſet adeo graue. [Nūc v̄o q2 dicitis videmus.] i. arrogatis uobis ſciētiam legis ⁊ cognitionē dei: ⁊ tamē peccatis. Ideo [peccatū ueſtrum manet.] i. aggrauat. Luc̄. 12. Seruus qui ſcit uolūtatem dn̄i ſui ⁊c̄.

Expō Aug.

Expō Criſ.

Alia expō.

Amen amen dico uobis: qui non intrat per oſtium in ouile ouium: ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt ⁊ latro. L. E. I. 10. c.

Poſtquā dn̄s oſtēdit ꝙ eius doctrina habet illuminatiuam virtutē hic cōſequenter oſtendit ꝙ habet virtutem viuificatiuam. Et primo oſtēdit hoc uerbo. Secūdo miraculo. 11. cap̄lo ibi [Erat autem quidaz languens ⁊c̄.] Circa primū tria facit. Primo oſtēdit ſe habere virtutē viuificatiuam. Secūdo oſtēdit viuificandi modum ibi [Ego ſum paſtor bonus ⁊c̄.] Tertio oſtēdit viuificādi poteſtatem ibi [Diſſenſio itaq; facta eſt ⁊c̄.] Prima pars diuiditur in tres. Primo enim dominus proponit quandam parabolam. Secundo euangeliſta inſinuat neceſſitatē expoſitionis ipſius ibi [Hoc prouerbium dixit

eis ⁊c.] Tertio dñs exhibet ꝑabole expoñez ibi [Dixit eis iterū ieſus ⁊c.] ¶ Parabolā aūt propo nit eis dicēs. [Amen amē dico vobis.] Que q̄dez ex duobus eſt. ſ. de fure ⁊ paſtore ouiū. Unde circa eam tria facit. Primo ꝓponit cōditionē furis ⁊ latronis. Scđo paſtoris ibi [Qui aūt intrat ꝑ oſtium ⁊c.] Tertio effectū utriuſq; ibi [⁊ oues illum ſe quūt ⁊c.] Ad intellectū aūt huius primo conſiderādum eſt que ſint oues. Que q̄dem ſunt fideles chriſti: ⁊ qui ſunt in gr̄a dei. pſal. Nos autē populus eius ⁊ oues paſcue eius. Eze. 33. Uos aūt oues paſcue mee hoīes eſtis. Ouile ergo ouiū eſt cōgregatio fidelis populi. Mich. 2. Cōgregabo iacob totum ⁊c. Oſtium aūt ouilis aliter accipit̄ ſm Criſoſtomū. ⁊ aliter ſm Auguſtinū. Naz ſm Criſoſtomum oſtiū uocat chriſtus ſcripturas ſacras: ſm illud Col. 4. Orātes ſimul p̄ro nobis: ut deus apiat oſtiū ſermonis. Dicit̄ aūt ſacra ſcriptura oſtiuz (ut Criſoſtomus dicit) Primo: q2 per ipſam acceſſum habemus ad dei cognitionē. Ro. 1. Qđ aūt ꝓmiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcripturis ſcīs de filio ſuo ⁊c. Scđo q2 ſicut oſtiū oues cuſtodit: ita ſacra ſcriptura cōſeruat vitā fideliū. ſupra. 5. Scrutamini ſcripturas: q2 uos putatis vitaz hēre in ipſis. Tertio q2 ſicut oſtiū lupos ſupuenire nō ꝑmittit: ſic ſacra ſcriptura arcet hereticos a nocumēto fideliū. 2. Thim. 3. Oīs ſcriptura diuinitus inſpirata utilis ē ⁊c. Ille ergo nō intrat per oſtiū qui ad docenduz ppl̄m nō ingredit̄ per ſacram ſcripturā. Uñ dñs de talibus dicit Iſa. 29. Sine cauſa colūt me docētes ⁊c. Mat. 3. Irritū feciſtis mādatum dei. Hec ergo furis cōditio: ut non intret per oſtiū ſed aliūde Addit aūt [aſcēdit.] qđ ⁊ parabole cōgruit: q2 fures non intrātes per oſtiū cōſcendūt parietes ⁊ p̄cipitāt ſe in ouili. Cōgruit etiā ueritati: q2 cauſa q̄re aliqui doceāt aliter q̄ ſapiāt ſacram ſcripturaz ꝓcipue ex ſupbia ꝓuenit. p̄me Thim. 6. Siq̄s aliter docet ⁊ nō acq̄ſcit ſacris ſermonibus ſupbus eſt nihil ſciēs. Et quantū ad hoc dicit [aſcēdit.] ſcilicet per ſupbiā. Qui inq̄ ſic [aliūde aſcēdit ille fur eſt.] rapiēdo qđ non eſt ſuū. [⁊ latro.] occidendo qđ rapit. Abdie p̄. Si fures intraſſent ad te ⁊c. Et ſm hanc expoñem cōtinuat ad p̄cedētia hoc mō. Quia enim dñs dixerat. Si ceci eſſetis ⁊c. poſſent rñdere iudei ⁊ dicere. Non eſt ex nr̄a cecitate q̄ tibi non credimus: ſed ex tuo errore: ꝓpter quem a te auertimur. Et ideo dñs hoc excludēs: vult oſtēdere q̄ non eſt erroneus. q2 intrat per oſtiuz. i. per ſacram ſcripturā. i. docet ea que ſacra ſcriptura cōtinet. ¶ Sed cōtra hoc eſt qđ dñs infra codez exponēs dicit. Ego ſum oſtiū ⁊c. Ex quo videt̄ q̄ ꝑ oſtium debeat intelligi chriſtus. ¶ Ad qđ Criſoſtom' dicit q̄ in hac ꝑabola dñs dicit ſe eē ⁊ oſtiū ⁊ paſtorē. Uñ ſm q̄ ipſe diuerſimode ſe uocat: diuerſimode dicit̄ oſtiū. Quia ſm q̄ dicit ſe paſtorē opz q̄ aliud ſit oſtiū q̄ ipſe. Quia nō eſt idem paſtor ⁊ oſtium. Nihil aūt aliud a chriſto' cōuenietius pōt dici oſtiū q̄ ſacra ſcriptura: ꝓpter rōnes p̄dictas. Cōuenieter ergo ſacra ſcriptura oſtium dicit. ¶ Scđm Auguſtinū hic per oſtiū intelligitur chriſtus. Et hoc q2 per ipſuz intrat̄. Apoc. 4. Poſt hoc vidi oſtiū magnū ⁊c. Quicūq; ergo intrat in ouile opz q̄ per oſtium iſtud. ſ. chriſtū intret: ⁊ nō aliūde. ¶ Sed attēdendum eſt q̄ intrare in ouile cōpetit paſtori ⁊ oui. Oui q̄dem ut ibi cōſeruetur paſtori autem oues cōſeruet. Si ergo velis intrare ſicut ouis: ut ibi ꝯſerueris: uel ſicut paſtor: ut oues cōſerues: oportet te per chriſtū intrare in ouile: nō aliūde q̄ per chriſtum. Sicut philoſophi qui tractauerūt de principalibus virtutibus: ⁊ phariſei: qui cerimoniales traditiones ſtatuerūt. Sz iſti nō ſunt paſtores neq; oues. Quia (ut dñs dicit) [qui non intrat per oſtium in ouile ouiū.] i. per chriſtuz [ſed aliūde: fur eſt ⁊ latro.] Quia ſe ⁊ alios occidit Nam chriſtus eſt oſtium ouilis. i. cōgregationis fidelium. ⁊ non aliud. Rom. 5. Pacem habemus ꝑ chriſtū ad deum: per quem ⁊c. Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub celo datum ⁊c. Et ſm hanc expoſitionem cōtinuat ad p̄cedentia hoc modo. Quia enim dicebant ſe videre ſine chriſto: ſm q̄ dixit. Nūc q2 dicitis videmus peccatū ⁊c. Ideo dominus oſtēdit hoc eſſe falſum: q2 non intrāt per oſtium dicēs. [Amen amen dico vobis.] ¶ Sciendū aūt q̄ ut qui ſicut ouis per oſtium non intrat non pōt cōſeruari: ita nec qui ut paſtor intrat cōſeruare pōt niſi per oſtium intret. i. per chriſtum: per qđ quidem oſtium intrauerūt ueri paſtores. De quibus Heb. 4. Nemo ſibi aſſumit hūc rem ⁊c. Mali vo paſtores non intrāt per oſtium: ſed per ambitionem ⁊ potētiam ſecularē: ⁊ ſimoniam: ⁊ iſti ſunt fures ⁊ latrones. Oſee. 8. Ipſi regnauerunt ⁊ non ex me: principes extiterūt ⁊c. Et dicit [ſed aſcendit aliūde.] q2 oſtium iſtud. ſ. chriſtus cum ſit paruum per humilitatē. Mat. 11. non poſſunt intrare niſi q̄ chriſti humilitatē imitant̄. Qui ergo non intrant per oſtium: aliūde aſcēdunt: ſcilicet ſupbi ſunt: ⁊ non imitant̄ illum: qui cū deus eſſet factus eſt homo: ⁊ humilitatem ſuam non recognoſcit.

¶ Qui autem intrat per oſtium: paſtor eſt ouium.

¶ Hic agit de paſtore. Et primo ponit paſtoris cōditionem. Secūdo oſtendit per ſigna q̄ iſte ſit paſtor ibi [Huic oſtiarius ⁊c.] Cōditio autē ueri paſtoris eſt intrare per oſtium. i. teſtimonia ſacre ſcripture. Unde dicebat Luce ultimo. Oportet impleri oīa que ſcripta ſunt in lege ⁊c. Paſtor uerus ⁊c. Hiere. 17. Ego nō ſum turbatus te paſtorē ſequēs Eze. 34. Sicut paſtor ⁊c. Sed ſi chriſtus intelligat̄ per oſtium (ut Auguſtinus exponit) ſic intrās per oſtium intrat per ſeipſum. Et hoc eſt ꝓprium chriſti. Nam nullus pōt intrare oſtium. ſ. ad beatitudinem niſi per ueritatē: q2 nihil aliud eſt beatitudo q̄ gaudium de ueritate. Chriſtus aūt inquantum deus ueritas eſt. Et ideo inquātum homo intrat per ſeipſum: ſcilicet per ueritatē que eſt ipſe inquātum deus. Nos aūt non ſumus ipſa ueritas: ſed ſumus filij lucis per participationez lucis uere ⁊ increate. Et ideo oportet nos per ueritatem que eſt chriſtus intrare. Infra. 17. Sanctifica eos in ueritate Infra eodem. Per me ſiq̄s intrauerit ſaluabitur. Sed ſiquis etiaz intrare vult ut paſtor: oportet q̄ intret per oſtium. i. chriſtum: ſcilicet ſm eius voluntatem ⁊ ordinationē. Unde dicit Eze. 30. Dabo eis paſtorem ⁊c. quaſi diceret. Per me dare debent ⁊ non per alios: ſeu per ſeipſos.

¶ Huic oſtiarius aperit: ⁊ oues uocem eius audiūt: ⁊ proprias oues uocat nominatim ⁊ educit eas: ⁊ cum proprias oues emiſerit ante eas uadit.

¶ Hic ponit ſigna boni paſtoris que ſunt tria. Primum ſumit̄ ex parte oſtiarij. ſ. q̄ ab eo introducat̄

Unde ouili ē ꝯgregatio fidelis populi.

Scriptura ſacra dī oſtium ſm Criſ. triplici de cauſa

Cōditō furis ē ut nō intret per oſtium.

Dubitatio

Rñſio Criſ.

Expō Aug.

Intrare i ouile cōpetit paſtori ⁊ oui.

Chriſtus ē oſtiū ouilis. i. ꝯgregationis fidelium.

Cōditio ueri paſtoris ē ut intret per oſtiū

Beatitudo nihil aliud ē q̄ gaudium de ueritate.

Signa boni paſtoris ſunt tria. p̄m ſignū

Et quãtũ ad hoc dicit[Huic oſtiarius aperit.] Qui
Expõ Criſ. ſ. oſtiarius ſm Criſo. ille eſt qui viã aperit ad cogni
tionẽ ſacre ſcripture. Qui primus fuit Moyſes qui
ſacras ſcripturas primus accepit ⁊ inſtituit. Et hic
aperit chriſto. Quia (ut di. eſt ſupra. 5.) Si crederetis
moyſi crederetis forte ⁊ mihi. De me enim ille ſcri
pſit. ¶ Uel ſm Aug. oſtiarius eſt ipſemet chriſtus:
Expõ Aug. q: ipſemet introducit hoĩes ad ſeipm. Dicit ipſe ſe
aperit: qui ſeipm exponit: ut nõ niſi per eius grãm
intramus. Eph. 2. Gratia ſaluati eſtis. Nec refert ſi
chriſtus qui eſt oſtiũ ipſe idẽ ſit oſtiarius. Nam quedã
in ſpũalibus cõgruũt que in corpalibus eẽ non põt.
Magis aũt differre videt paſtor ⁊ oſtiũ: qȝ oſtiuȝ
⁊ oſtiarius. Cũ ergo chriſtus dicat paſtor ⁊ oſtiu (ut di
ctum eſt) multo magis põt dici oſtiũ ⁊ oſtiarius.
Sed ſi aliã pſonã oſtiarij queris qȝ moyſẽ ⁊ chri
ſtum: vide oſtiariũ ſpũm ſcm (ut Aug. dicit.) Ad
officiũ oſtiarij ptinet ut oſtiũ aperiat: ⁊ de ſpũ ſancto
dicit. Jo. 14. Docebit vos oẽm veritatẽ. Chriſtus eni eſt
Scdm ſignũ oſtiũ inquãtũ eſt veritas. ¶ Scdm ſignũ ſumit ex p
te ouiũ. ſ. qȝ ei obediãt. Et hoc eſt qd dic[Et oues
vocẽ eius audiũt.] Qd qdẽ. ſ. ex ſilitudine mãlis
paſtoris attẽdit. Quia oues ex ↄſueta imaginatio
ne recognoſcũt vocẽ paſtoris: ſic ⁊ fideles iuſti vo
cem chriſti audiũt. pſal. Hodie ſi vocẽ eius audieri
Dubitatio. tis. ¶ Sed cõtra. Multi ſunt oues chriſti: qui tñ vo
cẽ eius nõ audierũt: ſicut Paulus. Itẽ aliq audierũt
Reſponſio ⁊ nõ fuerũt oues: ſicut iudas. ¶ Ad qd dici poſ
ſet qȝ iudas pro tpe illo ouis chriſti erat quãtuȝ ad
pñtẽ iuſtitiã. Paulus aũt qñ vocem chriſti nõ audie
bat nõ erat ouis: ſed lupus. ſȝ vox chriſti adueniẽs
mutauit lupũ in ouẽ. ¶ Hec aũt rñſio ſuſtieri poſ
ſet ſi nõ ↄtrariet ei qd dicit Eze. 33. Qd ↄfractũ fue
rat nõ alligaſtis: ⁊ qd erroneũ ⁊c. Ex quo videt qȝ
adhuc qñ cõfracte ⁊ erronee erãt oues erãt. ¶ Et
Alia rñſio ⁊ melior. ideo dicẽdũ qȝ loqtur hic dñs de ouibus ſuis: nõ
ſolũ ſm pñtẽ iuſtitiã: ſed etiã ſm eternã pdeſtina
tionẽ. Eſt enim quedã vox chriſti: quã nullus niſi p
deſtinatus audire põt. ſ. qui pſeueraueret uſqȝ in fi
nem ⁊c. Mat. 10. Ideo etiã dicit[⁊ oues vocẽ eius
audiũt.] Quia poſſent ſe excuſare de eoꝝ infideli
tate dicẽtes: qȝ nõ ſolũ ipſi: ſed etiã nullus ex pnci
pibus credit in eũ. Uñ ad hoc rñdẽs dicit[Et oues
vocẽ eius.] q. d. Ideo ipſi nõ credũt: q: nõ ſunt de
Tertiũ ſignũ ouibus meis. ¶ Tertiũ ſignũ ſumit ex actibus ipſi
us paſtoris. Et quãtuȝ ad hoc dicit[Et proprias
oues vocat noiatim.] ¶ Ubi ponit qttuor actus bo
Quatuor ſũt act9 boni paſtoris. ni paſtoris. Primo qdẽ qȝ oues cognoſcit. Uñ di
cit qȝ[proprias oues vocat noiatim.] In quo oſten
dit cognitionẽ ⁊ familiaritatẽ ſuaȝ ad oues. Illos
enim ex noie vocamus: quos familiariter cogno
ſcimus. Exo. 24. Ego noui te ex noie. Et qd ad of
ficiũ boni paſtoris ptinet ſm illud Prouerb. 27.
Diligẽter cõſidera vultũ pecoris tui. Et hoc qdeȝ
ↄuenit chriſto ſm pñtẽ cognitionẽ: vel magis ſm et
nam pdeſtinationẽ: qs ab eterno noiatenus nouit
pſal. Qui nũat multitudinẽ ſtellarũ: ⁊ oibus eis no
mina vocat. 2. Thim. 2. Nouit dñs qui ſunt eius.
¶ Scdo vo qȝ eas educit. i. ſegregat a ſocietate im
pioꝝ. pſal. Eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mor
tis. ¶ Tertio q: iã eductas ab impijs ⁊ inductas in
ouile vcrũ[educit eas.] ex ouili. Primo qdẽ in ſa
lutẽ alioꝝ. Iſa. ultimo. Mittã ex eis qui ſaluati fu
erint in libyam. Mat. 10. Ecce ego mitto vos ſicut
oues in medio lupoꝝ. ut. ſ. de lupis faciatis oues
Secũdo vo in directionẽ ⁊ viã ſalutis eterne. Lu

ce. 1. Ad dirigẽdos pedes nroſ in viã pacis. ¶ 4°
vo eas pcedit exẽplo bone ↄuerſationis. Uñ dicit
[Et añ eas vadit.] Qd qdẽ in paſtore corpali nõ
eſt ita: qn potius ſequit ſm illud pſal. De poſt fe
tãtes accepit eum. Bonus aũt paſtor añ eas vadit
per exẽplũ. pme Petri ultimo. Neqȝ ut dñantes in
clero: ſed forma facti ⁊c. Chriſtus aũt in utraqȝ miſſio
ne añ eas vadit: q: primus per doctrinã veritatis
mortẽ ſubijt. Mat. 16. Si qs vult poſt me venire ab
neget ⁊c. Et pceſſit omnes in viã eternã. Mich. 2.
Aſcendit pandens iter ⁊c.

¶ Et oues illum ſequuntur: quia ſciunt vo
cem eius.

¶ Hic agit de effectu utriuſqȝ furis. ſ. ⁊ paſtoris in
ouibus. Et primo ponit effectũ boni paſtoris. Se
cũdo effectũ lupi ⁊ furis ibi[Alienũ aũt.] ¶ Dicit
ergo qd dictum eſt de cõditionibus utriuſqȝ: ſed
[oues ſequunt illum] qui. ſ. añ eas vadit. Et hoc q
dem in pmptu eſt: q: ſubditi ſequunt veſtigia pre
latoꝝ (ut dicit pme Petri. 2.) Chriſtus paſſus eſt
pro nobis: nobis relinquẽs exẽplum ⁊c. Job 23.
Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus. Et hoc ideo:
[q: ſciũt vocẽ eius.] i. cognoſcũt ⁊ delectant in ea.
Cañ. 2. Sonet vox tua in auribus meis ⁊c. ¶ Ef
fectus aũt furis eſt: ut oues eum nõ diu ſequãtur.
ſed ad tẽpus. Unde dicit.

¶ Alienum autem non ſequuntur: ſed effugi
unt ab eo: q: non nouerunt vocem alienoꝝ.

¶ Ideſt doctorẽ mẽdacẽ ⁊ hereticũ nõ ſequuntur.
pſal. Filij alieni mẽtiti ſunt mihi ⁊c. Sic ⁊ Paulus
doctores mẽdaces nõ diu ſecutus eſt: [ſed fugiũt
ab eo.] Et hoc iõ: q: (ut dicit pme Coꝛ. 14.) Cor
rũpũt bonos mores ⁊c. Ideo aũt fugiũt[q: non
nouerũt.] i. nõ approbãt[vocem alienoꝝ.] i. doctri
nam eoꝝ: que ſerpit ut cancer.

HOc prouerbium dixit ieſus. Illi
autem non cognouerunt quid lo
queretur eis. LE. II.

HIc ponit euãgeliſta neceſſitatem
exponẽdi ſuppoſitã ſilitudi
nẽ: que qdẽ neceſſitas cauſat ex audiẽtiũ ignoran
tia. Primo vo tãgit ignorãtie cãm. Secũdo ipſaȝ
ignorãtiã manifeſtat. Cã aut ignorãtie fuit puerbi
alis chriſti locutio. Et hoc eſt qd dicit[Hoc puerbi
um dixit eis ieſus.] Prouerbiũ aũt dicit pprie qñ
Prouerbiũ pprie dr qñ loco alterius ponit aliud. loco alterius ponit aliud: cũ. ſ. vnũ vbũ ex ſilitudi
ne alterius dat intelligi. Qd etiã pabola dicit. Lo
quebat aũt in puerbijs dñs. Primo qdẽ propter
malos: ut myſteria regni celeſtis eis occultaret. Lu
ce. 9. Uobis datũ eſt noſſe myſteriũ regni dei. Ce
teris aũt ⁊c. Scdo vo ppter bonos: ut ex puerbi
is exercerent ad ingrendũ. Uñ poſtqȝ dñs turbis
puerbia ſeu pabolas ppoſuit: diſcipuli ſeorſum
chriſtum interrogabãt (ut habet Mat. 13. ⁊ Mar. 4.)
Uñ ⁊ Aug. dicit. Paſcit dñs manifeſtis. ſ. fideles
Turbas exercet obſcuris. ſ. diſcipulos. ¶ Ignorã
tiam manifeſtat cum dicit[Illi aũt nõ intellexerũt
qd loqueret.] Ignorãtia aũt que pueniebat ex p
uerbijs a chriſto ppoſitis utilis qdem erat ⁊ dã
noſa. ¶ Sed utilis qdẽ bonis ⁊ iuſtis: ut exercati
um: ⁊ dei laudem querẽtibus. Nam dum ea nõ in
telligunt: credũt: glificãt dñm: ⁊ eius ſapiẽtiam ſu
pra ſe exñtem. Prouer. 25. Glia dei eſt celare vbũ.
¶ Dãnoſa aũt malis: q: nõ intelligẽtes blaſphe
mãt. Nam (ut Aug. dicit) cum verba euãgelij au

ditū pi⁹ ⁊ ipius ⁊ ambo nō itelligūt:pius dic̄.Uerum eſt: ⁊ bonū eſt qđ dicit:ſed nos nō itelligim⁹ Et hoc quidē iam pulſat: cui dignū eſt aperiri.Sz ſi perſiſtat ipius dicat. Nihil dixit malū eſt qđ ait.

❡ Dixit ergo eis iterum ieſus. Amen amen dico uobis:q2 ego ſum oſtium ouium.

❡ Hic dn̄s exponit ſimilitudinē.Si autē recte cōſiderect p̄dicta ſimilitudo duas p̄ncipales clauſulas cōtinebat.ad quas alie ꝯſequunt. Quarū prima eſt.Qui non intrat per oſtiū in ouile ⁊c̄. Secunda v̄o eſt .Qui intrat per oſtiū paſtor. Et iō iſta pars diuidit in duas.Prio eni exponit p̄mā clauſulā. 2⁰ ſcđam ibi[Ego ſuz paſtor bon⁹.]Circa p̄^m duo facit.Primo exponit que p̄ma clauſula cōtinebat. Secūdo ꝓbat ea ibi[Ego ſum oſtiū.]Fit aūt mentio in prima clauſula de oſtio:fure: ⁊ latrone. Primo exponit primū.Secūdo ſcđz ibi[Oēs quotq̄t uenerūt fures ſūt ⁊c̄.]❡ Quātū ad p̄mū dicit[Dixit ergo eis iterū ieſus.]ut.ſ.eos attētiores reddat ⁊ intelligerēt ſimilitudinē Prou.p̄. Animaduertet parabolā ⁊ iterpretatione ⁊c̄.[Amē amē dico uobis.]i.uere.[Ego ſum oſtiū.]Officiū eni oſtij eſt ut per ip̄m quis ad domus interiora igrediatur. Et hoc ch̄ro cōuenit.Nā per eum op3 quēlibet ad dei ſecreta intrare.p̄s.Hec porta dn̄i:ſcilicet chriſt⁹ ⁊ iuſti intrabūt in eā.Dicit autē[ouium]q2 non ſolū paſtores per ch̄m itroducunt in p̄ntem eccliam uel in eterna beatitudinē per ch̄m igrediunt: ſed etiā oues.Un̄.ī.eodem.Oues mee:uocē mea3 audiunt ⁊c̄.Et ego vitā eternā do eis.❡ Conſequēter eum dicit.

❡ Omnes quotquot uenerunt fures ſunt ⁊ latrones:ſed non audierunt eos oues.Ego ſum oſtium.

¶ Primo ergo agit de effectu qui rñdet prime poteſtati. Secūdo de effectu qui reſpondet ſecunde. ¶ Primum autem qđ de poteſtate ſua dixerat eſt ꝙ ipſe ſit reſurrectio. Et huic reſpōdet effectus ꝙ ipſe mortuos viuificat. Et quantum ad hoc dicit. [Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet.] Cuius quidem cauſa eſt. Quia ego ſum reſurrectionis cauſa: cuius cauſe effectum aliqs cōſequit credendo in me. Unde dicit [Qui credit in me viuet: etiam ſi mortuus fuerit ⁊c̄.] Naz per hoc ꝙ credit habet me in ſe. Eph. 3. Habitare chriſtum per fidē in cordibus veſtris. Qui autem habet me: habet reſurrectionis cauſam. Ergo [qui credit in me viuet.] Qđ aūt per fidem aliqui reſurgāt habet ſupra. 5. Uenit hora ⁊ nunc eſt quādo mortui audiēt vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuēt. vita. ſ. ſpirituali reſurgētes de morte culpe: ⁊ etiam vita naturali reſurgētes de morte pene. ¶ Secūdum autē qđ de poteſtate ſua dixerat eſt ꝙ ipſe ſit vita. Et huic reſpōdet effectus preſeruationis in vita. Unde dicit. [Et omnis qui viuit ⁊c̄.] vita iuſtitie. De qua Abac. 2. Iuſtus meus ex fide viuit. [Non morietur in eternum.] i. morte eterna: ſed habebit vitaz eternā ſupra. 6. Hec eſt volūtas patris mei: ut omnis qui viuit ⁊c̄. Et hoc non eſt intelligēdum quin moriatur ad tempus morte carnis: ſed ꝙ aliquando ſic morietur ut tamen reſuſcitatus viuet in eternum in anima donec reſurgat caro nunꝗ̄ poſtea moritura. Unde ſubdit ibidem ſupra. 6. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. ¶ Expoſcit autem fidē ut eam perficiat. Unde dicit.

¶ Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ domine. Ego credidi quia tu es chriſtus filius dei viui qui in hunc mundum veniſti.

¶ Et primo ponit queſtio domini dicētis [Credis hoc?] Non interrogat dñs quaſi ignorans: ſed ſciens fidem eius: quippe qui ipſam fidem ſibi infuderat. (Credere enim a deo eſt.) Querit autem ut fidem quam habebat in corde confiteat ore. Ro. 10. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Secūdo ponitur reſponſio mulieris cū dicit [Ait illi. Utiqꝫ domine ego credidi ⁊c̄.] Que quidem reſponſio impertinens videt ad ea que dñs dixerat. Dixit enim. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. ⁊ poſtea queſiuit utrum hoc crederet. Mulier autem non reſpōdit. Credo ꝙ tu es reſurrectio ⁊ vita. Sed [Ego credidi: qꝛ tu es chriſt⁹ ⁊c̄.] Qđ quidem dupliciter exponitur. ¶ Criſoſtom⁹ eniz dicit ꝙ hec mulier nō intelligens alta verba domini quaſi ſtupefacta rñdit dicens. Domine ego nō intelligo hoc qđ dicis. ſ. ꝙ tu es reſurrectio ⁊ vita. ſed hec [credidi: quia tu es chriſt⁹ filius dei viui.] Expō Criſ.

¶ Auguſtinus vō dicit ꝙ mulier reſpōdit hoc iō qꝛ hoc qđ dicit eſt ratio omnium premiſſorum a dño: quaſi diceret. Quicqđ dicis de poteſtate tua ⁊ effectu ſalutis totum credo. Quia ego credo ꝙ plus eſt: ⁊ radix omnium. ſ. [quia tu es chriſtus filius dei viui.] Hec autem confeſſio marthe ꝑfecta eſt. Cōfitetur enim chriſti dignitatem: naturam: ⁊ diſpēſationem. ſ. incarnationis. ¶ Dignitatem quidem ⁊ regiam: ⁊ ſacerdotalem. Et hoc cum dicit. [Tu es chriſtus.] (Chriſtus enim grece latine dicitur vnctus.) Inungunt autem reges ⁊ ſacerdotes. Eſt ergo chriſtus rex ⁊ ſacerdos. Unñ angelus Luce. 2. Natus eſt nobis hodie ſaluator qui eſt chriſtus dñs ⁊c̄. Et vere ipſe eſt ſingulariter chriſt⁹: qꝛ alij vngunt oleo viſibili. Iſte vō oleo inuiſibili: ſcilicet ſpū ſancto. ⁊ ceteris alijs abūdātius. pſal. Unxit te deus deus tuus oleo letitie pre cōſortib⁹ tuis. Ideo pre cōſortibus. Quia (ut dicit ſupra. 3.) Nō ad meſuram dat ei deus ſpūm. ¶ Naturā etiā

Expō Aug.

Chrūs grece: latine vo vnctus. Reges ⁊ ſacerdotes inungit

in chriſto cõfitet diuinam patri equalem. Unde di
cit[filius dei viui ⁊c.] Nam ex hoc ꝙ ſingulariter
uocat eum filiuz dei viui. ueritatẽ filiationis annũ-
ciat. Non aũt eſt uerus dei filius niſi ſit patri cõna-
turalis. Unde de chriſto dicit pme Jo. ultimo. Ut
ſimus in uero filio eius chriſto. Hic eſt uerus deus
⁊c. ¶ Diſpẽſationis autem myſteriũ cõfitetur cum
dicit[Qui in hũc mũdum ueniſti.] ſ. carnẽ aſſumẽs
Simile cõfitet petrus Mat.16. Tu es chriſtus fili⁹
dei viui. Infra.16. Exiui a patre ⁊ ueni in mundum

LE. V. ET cum hec dixiſſet: abijt ⁊ uoca-
uit mariam ſororem ſuam ſilentio
dicens. Magiſter adeſt: ⁊ uocat te

Poſtq̃ Euãgeliſta pmiſit cõ-
ditões ſororꝫ q̃tũ ad
marthã. Hic deſcribit eas quãtum ad mariam. Et
pmo deſcribit uocationẽ marie. Scđo occurſuz
eius ad chriſtũ ibi[Illa ut audiuit.] Tertio ei⁹ de-
uotionem quã exhibuit chriſto ibi[Maria ergo
cum ueniſſet ⁊c.] Uocat aũt maria per martham:
que cõſolata ⁊ inſtructa per chriſtũ uolẽs ſororez
ſuam eẽ tãte cõſolationis exptã[Cum dixiſſet.] ṽ-
ba pdicta cum dño[abijt] ſtatim.[⁊ uocauit mari
am ⁊c.] Ubi qdem duo dubitãda occurrũt pmo
Pria dubõ. de hoc qđ dicit[ſilẽtio.] ¶ Nam ſilẽtiũ nihil aliud
Silẽtiũ eſt pri- eſt q̃ priuatio locutionis uel ſoni. Nõ ergo eam ſi-
uatio locutio- lẽtio uocare potuiſſet. ¶ Rñſio dicendum ſm Au
nis uel ſoni. R⁹ ſm Aug. guſtinũ ꝙ ſilẽtium ſuppſſam uocẽ nũcupauit: qua
ſi dicat uocauit eam ſubmiſſe: ſm illud Ecc.9. Uer
ba ſapiẽtum audiunt in ſilẽtio. Ideo aũt eam ſilen
ter uocat: q̄ multitudo iudeorꝫ erat cum ea(ut di-
ctum eſt) ⁊ forte erãt inter eos aliqui qui nõ dilige
rẽt chriſtum qui uel recederẽt: uel hoc audito mari
Expõ myſtica am ſequerent. ¶ Myſtice aũt per hoc dat intelligi
ꝙ ad chriſtũ quis uocat exteriori uoce tñ: ſed effi
cacius ſilẽter. Uñ dicit Iſa.30. In ſilẽtio ⁊ ſpe erit
Scđa dubõ. fortitudo ueſtra. ¶ Scđo dubitat de hoc qđ dic.
[Magiſter adeſt: ⁊ uocat te.] Uidet falſum dixiſſe.
Non enim dixit dñs marthe ꝙ uocaret mariam.
Rñſio Aug. ¶ Rñ⁹ dicit Auguſtinus ꝙ euãgeliſta cauſa bre-
uitatis dat intelligere ꝙ in ſua narratione intermi-
ſerat. Nam forte dñs dixit marthe ꝙ eam uocaret.
Rñſio alior. ¶ Alij aũt dicũt ꝙ martha ipſam pñtiam uocati-
onem reputauit: quaſi diceret. Inexcuſabile eſt ut
eo pñte tu non exeas obuiam ipſi. ¶ Conſequen
ter cum dicit.

¶ Illa ut audiuit ſurrexit cito: ⁊ uenit ad euz.

¶ Ponit occurſus marie. Et circa hoc duo fac. Pri
mo ponit ꝓmptitudo marie ad occurrẽdum. Se-
cũdo locus in quo ei occurrit ibi[Nõdum enim.]
Tertio comitiua que eam ſequit ibi[Iudei ergo
qui erãt ⁊c.] ¶ Promptitudo aũt marie ad occur
rẽdum deſcribit: q̄ non diſtulit ꝓpter luctum: nõ
tardauit ꝓpter aſtãtes: ſed ſtatim[ut audiuit ſurre
xit cito.] de domo in qua erat.[⁊ uenit ad euz.] ſ. ie-
ſum. Ex quo patet ꝙ nõ illam pueniſſet martha ſi
ei a pncipio notus fuiſſet aduẽtus ieſu. Dat etiaz p
hoc nobis exẽplum nõ tardãdi cum uocamur ad
chriſtũ. Ecc.5. Ne tardes cõuerti ad dñm ⁊c. Iſaie
50. Audiam eum quaſi magiſtrũ. ¶ Locus autem
ubi maria chriſto occurrit eſt idẽ illi ubi martha cũ
chriſto locuta fuerat. Unde dicit.

¶ Nondum enim uenerat ieſus in caſtellum:
ſed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei
martha.

¶ Quod ideo ponit euãgeliſta ne credat ſuperfluus
occurſus marie: cuz chriſtus potuerit adeo cito in
caſtellũ uenire: ſicut ⁊ martha. Ideo aũt chriſt⁹ in
illo loco remãſit: ut non videat ſeipm ingerere mi
raculo: ſed dum rogatus ⁊ inductus miraculũ ope
rat ↄfiteat: ipſum mortuũ eſſe: ⁊ miraculũ nullam
calũniã patiat. Dat etiam per hoc intelligi ꝙ cum
uolumus chriſto frui cum ueniẽtem anticipemus:
nõ expectãtes ꝙ ipſe nobis cõdeſcẽdat: ſed ut ipſi
potius ↄdeſcẽdamus ad eum. Hiere.15. Ipſi ↄuer
tent ad te ⁊ tu non cõuerteris ad eos. ¶ Comiti-
ua autem que ſequitur mariam deſcribit cũ dicit.

¶ Iudei ergo qui erant cuz ea in domo ⁊ cõ
ſolabantur eam: cum vidiſſent mariam quia
cito ſurrexit ⁊ exijt: ſecuti ſunt eam dicentes.
Quia uadit ad monumentum ut ploret ibi.

¶ Cauſam aũt quare eam ſequebant ponit dicens
[Quia uadit ad monumẽtum ut ploret ibi.] Cre-
debãt enuz ꝙ ex impetu doloris hoc faceret.(Nõ
enim audierãt ṽba que martha dixerat Marie.)
In quo quidẽ iudei cõmendandi ſunt q̄(ut dicit
Ecc.7.) Nõ deſis plorãtibus in cõſolationẽ. Nihi
lominus diuina ꝓuidẽtia factum eſt: ut eam ſeque
rent: ut cum plures eẽnt ibi: cum laʒarus ſuſcitat⁹
eſt: tam grãde miraculũ quatriduani reſurgẽtis te
ſtes plurimos inueniret(ut dicit Aug⁹.) ¶ Conſe
quenter cum dicit.

¶ Maria ergo cum ueniſſet ubi erat ieſus: vi
dens eum cecidit ad pedes eius.

¶ Cõmẽdatur deuotio marie ad ieſum. Et primo
deuotio quam exhibuit facto. Secundo deuotio
quam exhibuit uerbo ibi[Dñe ſi fuiſſes hic.] Cir-
ca primum nota in maria ſecuritatem ⁊ humilitatẽ
¶ Securitatẽ qdem: q̄ cõtra mãdatum pncipũ
ꝙ nullus cõfiteret chriſtum nõ uerecũdat turbaꝫ:
nec ſuſpitionem iudeorꝫ de chriſto uerẽs: cum aliq
inimicorꝫ chriſti intereſſent: ad chriſtũ currit. Pro-
uer.28. Iuſtus quaſi leo cõfidẽs ⁊c. ¶ Humilitatẽ
aũt: q̄[cecidit ad pedes eius.] qđ non de martha
legit pme Petri.5. Humiliamini ſub potẽti manu
dei ⁊c. pſal. Adorabimus in loco ubi ſteterunt pe-
des eius. ¶ Uerbo aũt deuotionẽ exhibuit cum
dixit ei.

¶ Et dixit ei. Domine ſi fuiſſes hic non eſſet
mortuus frater meus.

¶ Credebat enim eum eẽ vitã: ⁊ ubi ipſe eẽt mors
locum nõ haberet. pme Cor.6. Nõ eſt ↄuẽtio lu-
cis ad tenebras. quaſi dicat. Dum nobiſcũ preſens
fuiſti(ut Auguſtinus dicit) nõ morb⁹: nõ infirmi-
tas aliq̃ apparere auſa eſt apđ quas vita nouerat
hoſpitari. O infidelis cõuẽtio te adhuc poſito in ſe
culo laʒarus amicus tuus mortuus eſt. Si amicus
morit: inimicus qd patiet? ¶ Conſter cum dicit.

¶ Ieſus ergo ut vidit eam plorantem ⁊ iude
os qui uenerant cum ea plorantes: infremu
it ſpiritu ⁊ turbauit ſeipſum.

¶ Ponunt ea que ptinẽt ad affectũ chriſti. Chriſt⁹
enim nõ rñdet eadem marie que rñdit marthe: ſꝫ
ꝓpter aſtãtem turbam nihil loquit factis demon
ſtrãs ſuam virtutẽ. Primo ergo ponit affect⁹ chri-
ſti oſtenſus marie. Secũdo ſubdit diſceptatio de
chriſti affectu ibi[Dixerũt ergo iudei. Ecce.] Circa
primũ tria facit. Primo ponit affectus chriſti queꝫ
in corde habuit. Secũdo quomõ eum ṽbis expſ-

tur. Iuſto dei iudicio deſerunt: ⁊ illi qui diligunt ex dei miſeratione aſſumunt. ¶ Tertiũ qđ eſt ex parte noſtra eſt imitatio ad chrm̃. Et quãtum ad hoc dicit [Et ſequuntur me.] Iob. 26. Ueſtigia eius ſecutus eſt pes meus. p̄ Pet. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis: nobis relinquẽs exẽplũ. ¶ Quartũ correſpondens ex pte chriſti eſt pmij retributio. Et quãtum ad hoc dicit [Et ego vitã eternã do eis.] quaſi dicat ipſi me ſequunt hic manſuetudinis ⁊ innocentie viam intẽdẽdo: ⁊ ego faciã ꝙ poſtea me ſequẽtur ad gaudia vite eterne intrãdo. Hoc autẽ pmiũ oſtẽdit dñs eẽ indeficiens tripliciter. Nã aliqđ pōt deficere tripliciter. Primo quidẽ ex nã ipſius: puta ſi ſit corruptibile. Sed pmiũ iſtud quãtũ ad naturam ſuã incorruptibile eſt. Unde dicit [Uitã eternã do eis.] que eſt fruitio incorruptibilis ⁊ imortalis dei. Jo. 17. Hec eſt vita eterna ut cognoſcãt te ſolum uerũ deum ⁊c̃. Et (ut dicit Auguſtinus.) iſta ſunt paſcua de qb⁹ ſupra dixerat. Et paſcua bona vita eterna dicit: qꝛ ibi nulla herba areſcit totũ viret. ¶ Secũdo pōt deficere ex defectu recipientis dum recipiens deficit: ⁊ dũ male cuſtodit: ſed hoc non cõtinget in illo pmio. Unde dicit [Et nõ peribunt in eternũ.] ſ. oues. Qđ eſt contra Origenem qui dixit ꝙ qñq̃ ſancti qui ſunt in gloria peccare poterunt. Sed dñs dicit [Non peribunt.] Quia in eternũ conſeruabunt. Apoc. 3. Qui vicerit faciã eũ columnã ⁊c̃. Et foras non egredietur ⁊c̃. ¶ Tertio pōt deficere ex violẽtia rapiẽtis. Forte enĩ neq̃ adã excluſus fuiſſet: niſi affuiſſet ſeductor. In vita aũt etna hoc nõ erit. Uñ dicit [Et nõ rapiet eos.] ſ. oues [qſq̃ de manu mea.] i. ptectiõe ⁊ ptãte mea. Sap. 3. Iuſtoꝝ aĩe i manu dei ſt (Ut enĩ dicit Aug⁹.) Ibi neq̃ lup⁹ rapit: neq̃ fur tollit: neq̃ latro interficit.

Origenes dixit ꝙ qñq̃ ſcti q ſũt i glĩa peccare poterunt qđ ẽ erroneũ

¶ Pater meus qđ dedit mihi maius omnibus eſt: nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pater vnum ſumus.

¶ Hic probat qđ ſupra de dignitate ouiũ dixerat. ſ. ꝙ nõ rapiet eas quiſq̃ de manu mea tali ratiõe. Illud qđ eſt in manu patris mei nullus poteſt rapere. Sed eadem eſt manus patris ⁊ mea. Ergo illud qđ eſt in manu mea etiã nullus poteſt rapere. ¶ Circa hoc tria facit. Primo ponit minorẽ manifeſtando cõmunicationẽ diuinitatis a patre ſibi tradite cum dicit [Pater qđ dedit mihi.] ſ. per eternam generationẽ [maius omnib⁹ eſt.] Iñã ſupra. 5. Sicut pater habet vitã in ſemetipſo: ſic ⁊c̃. Itẽ [maius eſt] poteſtate. ẽ. 5. Poteſtatẽ dedit ei iudicium facẽ ⁊c̃. Itẽ [maius eſt.] reuerẽtia ⁊ honore. Phil. 2. Dedit illi nomen: qđ eſt ſup omne nomen: ut in noĩe ieſu ⁊c̃. [Maius eſt.] ergo [omnib⁹ qđ dedit mihi pater.] ut ſ. ſim verbum eius: ſim vnigenitus eius: ſim ſplendor lucis eius. ¶ Secũdo ponit excellentiã ptãtis paterne. Qđ pertinet ad maiorem cum dicit [Et nemo pōt rapere.] i. per violentiã auferre: uel per ignorãtiam ſurripere [de manu.] i. de poteſtate [patris mei.] uel a me: qui ſum virt⁹ paterna: quãuis meli⁹ dicat de ptãte patris q̃ a me (ut Auguſtinus dicit.) Ideo autẽ [Nemo pōt rapere de manu patris.] qꝛ ipſe fortiſſimus eſt: cui nõ poteſt fieri violẽtia. Et ſapientiſſimus in quẽ non cadit ignorãtia. Iob. 9. Sapiẽs corde eſt ⁊ fortis robore ⁊c̃. ¶ Tertio ponit vnitatẽ ſui ad patrem: ex qua ſequit concluſio. Uñ dicit [Ego ⁊ pater vnũ ſumus.] quaſi dicat. Ideo non rapiet eas quiſq̃ de manu mea. Quia [ego ⁊ pater vnũ ſumus.] ſ. vnitate eẽntie. Nam eadẽ eſt natura patris ⁊ filij. Per h̃ autẽ excludit duplex error. ſ. Arrij qui diuidebat eẽntiam. ⁊ Sabellij: qui cõfundebat perſonas: ut ſic ⁊ a charibdi ⁊ a ſilla liberemur. Nã per hoc qđ dicit [vnum.] liberat te ab Arrio. Nam ſi vnum. Non ergo diuerſum. Per hoc aũt qđ dicit [ſum⁹] liberat a Sabellio: ſi enim [ſumus.] Ergo pater ⁊ filius eſt alius ⁊ alius. Sed hoc Arriani impietatis ſue mendacio negare contẽdunt dicẽtes. ꝙ creatura aliquo modo eſt vnum cum deo. Unde ⁊ hoc modo filius poteſt eẽ vnũ cum patre. ¶ Sed hoc patet eſſe falſum ex tribus. Primo ex ipſo mõ loquẽdi. Manifeſtum eſt enĩ ꝙ vnum dicitur ſicut ens. Unde ſicut aliquid non dicit ens ſimpliciter: niſi ſm ſubſtantiã: ita nec vnum niſi ſm ſubſtãtiã. uel naturã. Simpliciter autẽ dicitur aliquid: quod nullo addito dicitur. Quia ergo hoc ſimpliciter dicitur [Ego ⁊ pater vnũ ſumus.] nullo alio addito. Manifeſtum eſt ꝙ ſunt vnum ſm ſubſtantiã ⁊ naturam. Nunq̃ autẽ inuenitur: ꝙ deus ⁊ creatura ſint vnum ſine aliquo addito: ſicut illud p̄ Cor. 6. Qui adheret deo vnus ſpiritus eſt. Ergo patet ꝙ filius dei nõ eſt vnũ cum patre: ut creatura. ¶ Secũdo ex his que ſupra dixerat. ſ. qđ dedit mihi pater maius omnibus eſt. Et poſtea cõcludit [Ego ⁊ pater vnũ ſumus.] quaſi dicat in tantũ vnum ſum⁹ inquantũ dedit mihi id qđ maius eſt omnibus. ¶ Tertio pȝ ex ſua intentione. Nam dominus ꝓbat ꝙ nõ rapiet eas quiſq̃ de manu ſua: per hoc ꝙ Nemo pōt rapere de manu patris eius: qđ nõ ſequeretur: ſi poteſtas eius eẽt minor q̃ poteſtas patris. [vnum] ergo ſunt pater ⁊ filius natura honore ⁊ virtute.

Eadẽ ẽ nã patris ⁊ filij.

Arri⁹ dicebat aliã eẽ nãm pñs ⁊ aliaꝫ filij. Sabelli⁹ dicebat nõ eẽ aliã pſonã pñs et filij: ſed eadem

Arriani dicũt ꝙ de⁹ ⁊ creatura aliq̃ mõ ſt vnũ: ⁊ ſic fili⁹ dei eẽ vn⁹ cum deo patre.

Simplr aliqđ dr quod nullo addito dr.

LEC. VI.

Suſtulerunt ergo lapides iudei ut lapidarent eum. Reſpondit eis ieſus. Multa bona opa oſtendi uobis ex patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis.

Poſita doctrina chriſti: hic ꝯſequent ponit effectus doctrine eius in iudeis. Et pmo redarguit coꝝ ſeuitiã. Secũdo excludit a ſe ipoſitaꝫ blaſſemiã ibi [Rñderũt ei iudei.] Tertio declinat coꝝ ptinaciã ibi [Querebãt ergo eũ apprehendere.] Circa pmũ duo facit. Primo ponit iudeoꝝ ſeuitia qua excẽ deſeebant ad chrm̃ lapidandum. Uñ dicit [Suſtulerunt lapides iudei: ut iacerent in eum.] Quia enĩ duri erant: ⁊ profunda dñi uerba intelligere nõ poterant: lapidibus ſimiles ad lapides currunt. p̄s. Dum loquebar illis ipugnabãt me gratis. ¶ Secũdo eũ ſubdit [Multa bona opera ⁊c̃.] Reprehendit dominus ipſorũ ſeuitiam. Et primo cõmemorat eis exhibita beneficia. Secundo reprehẽdit ipſorum ſeuitiam. Cõmemorat aũt beneficia que eis exhibuit in ſanitatibus iſirmoꝝ in exhibitione doctrine: ⁊ miraculorũ. Uñ [Rñdit eis dicẽs. Multa bona opa oſtẽdi uobis.] ſ. ſanãdo: predicãdo: miracula faciẽdo. Mat. 7. Bene oĩa fecit. [ex pr̃e meo.] Cuius gloriã per oĩa queſiui. ĩ. 8. Gloriã meã nõ quero ⁊c̃. Secundo reprehẽdit dicens [Propter qđ eoꝝ op⁹ me lapidatis.] quaſi dicat. Benefactorẽ oportebat honorare nõ lapidare. Simile dicitur Hiere. 17. Nunquid redditur ꝓ bono malum ⁊c̃.

¶ Reſponderunt ei iudei. De bono opere

nō lapidamus te:ſed de blaſſemia: ꝛ quia tu
homo cum ſis facis teipſum deum.

℗ Hic domin⁹ excuſat ſe de blaſſemia. Et ꝑmo po-
nitur blaſſemie impoſitio a iudeis. Secundo eius
excuſatio a chriſto ibi [Reſpondit eis ieſus. Non-
ne ſcriptum eſt ꝛc.] ℗ Dicit ergo quantum ad pri-
mū [De bono opere non te lapidam⁹ ꝛc.] ℗ Ubi
quinqꝫ conſideranda occurrunt. Primum quidez
videtur pertinere ad motiuum lapidationis: qḋ
eſt blaſſemia. Precipitur enim Leuitici .24. ꝙ bla-
ſſemi lapidentur. Educ inqꝫ blaſſemū extra caſtra
ꝛc. Et quantum ad hoc dicūt [De bono opere nō
lapidam⁹ te:ſed de blaſſemia.] ℗ Secundo ꝙ ſpe
cificant ipſam blaſſemiam. Nam blaſſemia eſt nō
ſolum attribuere deo: quod ſibi nō conuenit:ſed
etiaz attribuere alteri quod ſolius dei eſt: ſicut bla
ſſemia eſt:non ſolum dicere deum eſſe corpus:ſed
etiam dicere aliquaz creaturam creare poſſe. Mat.
9. dicebant. Hic blaſſemat. Quis poteſt dimittere
peccata niſi ſolus deus? Dicebant ergo iudei do-
minuz blaſſemum eſſe. non primo modo:ſed uſur
pando ſibi que diuinitatis propria erant. Unde
dicebant [Quia tu homo cum ſis facis teipſum
deum.] ℗ Tertium eſt ꝙ iudei melius intellexe-
runt verbuz chriſti ꝙ̄ Arriani quod dixerat. Ego
ꝛ pater vnum ſumus. Ideo irati ſunt quoniam in
tellexerunt non poſſe dici. Ego ꝛ pater vnum ſu-
mus: niſi ubi eſt equalitas patris ꝛ filij. Et hoc eſt
quod dicunt [Facis teipſum deum.] Oſtendendo
verbis tuis ꝙ deus ſis: quod non eſt uerum [cum
ſis homo.] ℗ Quartum eſt ꝙ tāta eſt diſtātia dei
ꝛ hominis: ꝙ incredibile eis erat ꝙ idem qui eſt
homo: eſſet deus. Unde ſignanter dicunt. [Quia
homo cum ſis ꝛc.] Quamuis ab iſta incredulita-
te remoueri poſſent per hoc quod dicitur in pſal.
Quid eſt homo ꝙ memor es eius ꝛc. Abac. ꝑmo
Opus ego facio in dieb⁹ ueſtris ꝛc. ideſt opus in-
carnationis excedens omnem mentem. ℗ Quin-
tum eſt ꝙ in ſuis uerbis ſibiipſis contrariantur.
Nam ex vna parte confitentur chriſtuz bona ope
ra facere dicentes [De bono opere non te lapida-
mus.] Et alia parte imponunt ei blaſſemiam: ſcili-
cet ꝙ ſibi falſo uſurpet honorem dei: que quidem
contraria ſunt. Non enim ex deo macula poſſet fa
cere ſi deuz blaſſemaret. Quia (ut dicitur Math.
7.) Non poteſt arbor bona fructus malos facere
ꝛc. Quod maxime locum habet in chriſto.

Blaſſemia ē attribuē deo qḋ ſibi nō cō uenit ꝛ attri- buē alteri qḋ ſoli⁹ dei eſt.

℗ Reſpondit eis ieſus. Nonne ſcriptum eſt
in lege ueſtra: quia ego dixi dij eſtis.

℗ Hic excludit a ſe impoſitam blaſſemiam. Et pri-
mo ponit ſuam excuſationem. ℗ Secundo oſten
dit ueritatez ibi [Si non facis opera ꝛc.] Excuſat
autem ſe per auctoritatem. Unde primo ponit au
ctoritatez ſcripture. Secundo aperit eius intelle-
ctum. Tertio ex hoc concludit propoſitum. ℗ Di-
cit ergo [Reſpondit eis ieſus, Nonne ſcriptum eſt
in lege ueſtra.] i. ꝑs. Ego dixi dij eſtis ꝛc. ℗ Ubi
ſciendum eſt ꝙ lex tripliciter accipitur in ſcriptura
℗ Quandoqꝫ quidem vniuerſaliter pro toto ue-
teri teſtamento ſm qḋ cōtinet quinqꝫ libros moy
ſi prophetas ꝛ agiographas. Et hoc modo acci-
pitur hic in lege ueſtra. i. in ueteri teſtamento. Cum
ſcriptum ſit in pſal. Quod ideo dicitur lex: quia to
tum uetus teſtamentum habetur pro auctoritate
legis. ℗ Aliquando accipitur lex: prout diuiditur

Lex accipit̄ tripliciter.

contra ꝓphetas pſal'os ꝛ Agiographas. Et ſic ac
cipitur Luc. ultimo. Oportet impleri omnia que
ſcripta ſunt in lege ꝛ ꝑs. de me. ℗ Aliquando au-
tem accipitur prout lex diuiditur cōtra prophetas
Et ſic pſal. ꝛ alij libri ueteris teſtamenti preter pen
tateuchū includuntur ſub prophetis: eo ꝙ ſpiritu
prophetico edita ſit ſcriptura ueteris teſtameti. Et
hoc modo accipit̄ Math. 22. In his duobus mā
datis tota lex pendet ꝛ prophete. Sic ergo ſcriptū
eſt. [Ego dixi dij eſtis.] ℗ Unde ſciendum eſt ꝙ
hoc nomen deus tripliciter accipitur. ℗ Aliquan
do enim ſignificat ipſam diuinam naturam. Et ſic
dicitur ſingulariter ſolum Exo. 20. Audi iſrael do-
minus deus tuus vnus eſt. ℗ Quandoqꝫ autem
dicitur deus nuncupatiue. Et hoc modo dicuntur
idola dij. ꝑs. Omnes dij gentiū demonia. ℗ Qñ
qꝫ autem dicitur aliquis deus per participationez
diuinitatis: ſeu excellentioris virtutis diuinitus in
fuſe. Et hoc modo ꝛ iudices dicuntur dij in ſcriptu
ra. Exo. 32. Applicabis eos ad deos. i. ad iudices.
Et Exo. 32. Dijs non detrahes. i. prelatis. Et hoc
modo accipit̄ hic hoc nomen deus cū dicit. [Ego
dixi dij eſtis.] idest participantes aliquam virtu-
tem diuinam ſupra humanam. ℗ Conſequenter
cum dicit.

De⁹ tripl̄r accipit̄. ſ. p nā dina: aliqñ nū cupatiue. aliqñ ꝑticipatiue.

℗ Si illos dixit deos ad quos ſermo dei fa-
ctus eſt: ꝛ non poteſt ſolui ſcriptura quez pa
ter ſanctificauit ꝛ miſit in mūdū uos dicitis
quia blaſſemas qꝛ dixi filius dei ſum.

℗ Aperit ſenſum auctoritatis predicte: quaſi di-
cat. Ideo uocauit eos deos inquātum participāt
aliquid diuinitatis ſm participationem ſermonis
dei ad eos facti. Nā ex ſermone dei homo aliquā
participationem diuine virtutis ꝛ puritatis conſe
quitur. Infra. 15. Iam uos mundi eſtis propter ſer
monem quem locutus ꝛc. Et Exo. 34. dicitur ꝙ
ſplēdida facta eſt facies Moyſi ꝛc. Ex his autem
que predicta ſunt poſſet ſic argumentari. Manife
ſtum eſt autem ꝙ aliquis ex participatione uerbi
dei ſit deus participatiue: ſed non ſit aliquid par
ticipatiue hoc niſi ex participatiōe eius quod eſt
per eēntiam ſuam tale: puta non ſit participatiue
ignis: niſi participatione ignis per eſſentiā. Ergo
nō ſit aliquid participatiue deus: niſi ex participa
tione eius: qui eſt deus per eſſentiam. Ergo uerbū
dei. ſ. ipſe filius: cuius participatione aliquis effici
tur deus: eſt deus per eſſentiaz. Sed dominus uo-
luit humanis magis ꝙ̄ ſic profunde ꝯtra iudeos
arguere. ℗ Dicit autem [Et non poteſt ſolui ſcri-
ptura.] ut oſtendat irrefragabilem ſcripture ueri-
tatem. ꝑs. In eternum domine permanet uerbum
tuum. ℗ Conſequenter cuz dicit. [Quem pater ſā
ctificauit ꝛc.] Concludit propoſitum. Quod qui-
dem ſi ſm hylarium referamus ad chriſtuz ſm ꝙ
eſt homo: tunc eſt ſenſus homines aliqui dicūtur
dij ſola participatiōe ſermonis dei. Quomodo er
go dicitis [quia blaſſemas.] idest reputatis bla-
ſſemiam: ꝙ ille homo dicatur deus: qui eſt vnitus
uerbo dei in perſona. Et ideo dicit [Quem pater
ſanctificauit.] Lz enim omnes qui ſanctificantur
deus ſanctificet. Infra. 17. Sanctifica eos in uerita
te. Chriſtum tñ ſpāliter ſanctificauit. Nā alios ſcifi
cat: ut ſint filij adoptiui. Ro. 8. Accepiſtis ſpm̄ ado-
ptionis filiorū. Chriſtuz autē ſanctificauit: ut eēt fi
lius dei per naturam vnitus in perſona uerbo dei

Expō hylarij

Quod hec verba oſtēdunt dupliciter. Primo per
hoc quod dicit[Quem pater ſanctificauit.]Si eni
ut pater ſanctificet: manifeſtuz eſt ꝙ ſanctificat ⁊ fi
lium. Rom. pmo. Qui predeſtinatus eſt filius dei
in virtute ſm ſpiritum ſanctificationis. ¶ Secun
do per hoc quod dixit.[Et miſit in mundum.]
Mitti enim in aliquem locum non conuenit alicui
rei niſi ante fuerit q̃ ibi eſſet. Ergo ille quem pa-
ter miſit in mūdum. ſcilicet viſibiliter eſt filius dei:
qui preextitit viſibili viſioni. Quia (ut dicit ſupra
p.) In mundo erat ⁊ mundus per ipſum ⁊c̄. ā.3.
Non enim miſit deus ⁊c̄. Hūc ergo [Quem deus
miſit in mūdum vos dicitis q2 blaſphemas: q2 di
xit filius dei ſum.] quaſi dicat. Multo magis poſ-
ſum hoc dicere: qui ſum vnitus verbo in perſona
q̃ illi[ad quos ſermo dei factus eſt.] ¶ Sed vn-
de iudei habuerunt ꝙ chriſtus eēt filius dei? Non
enim hic dominus expreſſe dixit. ¶ Ad qđ dicen-
dum eſt ꝙ l3 dominus hoc expreſſe nō dixerit: ni-
hilominus tamen ex uerbis que dixit. ſ. Ego ⁊ pa
ter vnum ſumus. Et qđ dedit mihi pater mai9 om
nibus eſt. Intellexerunt eu3 accepiſſe naturā a pa
tre: ⁊ eſſe vnū in natura cum eo. Hoc autem. ſ. acci-
pere eandem naturam ab aliquo ⁊ eſſe habet ratio
nem filiationis. ¶ Si autē hoc qđ dicit[Pater ſan
ctificauit ⁊c̄.]referamus ſm Augm ad chriſtum in-
quantum eſt deus: tunc eſt ſenſus[que3 pater ſan-
ctificauit.] i. ſanctū ab eterno genuit. S3 alia que ſe
quunt eodē modo exponenda ſunt: ſm ꝙ Hylari9
exponit: cum melius exponit ſi referatur totu3 ad
chriſtum inquātum hō. ¶ Conſequenter cū dicit.

¶ Si non facio opera patris mei nolite cre-
dere mihi. Si autem facio: ⁊ ſi mihi non vul
tis credere operibus credite: ut cognoſcatis
⁊ credatis quia pater in me eſt: ⁊ ego in pře.

¶ Probat ueritate3 dictorum: quaſi diceret. L3 ſim
homo tm̄ ſm reputationem veſtrā: tamen nō bla-
ſfemo dicens me uere deum: quia uerisſime ſum.
Unde circa hoc duo facit. Primo ꝓponit argumē
tum operum. Secūdo infert concluſionem intēta3
ibi[Ut cognoſcatis ⁊c̄.] Circa primum duo facit.
Primo dicit ꝙ ſine operibus eent excuſabiles. Et
dicit [Si nō facio opa patris mei.] eade3. ſ. que ip-
ſe facit: ⁊ eadem virtute ⁊ poteſtate[nolite credere
mihi.] Supra. 5. Queců́ꝗ pater facit hoc ⁊ filius ſi
militer facit. Secundo ꝙ ex ipſis operibus cōuin
cuntur dicens[Si autē facio.] ſ. eadem opera: que
pater facit [ſi mihi] qui filius hoīs appareo.[non
vultis credere operib9 credite.] i. ipſa opera demō
ſtrant: ꝙ ego ſum filius dei. j. 16. Si opera nō feciſ-
ſem que nemo alius ⁊c̄. ¶ Conſequenter infert cō
cluſionē intentam dicēs[Ut cognoſcatis ⁊c̄.] Nul-
lum enim tam euidens inditiū de natura alicuius
rei eſſe poteſt q̃ illud qđ accipit ex operibus eius
Euidenter ergo cognoſci pōt de chriſto ⁊ credi ꝙ
ſit deus per hoc ꝙ facit opera dei. Et ideo dicit.
Ex ipſis operibus cōuincti[ut cognoſcatis ⁊ cre
datis] qđ oculis ueſtris videre nō poteſtis: ſcilicet
[q2 pater in me eſt ⁊ ego in patre.] Infra. 14. Ego
in patre ⁊ pater in me eſt. Quod intelligendum
eſt per vnitatem eſſentie: ⁊ quaſi idem eſt[pater in
me eſt ⁊ ego in patre.] Et ego ⁊ pater vnū ſumus.
¶ Hylarius autē hoc bene exponit dicens: ꝙ dif-
ferentia eſt inter deū ⁊ hominem. Nam homo cu3
ſit compoſitus non eſt ſua natura. Deus autem cū
ſit ſimpliciſſimus eſt ſuum eē ⁊ ſua natura. In quo
cūꝗ ergo eſt natura dei ibi eſt deus. Cum ergo pa
ter eſt deus ⁊ filius eſt deus: ubicūꝗ eſt natura pa-
tris ibi eſt pater. ⁊ ubicūꝗ eſt natura filij ibi eſt fi-
lius. Cum ergo natura patris ſit in filio ⁊ ecōuer-
ſo. Ergo pater eſt in filio: ⁊ ecōuerſo. Sed (ut dicit
Auguſtinus.) L3 deus ſit in homine: ⁊ homo in
deo (ut dicitur pˢ ioānis. 4.) Qui manet in charita
te in deo manet: ⁊ deus in eo. Non eſt intelligendū
per eſſentie vnitatem: ſed homo in deo eſt. i. ſub di
uina cura ⁊ protectione: ⁊ deus in homine per ſi-
militudinem ſue gratie. Unigenitus autem filius eſt
in patre ⁊ pater in illo tanꝗ equalis.

¶ Querebant ergo eum apprehēdere. ⁊ exi-
uit de manibus eorum. Et abijt iterum trās
iordanem in eum locum ubi erat ioānes ba
ptizans primu3: ⁊ manſit illic. ⁊ multi uene-
runt ad eum: ⁊ dicebant: quia ioannes qui-
dem ſignum fecit nullum. Omnia aūt que-
cunq3 dixit ioānes de hoc uera erant: ⁊ mul
ti crediderunt in eum.

¶ Hic dominus declinat iudeorum pertinaciā. Et
primo oſtendit ipſorum pertinaciam. Secūdo de-
clinat eam. Tertio oſtendit effectum declinationis
¶ Pertinaciā autem oſtendit per hoc ꝙ poſt tot
ueritatis documēta: poſt tot miraculorum ⁊ mira-
bilium operum argumēta adhuc in malitia perſe-
uerant. Unde [querebant eū apprehendere.] Nō
ad credendum ⁊ intelligendum: ſed ad ſeuiēdum
⁊ ad nocendū. Nam q2 equalitatem ſui ad patrem
euidentius expreſſerat magis cōcitati ſuerunt. Hic
re. 8. Apprehenderunt mendacium ⁊c̄. ¶ Decli-
nat autem eorum ſeuitiā dominus exiens ab eis
Unde dicit[Exiuit ⁊c̄.] Ubi primo oſtendit quo
modo eos dimiſit: ſcilicet exeundo de manibus
eoꝝ. Et hoc ꝓpter duo. ¶ Prio ut oſtēderet ſe nō
poſſe detineri: niſi quando uolebat. Luc̄. 4. Ieſus
tranſiens per medium illorum ibat. Supra eo. Ne
mo tollit a me animam meam: ſed ego ponam a
meipſo. ¶ Secūdo ut daret nobis exemplum de
clinandi malorum ſeuitiam: quādo ſine periculo
fidei fieri poteſt. Ecc̄. 8. Ne ſtes contra faciem con-
tumelioſi. ¶ Secūdo oſtendit quomodo exiens
ierit. Unde dicit[Et abijt iterum trans iordanem
⁊c̄.] ¶ Cuius quidem myſtica cauſa eſt. ꝙ aliquā-
do iturus eſſet per apoſtolos ſuos ad gētes ꝯuer
tendas. ¶ Cauſa vō litteralis eſt duplex. Una q2
locus erat vicinus hieruſalem: ⁊ ia3 imminebat tē
pus paſſionis. Unde nolebat ſe elongare. ¶ Se-
cunda ut reducat ad memoriam teſtimonium qđ
illic perhibuit Ioānes dicens. Ecce agnus dei ⁊c̄.
Et teſtimoniū patris ⁊ filij chřo perhibitum in ba
ptiſmo. ¶ Effectus autē declinationis fuit conuer
ſio turbarum ad fidem que quidem conuerſio de
ſcribitur quantum ad tria. ¶ Quantum ad opera
tionis habitionē. Unde dicit[Et multi uenerūt ad
eum.] ſ. per imitationem operū. Mat. 11. Uenite ad
me omnes qui laboratis ⁊ onerati eſtis ⁊c̄. ¶ Se
cundo quantum ad oris confeſſionem. Unde ⁊ di
cebant[Quia ⁊ ioannes ⁊c̄.] Ubi primo cōfitētur
eminentiam chriſti ad Ioannem. Unde dicebant
[Quia ioannes fecit nullū ſignum.] Cuius quide3
ratio fuit: quia ioannes miſſus fuit ut teſtis chriſti.
Uñ oportebat ꝙ fieret fide dignus ⁊ teſtimoniu3
ei9 oñderet ue3. Qđ q̄dē ſit ꝯuenient p ſcitatē vite

Mitti aliquē i aliquē locu3 nō ꝯuenit alicui: niſi ari fu erit q̃ ibi eēt.

Dubitatio.

Reſpōſio.

Expō. Hyla.

Expō' Aug.

Cā myſtica.

Cā lr̄alis.

Chriſtus autem venit ut deus. Et iō oportebat ꝙ oſtēderet in ſe ſigna poteſtatis diuine. Et ideo Joannes vite ſanctitate pollebat. Chriſtus autem cū hoc exercebat et opa ptātem diuinā manifeſtātia. Dic etiā mos ſeruabat apud antiqꝫ ꝓtātes ꝙ in preſentia ptātis maioris: minor ptās non utebat ſue poteſtatis īſignijs. Uñ in pſētia dictatoris cōſules inſignia deponebant. Non ergo decens fuit ut ioānes qui minoris ptātis erat: utpote pcurſor ꝛ teſtis in chri pñtia diuine ptātis inſignijs uteret ſed ſolum chrs. ℂ Scdo cōfitent ueritatē teſtimonij ioānis de chro. Uñ dicebant[Oīa enī que dixit ioannes de hoc. ſ. de chro [erant uera.] quaſi diceret etſi nullū ſignū fecerit ioānes: tñ de chriſto oīa ueraciṫ dixit. ℂ Tertio ꝯfitent cordis fidē. Uñ dicit[Et multi crediderunt in eū](ut Aug' dicit.) Chrm apprehendūt pmanentē: quē iudei uolebant apprehēdere deſcēdētem: qꝛ per lucernaꝫ ad diem venerant. Joānes enī lucerna erat: ꝛ dici teſtimonium perhibebat.

Moos erat apud antiquos ut minor ptās ī pñtia maioris ptātis nō uteret ſuis inſignijs.

L. E. I. n. c.

Erat autem quidam languens lazarus a bethania: de caſtello marie ꝛ marthe ſororū eius. Maria aūt erat que vnxit dominū vnguēto ꝛ extérſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater lazarus infirmabatur.

Supra dominus virtutē ſuā viuificatiuā oñdit vbo. Dic cōfirmat eā miraclo quēdaꝫ mortuū. ſ. laçarū ſuſcitādo. Et primo ponitur laçari infirmitas. Scdo ipſius iam mortui ſuſcitatio ibi[Ut audiuit.] Tertio ſubiūgit ſuſcitationis effectus ibi[Multi ergo ex iudeis ꝛc.] Circa pmuꝫ tria facit. Primo ponit laçari egrotatio. Secūdo languoris deñūciatio ibi[Miſerūt ergo ſorores ꝛc.] Tertio aſſignat premiſſarū rō ibi[Audiens autēꝫ ieſus ꝛc.] Circa primū tria facit. Primo deſcribit pſonā egrotā. Secundo languētis locū. Tertio pſonā cōiūctā. ℂ Perſona egrota eſt laçarus. Uñ dicit[Erat quidā languēs laçarus.] Per hūc fidelis ſignat: qui in deo ſperat ꝛ tñ patit īfirmitatē peccati. De qua dicit in ps. Miſerere mei dñe qm īfirm' ſum. Laçarus enī interpretat auxiliat' a dño. Uñ eum ſignificat qui ſpem hēt diuini auxilij. ps. Auxiliū meū a dño ꝛc. ℂ Locus infirmi erat bethania. Uñ dicit[a bethania de caſtello.] Que qdem bethania villa quedā erat ꝓpe hieruſalē. Ubi dominus ꝯſueuerat frequēter hoſpitari (ut frequent ſupra dictū eſt.) Et iterpretat dom' obediētie. Per qd datur itelligi ꝙ ſi īfirmus ſit deo obediēs: pōt ab eo de facili curari: ſicut īfirmus obediēs medico facilius ab eo beneficiū conſequit ſanitatis. 4. Reg. 5. Dixerunt ſerui Naaman ad eū. Pater etſi rē grandē dixiſſet tibi ꝓpheta facere debuiſſes. Jſta bethāia caſtellū erat marie ꝛ marthe ſoroꝝ laçari. ℂ Per qs duplex vita ſignat. Actiua. ſ. ꝛ cōtēplatiua. Ut ſic per hoc detur itelligi ꝙ per obediētiaꝫ hō pfect' reddit ī vita actiua ꝛ cōtēplatiua. ℂ Perſona cōiuncta erat maria. Uñ dicit[Maria autem erat ꝛc.] Quia enī mētionē fecerat de maria: ꝛ plures mulieres huius noīs erāt. Jdeo ne erremus ex nomine: notificat eam ex nouiſſima actione dicens [Que vnxit dñm vnguento. ꝛ extérſit ꝛc.] De hac autē maria diuerſitas quedā eſt inter ſanctos. Quidā enī dicūt (ut hiero. ꝛ Orig.) ꝙ hec maria ſoror laçari nō ē eadē cū illa que peccatrix erat. De qua dicit Luc. 7. ꝙ attulit alabaſtruꝫ vnguenti: ꝛ ſtans retro ſecus pedes ꝛc. Uñ ſic dicit Criſoſtom'. Hec nō fuit illa meretrix que in Luca legit. Deceniꝫ honeſta fuit ꝛ ſtudioſa circa ſuſceptionē chriſti. Nam peccatricis illius nomen tacet. Potuit autē maria iſta erga chrm tēpore ſue paſſionis ex deuotione ꝛ ſpeciali dilectiōe ſimile opus feciſſe: qd fecit et peccatrix illa diligens ꝛ cōpuncta: qd quidē factū hic ab euāgeliſta propter marie noīs multitudinē per anticipationē recitat. ℂ Quidā alij ſicut Auguſtinus ꝛ Greg'. dicunt ꝙ hec eadē maria de qua hic agit eſt illa peccatrix de qua agit Luc. 7. Et argumētum hui' ex hoc uerbo Aug. aſſumit. Nam hic euāgeliſta dicit anteqꝫ maria vngeret dñm vnguēto: qꝛ illud fuit īminēte paſſione. 12. Ubi dicit maria ergo ſumpſit librā vnguēti nardi piſtici pcioſi ꝛ vnxit pedes ieſu. Uñ dicit ꝙ hoc qd hic dicit euāgeliſta de ea factū recitat Luc. 7. ℂ Ambroſi' autē utrāqꝫ ptē tenet. Fm ergo opinionē Auguſtini manifeſtum eſt: ꝙ peccatrix illa de qua dicit in Luca: eſt maria iſta.[Cuius frater laçar' īfirmabatur.] i. miſerādum corpus eius fornaceis febribus alenduꝫ edax incendium aſſumebat.

Lazar' īterpſtat auxiliat' a dño.

Bethania interpſtat dom' obedientie.

Bethania erat caſtellum marie ꝛ marthe ſoroꝝ lazari.

Maria ꝛ martha duplicē vitā ſigt. ſ. actiuā ꝛ cōtēplatiuam.

Diuerſitas opī nionū ſcōꝝ de maria magdalena.

Opīo hiero. ꝛ Orig.

Opīo Aug. ꝛ Grego.

Opīo Amb.

ℂ Miſerunt ergo ſorores eius ad eum dicētes. Domine: ecce quem amas infirmatur.

ℂ Dic ponit īfirmitatis denūciatio a ſororibus laçari que languēti aderant ꝛ caſu dolentes inuenis egrotātis[Miſerūt ad eū.] ſ. ieſum[dicentes. Dñe ecce quē amas ꝛc.] Jn qua quidē denunciatione tria cōſiderāda occurrūt. ℂ Unū eſt ꝙ amici dei qñqꝫ corpaliter affligunt. Uñ non eſt ſignuꝫ ꝙ aliquis nō ſit amicus dei. ſi aliquādo corporalit affligatur ſicut Eliphaꝫ ꝯ Job falſo arguit. Job. 4 Recordare obſecro qs vnqꝫ innocens periit: aut qñ recti deleti ſunt. Et iō dicunt[Dñe ecce quem amas infirmat.] Prou. 3. Quē diligit dñs corripit ꝛ qſi pr in filio coplacet ſibi. ℂ Scdm eſt ꝙ non dicunt. Dñe ueni ſana eum: ſed tm īfirmitatē exponēs dicunt[. Jnfirmat.] Jn quo ſignatur ꝙ ſufficit amico tm neceſſitatē exponere abſqꝫ alicuius petitionis additamēto. Nā amicus cū uelit bonum amici: ſicut bonū ſuū: ſicut ſolicitus eſt ad repellēdū malū ſuū: ita ꝛ ad repellēdū malū amici ſui. Et hoc marie uerū eſt de eo: qui ueriſſime diligit. ps. Cuſtodit dñs diligētes ſe. ℂ Tertiū eſt ꝙ iſte due ſorores deſiderātes curationē fratris lāguidi: nō uenerunt pſonaliter ad chrm: ſicut paralitic'. Luc. 5. Et centurio Mat. 8. Et hoc propter ꝯfidentiam quā hēbāt ad chrm ex ſpeciali dilectione ꝛ familiaritate quā chrs erga eas oſtēderat. ꝛ forte a luctu detinebant (ut Criſo' dicit.) Ecc. 6. Amic' ſi pmāſerit fixus erit tibi coeqlis: ꝛ in domeſticis tuis fiducialiter aget.

Si aliqſ aliqñ dei amic' a deo affligat nō ē ſignū pp hoc ꝙ nō ſit ei' amicus.

Amico ſuffit tm neceſſitatē exponē abſqꝫ alicui' petitionis additamēto.

ℂ Audiēs autem ieſus dixit eis. Jnfirmitas hec non eſt ad mortem: ſed pro gloria dei: ut glorificetur filius dei per eam.

ℂ Dic ponit premiſſoꝝ ratio. Et pmo ratio ipſi' infirmitatis. Secūdo qre ſorores eius nō venerūt ad chrꝫ fm Aug^m ibi[Diligebat aūt ieſus ꝛc.] ℂ Ratio autē īfirmitatis eſt glorificatio filij dei. Uñ dic [Dixit eis ieſus. Jnfirmitas hec non eſt ad morteꝫ ſed pro gloria dei.] Ubi ſciendū eſt: ꝙ īfirmitatuꝫ corporaliū quedā ſunt ad mortē: quedam autem non. Jlle autem ſunt ad mortem: que ad aliquid aliud non ordinantur. Naꝫ oīa mala pene ex diuina

Jnfirmitatuꝫ corpaliū qdā ſūt ad mortē qdā autē non.

Mala oia pe ne ex diuina ꝓuidẽtia iſfligũ tur.
Mali culpe de⁹ ultor ẽ nõ tñ actor.

ꝓuidentia infligunt. Amos.3. Si eſt malũ in ciuitate qd dominꝰ nõ faciat. Mali võ culpe deus ultor eſt non tñ actor. Oia autem que a deo ſunt: ordinata ſunt. Et ideo oia mala pene ad aliquid ordinant: quedã ad mortẽ: quedã ad aliqd aliud. hec autẽ infirmitas non eſt ordinata ad mortẽ: ſed ad gloriã dei.

Dubitatio.

℄ Sed nunquid nõ fuit mortuꝰ laçarꝰ ex hac infirmitate. Uidet ꝙ ſic. Alias nõ ſteteret quatriduanꝰ in monumẽto: nec reſuſcitatio fuiſſet miraculoſa.

Reſponſio.

℄ Reſponſio dicẽdum ꝙ infirmitas hec nõ fuit ordinata ad mortẽ: ut ad finẽ ultimũ: ſed ꝓpter aliud (ut dictũ eſt) ut. ſ. ipſe qui reſuſcitatus fuit: q̃ſi caſtigatꝰ iuſte viueret ad dei gloriã. ⁊ poplꝰ iudeus vidẽs miraculũ cõuerteret ad fidẽ. ps. Caſtigans caſtigauit me dñs ⁊c̃. Uñ ſequit [Sed pro gloria dei: ut glorificet ⁊c̃.]

Expõ Criſ.

Ubi ſm Criſoꝰ li pro ⁊ li ut nõ tenent cauſaliter: ſed cõſecutiue. Nõ eniz ideo infirmatus eſt: ut ex hoc deus glorificaretur: ſed aliunde quidẽ infirmitas hec uenit: ⁊ ex ea cõſecutũ eſt hoc: ut glorificaret filius dei: inquãtum cum reſuſcitãdo uſus eſt ea ad gloriã dei. hoc autẽ vno quidẽ modo ueritatẽ hẽt: ſed alio modo non. Põt enĩ infirmitatis laçari duplex cauſa cõſiderari. Una naturalis. ⁊ ſʒ hãc uerificat dictũ Criſoſtomi. Quia infirmitas laçari ſm cãm nãlem nõ ordinabat ad reſuſcitationẽ. Alia cauſa põt cõſiderari diuina ꝓuidẽtia. Et tũc nõ hẽt ueritatẽ dictũ Criſoſtomi. Nã ex diuina ꝓuidentia hiꝰ iſfirmitas ordinabat ad gloriã dei. Et ſm hoc li pro ⁊ li ut tenẽtur cauſaliter. q̃ſi dicat [Sed pro gloria dei] quia lʒ ad hoc nõ ordinaret ex intẽtione cauſe nãlis: ordinabat tñ ex intẽtione diuine ꝓuidẽtie ad gloriam dei inquãtũ facto miraculo crederẽt hoĩes in chriſtum ⁊ vitarẽt uerã mortẽ. Unde dicit [Ut glorificetur filius dei per eam.] Hic manifeſte dñs filium dei ſe nominat. Nã ipſe glorificandus erat in reſuſcitatione laçari. ⁊ ipſe eſt uerus deus. pᶜ Jo. ultio Ut ſimus in uero filio eius. ã. 9. Neqʒ hic peccauit neqʒ ꝑentes eius: ſed ut manifeſtent opa dei in illo

℄ Diligebat autem ieſus marthã ⁊ ſororem eius mariam ⁊ lazarum.

℄ Hic ſm Augᵐ euãgeliſta aſſignat rõnẽ q̃re due ſorores nõ uenerũt ad chr̃m. Que. ſ. ſumũ ex cõfidentia ſpãlis dilectionis. Uñ dicit [Diligebat aũt ieſus martham ⁊ mariã ⁊c̃.] Quippe qui triſtium cõſolator erat ſorores triſtes diligebat. Et qui languentiũ ſaluator erat languidũ ⁊ mortuũ Laçaruz diligebat. Deut. 26. Dilexit populos: oẽs ſancti in manu illius ſunt.

LE. II.

Ut ergo audiuit: quia infirmatur tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus.

Hic Agit de mortui reſuſcitatiõe. Et ꝑmo ponit reſuſcitãdi ꝓpoſitũ. Secũdo ſubdit ſuſcitationis ordo ibi [Uenit itaqʒ ieſus ⁊c̃.] Circa ꝑmũ tria facit. Primo dat dñs locũ morti. Secũdo ꝑnunciat ꝓpoſitũ de accedẽdo ad locũ ubi mortuus erat ibi [Deĩde poſt hec dicit ⁊c̃.] Tertio ꝑnũciat ꝓpoſitũ ſuſcitãdi ibi [Hec ait ⁊ poſt dicit illis ⁊c̃.] ℄ Dat autẽ locum morti morã trahendo dñs trãs iordanẽ. Et ideo dicit [Ut autẽ audiuit: qꝛ infirmabat. manſit in eodem loco duobꝰ diebꝰ.] Ex quo notat ꝙ eodẽ die quo chr̃s recepit nunciũ ſororũ laçari mortuus fuit laçarus. Nã qñ chr̃s uenit ad locũ ubi mortuus fuit iam quatriduanus erat. chr̃s autẽ duobꝰ diebus poſtq̃ recepit nunciũ: remãſit in eodẽ loco. ⁊ ſequenti die ab illis duobus iuit in iudeã.

Quare chr̃s retardauit ꝙ nõ uenit añq̃ laçarꝰ moreretur duplex aſſignat cã.

℄ Dedit autẽ locuz morti per tot dies ꝓpter duo. Primo q̃dẽ ne ex preſentia eius mors laçari ĩpedita fuiſſet. Nam ubi vita pñs eſt: mors locũ nõ habet. Secũdo: ut miraculũ credibilius redderet: ⁊ nullus ꝑoſſet dicere. Q̃m nondũ defunctum cum ſuſcitauit: ſed potius ſtupefactum. ℄ Cõter cũ dicit.

℄ Deinde poſt hec dicit diſcipulis ſuis. Eamus in iudeam iterum.

℄ Dominus manifeſtat ꝓpoſitũ acceſſus ſui ad locũ. Et ꝑmo ꝑnunciat propoſitũ. Secũdo ſubdit timor diſcipuloꝝ ibi [Dicunt ei diſcipuli ⁊c̃.] Tertio dñs timorẽ propellit ibi [Rñdit ieſus. Nonne ⁊c̃.] ℄ Dicit ergo quãtũ ad primũ [Deinde poſt hec.] ſ. morã cõtractã [dixit.] ſ. ieſus [diſcipulis ſuis. Eamus in iudeã iteꝝ.] ℄ Hic querit. Quare hoc ſolũ ꝑdixit apoſtolis iterũ iturũ in iudeam. cũ hoc alĩs nõ fecerit? ℄ Sed huius quidẽ ratio eſt: q̃a iudei nuꝑ in iudea ꝑſecuti fuerãt chr̃m: ita ut ꝑene cum lapidaſſet. Uñ ⁊ propterea inde deceſſerat. ꝓpter qd credendũ erat: ꝙ chr̃o iterato illuc ire uolente diſcipuloꝝ corda timor inuaderet. Et qꝛ preuiſa iacula minus feriũt: ⁊ mala que preuident faciliꝰ tolerant (ut Gregꝰ dicit.) Jõ dñs ut eis timorẽ auferret eis itineris ſui ꝓpoſitũ manifeſtat.

Myſtica expoſitio.

℄ Per hoc autẽ ꝙ iterũ reuertit in iudeã myſtice dat intelligi dñm in fine mundi iterũ reuerſurũ ad iudeos: qui cõuertent ad chr̃m. Ro. 11. Cecitas ex ꝑte cõtingit in iſrael ⁊c̃.

In fine mũdi iudei oẽs conuertentur.

℄ Timor diſcipuloꝝ ponit cũ dicit.

℄ Dicunt ei diſcipuli. Rabi nunc querebãt te iudei lapidare: ⁊ iterum uadis illuc?

℄ Quaſi dicat videt ꝙ ſpontaneus uadas ad mortẽ. Sed timor iſte irrõnabilis eſt: qꝛ ſecũ habebãt diſcipuli deũ ⁊ protectorẽ: cum quo qui eſt timere nõ debet. Jſa. 50. Stemus ſimul: quis eſt aduerſarius meus? ps. Dñs illuminatio mea ⁊ ſalusꝰ mea quẽ timebo? ℄ Hunc timorẽ expellit dñs confortans eos. Unde dicit.

℄ Reſpondit ieſus. Nonne duodecim ſunt hore diei?

℄ Scilicet diſcipulis [Nõne duodeci.] Ubi ꝑ põit ꝯditionẽ tẽporis. Scdo oſtẽdit qd tẽpus ſit aptuz ambulationi. Tertio qd nõ ſit aptũ. Scdʒ ibi [Si quis ambulauerit ⁊c̃.] Tertiũ ibi [Si autẽ ambulauerit in nocte ⁊c̃.] ℄ Ad intellectũ aũt huius lr̃e ſciendũ eſt ꝙ tripliciter exponit.

Expõ Criſ.

℄ Uno mõ a Criſoſtomo ſic [Nõne .12. hore ſunt diei.] quaſi dicat Uos dubitatis aſcẽdere in iudeã: qꝛ nuꝑ iudei uoluerũt me lapidare. Sʒ dies habet .12. horas: ⁊ qd cõtingit in vna non ꝯtingit in alia. Uñ lʒ tunc uoluiſſent me lapidare: in alia hora hoc nollẽt. Ecc. 3 Oia tẽpus hñt ⁊c̃. Et eiuſdẽ. 8. Omni negocio tẽpus eſt ⁊ oportunitas.

Qõ litteralis.

℄ Sed hic incidit queſtio litteralis. Quia aut loquit de die naturali: aut de die artificiali. Siquidem loquatur de die naturali: tunc falſum eſt qd dicit. Cum nõ habeat duodecim: ſed .24. horas. Similr ſi loquit de die artificiali: falſum eſt qd dicit. Quia hoc nõ eſt uerum: niſi in equinoctiale. Quia nõ omnes dies artificiales habẽt .12. horas.

Reſponſio.

℄ Sed ad hoc dicẽdum ꝙ intelligendum eſt de die artificiali: qꝛ omnes dies artificiales habẽt .12. horas. Naʒ hore huiuſmodi dierũ diſtinguunt dupliciter. Quedã enim ſunt eq̃les

Et quedã ſunt inequales. Equales autẽ diſtinguũtur ſꝫ circulũ equinoctialis. Et ſꝫ hoc nõ omnes dies habẽt .12. horas: ſed aliqui plures aliqui pauciores: niſi tñ in equinoctio. Inequales autem diſtinguunt̃ ſm aſceſſiones zodiaci ꝓpter eius obliquitatem: q2 nõ equaliter aſcendit zodiacus in omnibus ꝑtibus ſuis. Equinoctialis autẽ equalit̃: ⁊ de iſtis horis inequalibus qlibet dies artificialis hẽt 12. horas: q2 quolibet die aſcendũt 6. ſigna de die ⁊ 6. de nocte: ſed illa que aſcendunt in eſtate ſũt tardioris motus q̃ꝫ illa que aſcendunt in hyeme. Aſcẽſus autẽ cuiuſlibet ſigni facit duas horas.

Signa ſex in horis īeq̃lib⁹ aſcẽdũt ī die ⁊ 6. ī nocte: ⁊ cũ q̃libꝫ ſignũ duas horas faciat: ſcꝫ dictũ q̃libꝫ diem hẽre horas 12.

¶ Siquis ambulauerit in die non offendit: q2 lucem huius mundi videt.

¶ Id eſt honeſte ⁊ abſq3 conſcientia alicuius mali. Rom̃ .13. Sicut in die honeſte ambulemus [Non offendit.] i. nõ inuenit quid ei noceat. Et hoc ideo [quia lucem huius mũdi videt.] i. lux iuſtitie in eo eſt. p̃s. Lux orta eſt iuſto ⁊ rectis corde letitia. quaſi dicat dñs. Nos ſecure poſſumus ire cum in die ambulemus.

¶ Si autem ambulauerit in nocte: offendit: q2 lux non eſt in eo.

¶ Scilicet inquantũ de facili multa ꝑicula inuenerit De qua nocte ꝑ̃ Theſ. 5. Qui dormiunt nocte dormiunt: ⁊ talis [offendit.] i. impingit [quia lux.] ſ. iuſtitie [nõ eſt in eo.] ¶ Alio mõ exponit quidã grecus. ſ. Theophilus ab illo loco [Siquis ambulauerit in die.] Dicẽs ꝙ dies eſt preſentia chriſti in mũdo. Nox võ eſt tempus poſt paſſionẽꝫ eius. Ut ſit ſenſus. Nõ eſt timendũ de iudeis: q2 q̃ꝫdiu ego ſuꝫ in mundo uobis nõ iminet periculũ: ſed mihi. Unde quãdo iudei eum capere uoluerunt. ī. 18. Dixit dominus turbis. Si ergo me queritis ſinite hos abire: ut impleretur ⁊c̃. Sed [in nocte.] i. in tp̃e poſt paſſionẽ: tũc timendũ eſt uobis ire in iudeam: q2 patiemini a iudeis ꝑſecutionem. Zach. 13. Percute paſtorem ⁊ diſpergent̃ oues ⁊c̃. ¶ Alio modo exponit Auguſtinus ſic. Ut per diem intelligat̃ chr̃s Supra. 9. Me oportet oꝑari opera eius qui miſit me donec dies eſt. Et q̃ꝫdiu ſum in mũdo lux ſuꝫ mundi. Huius ergo diei. 12. hore ſunt. 12. apoſtoli ſupra. 7. Nõne ego uos .12. elegi? Sed timẽdum eſt ualde qđ ſequitur. Et vnus ex uobis diabolus ẽ. Iudas ergo non erat hora huius diei: quia nõ lucebat. Sed dicendum ꝙ dominus hoc dixit: non habito reſpectu ad iudam: ſed ad ſucceſſorẽ eius. Mathiam. Eſt ergo ſenſus [Nõne .12. hore ⁊c̃.] q̃ſi diceret uos eſtis hore. Ego ſuꝫ dies. Sicut ergo hore cõſequunt̃ diem: ita ⁊ uos me debetis ſequi Unde ſi ego uolo ire in iudeã uos nõ debetis me precedere: nec mutare uolũtatẽ meam: ſed debetis me ſeq. Sĩle dicit̃ Petro Mat. 16. Uade retro poſt me ſathanas. i. nõ precedas me: ſed me ſequere uoluntatẽ meã imitãdo. [Siquis ambulauerit in die ⁊c̃.] quaſi diceret. Nõ debetis timere periculũ: q2 uos itis mecũ: qui ſum dies. Unde ſicut qui in die uadit nõ impigit. i. nõ offendit: ita nec uos qui mecũ itis. Rom̃. 9. Si deus pro nobis: quis ꝯtra nos? Et hoc ideo: q2 luceꝫ huius mũdi videt in me [Si autẽ ambulauerit in nocte.] i. in tenebris ignorantie ⁊ peccati [Tunc offendit.] Et hoc ideo [q2 lux] ſcilicet ſpiritualis [non eſt in eo.] Non quidẽ ex defectu lucis: ſed eorum rebellione. Iob. 22. Ipſi fuerunt rebelles lumini ⁊c̃.

Expõ Theophili.

Expõ Aug.

Hec ait: ⁊ poſt hec dicit eis. Lazar⁹ amicus noſter dormit: ſed uado ut a ſomno excitem eum.

Supra Prenunciauit domin⁹ ꝑpoſitũ de accedendo ad locum defuncti. Hic manifeſtat ꝑpoſituꝫ de defuncti ſuſcitatione. Et primo prenũciat ipſum ꝑpoſitum. Secũdo diſcipulorũ affectũ ibi [Dixit ei thomas ⁊c̃.] Propoſitũ auteꝫ prenunciat primo quaſi implicite ⁊ obſcure. Secũdo euãgeliſta oſtendit tarditatem intellectus diſcipuloꝝ ibi [Dixerunt ergo diſcipuli.] Tertio dominus ipſum ꝑpoſitũ denunciat manifeſte ibi [Tunc ergo dixit eis ieſus.] Dicit ergo [Hec ait. Et poſt hec dicit illis.] quaſi diceret his que ſupra poſita ſunt dictis. Poſtmoduꝫ dicit diſcipulis ſuis [Lazarus amic⁹ ⁊c̃.] Qđ quidem ſm Criſoſtomũ videt̃ facere ad ſecũdam rationẽ excludentẽ timorẽ diſcipuloꝝ. Nam ꝑma ꝑcedebat ex diſcipuloꝝ inocentia: q2 qui ambulat in die nõ offendit. Iſta ſumit̃ ex neceſſitate iminente quaſi neceſſarium ſit ire. ¶ Uñ circa hoc tria facit Primo cõmemorat priſtinã amicitiã defuncti dicens [Lazarus amicus noſter.] ¶ Amicus. ſ. ꝑpt multa beneficia ⁊ obſequia que nobis exhibuit. Et ideo nõ debem⁹ ei in neceſſitate deficere. Prouẽ. 12. Qui negligit damnũ ꝑpter amicũ fidelẽ. ¶ Secundo ponit neceſſitatis iſtantiã. Unde dicit [dormit.] Unde opꝫ ꝙ ei ſubueniat̃. Prouẽ. 17. frater in anguſtijs cõprobatur [Dormit] inq̃ꝫ (ut dicit Auguſtinus) dño: ſed mortuus erat hominibus: qui eum ſuſcitare non poterãt. ¶ Sciendum eſt enĩ ꝙ ſomnus accipit̃ multis modis. ¶ Qñq3 pro ſomno nature. ꝑmi Reg. 3. Dormiuit Samuel uſq3 mane. Et Iob. 11. Securus dormias ⁊c̃. ¶ Qñq3 pro ſomno mortis. ꝑ̃ Theſ. 4. Nolumus uos ignorare de dormientib⁹: ut non cõtriſtemini ⁊c̃. ¶ Qñq3 pro negligentia. p̃s. Ecce non dormitabit neq3 dormiet qui cuſtodit iſrael. ¶ Quandoq3 võ pro ſomno culpe. Ephe. 5. Exurge qui dormis ⁊ exurge a mortuis. ¶ Qñq3 pro quiete cõtemplatiõis. Cant. 2. Ego dormio: ⁊ cor meũ vigilat ⁊c̃. ¶ Qñq3 pro quiete future glorie. p̃s. In pace in idipſum dormiã ⁊ requieſcã. Mors autẽ dicit̃ ſomnus propter ſpem reſurrectionis. Et ideo mors conſueuit appellari dormitio ab eo tẽpore quo chr̃s mortuus eſt: ⁊ reſurrexit. p̃s. Ego dormiui ⁊c̃. ¶ Tertio oſtẽdit ſuã ad reſuſcitandũ efficaciã cum dicit [Sꝫ uado: ut a ſomno excitem eũ.] In quo dat itelligere ꝙ tãta facilitate excitabat eũ de ſepulchro quãta excitas dormientẽ in lecto. Nec mirũ: q2 ipſe eſt qui ſuſcitat mortuos: ⁊ viuificat. Supra. 5. Unde ipſe dicit ibidẽ. Uenit hora in qua oẽs qui in monumentis ſunt ⁊c̃. ¶ Tarditatem autẽ intellectus diſcipulorum ponit euangeliſta cum dicit.

Expõ Criſ.

Sõn⁹ accipit̃ multi modis.

Mors dicit̃ ſomn⁹ ꝑpt ſpem reſurrectionis.

Chr̃s tãta facilitate lazarũ de ſepulchro excitabat q̃ꝫ q̃s dormiẽtẽ a ſõno excitat̃.

¶ Dixerunt ergo diſcipuli eius. Domine ſi dormit ſaluus erit.

¶ Et primo ponit ſignũ tarditatis eorũ. ſ. ꝙ nõ reſponderunt ſm intentionem domini. Secũdo oſtẽditur eorum tarditas manifeſte ibi [Dixerat auteꝫ ieſus ⁊c̃.] ¶ Circa ꝑmum ſciendum eſt ꝙ id qđ dixerat dominus de ſomno mortis: iſti intellexerunt de ſomno nature. Et quia ſolet ſomnus egrotãtiũ ſalutis eẽ indicium. Ideo [diſcipuli dixerunt ſi dormit ſalu⁹ erit.] quaſi dicat hoc manifeſte ſalutis eſt ſignum. Ut per hoc ulterius cõcludant. Domine

Sõn⁹ egrotãtiũ ſolet ſalutis eẽ indiciuꝫ.

97

ſi dormit:non videtur utile eſſe ut tu uadas ad ex
citãdum eum.¶ Tarditatem aute in ipſam ſub-
dit dicens.

¶ Dixerat autem ieſus de morte eius:illi au-
tem putauerunt quia de dormitione ſomni
diceret.

¶ Quia rudes erant.Unde dñs dicit eis Mat.15.
Adhuc ꝛ uos ſine intellectu eſtis?De ſapiente vo
dicitur Prouer.p̊.Animaduertet parabolam ꝛ in
terpretationez uerba ſcilicet ꝛc̄.¶ Manifeſtat au-
tem dñs explicite ſuſcitandi ꝓpoſitum cū ſubdit.

¶ Tunc ergo ieſus dixit eis manifeſte.La-
zarus mortuus eſt:ꝛ gaudeo ꝓpter uos ut
credatis quoniam non eram ibi.Sed eam⁹
ad eum.

¶ Et primo annũciat eis laçari mortem qḋ perti-
net ad eius ſciẽtiam.Secũdo inſinuat ſuuz affectũ
circa eius mortem:qḋ pertinet ad eius ꝓuidentiaz
Tertio innuit ꝓpoſitum de eundo ad locum ubi
mortuus erat:quod pertinet ad eius clementiam.
¶ Mortem quidem prenunciat dicens manifeſte
[Laçarus mortuus eſt.]i.ſubijt legem cõmunem
mortis:quam nullus hominum ſubterfugere po-
teſt.pſal.Quis eſt homo qui viuit ꝛ non videbit
mortem?¶ Affectum autem ſuuz oſtẽdit circa ei⁹
mortem dicẽs[Et gaudeo ꝓpter uos ut credatis
ꝛc̄.]Qḋ põt dupliciter exponi.Uno mõ ſic.Nos
audiuimus infirmitatez laçari:ſed ego abſens an-
nuncio mortem eius.[Et gaudeo ꝓpter uos.]id-
eſt ꝓpter ueſtram utilitatem:ut ex hoc ſumentes
experimẽtuz diuinitatis mee:qꝛ in abſentia video
Heb.4.Omnia nuda ꝛ apta ſunt oculis eius.Nec
mirum:qꝛ ipſe eſt oĩbus pſens.Hiere.13.Celum ꝛ
terram ego impleo.[Ut credatis.]nõ ut de nouo
inciperẽt credere:ſed ut firmius robuſtiuſꝙ crede
rẽt ſm illud Luc.10.Credo dñe:adiuua meam in-
credulitatem.¶ Alio modo ſic[Gaudeo.]ſcilicet
ꝙ mortuus eſt.Et hoc[ꝓpter uos.]i.ꝓpter utilita
tem:ſcilicet[ut credatis.]Ideo inꝙ[gaudeo:quia
non eram ibi.]Nam ſi ibi fuiſſem nõ fuiſſet mortu
us:ſed qꝛ defunctus eſt maius apparebit miracu-
lum:cum reſuſcitabo defunctũ putreſcẽtem.Et ex
hoc uos magis corroborabimini in fide(Maius
eſt enim defunctum ſuſcitare ꝙ viuẽtem a morte p
ſeruare.)Ex quo datur intelligi ꝙ aliquando ma-
la ſunt ratio gaudij:inquãtum ordinat ad bonuz.
Rom̃.8.Diligẽtibus deum oĩa cooperãtur in bo-
num.¶ Propoſitum autem eundi innuit dicens.
[Sed eam⁹ad eũ ꝛc̄.]In quo oſtẽdit dei clemẽtia
inquãtum homines in peccatis exiſtẽtes ꝛ quaſi
mortuos per ſe ad eum accedere nõ ualentes miſe
ricorditer preueniendo attrahit:ſm illud Hiere.31.
In charitate perpetua dilexi te:ideo attraxi te ꝛc̄.

¶ Dixit ergo thomas qui dicitur didymus
ad condiſcipulos.Eamus ꝛ nos ꝛ moria-
mur cum eo.

¶ Hic ponitur diſcipulorum affectus.Qḋ poteſt
quidem dupliciter exponi.Uno modo ut impor-
tet affectum dubitãtis.Alio modo ut importet af-
fectum diligẽtis.¶ Et primo modo exponitur a
Criſoſtomo.Nam(ut ſupra dictuz eſt.)omnes di-
ſcipuli timebãt iudeos:ꝛ ſup alios Thomas.Naz
ante paſſionez infirmior erat alijs ꝛ infidelior:qui
tamen poſtea fortior factus eſt ꝛ irreprehẽſibilis:
qui ſolus orbem terrarum peꝛuit.Unde ex hac
dubietate[dicit ad cõdiſcipulos.Eamus ꝛ nos ꝛ
moriamur cũ illo.]quaſi dicat.Iſte nõ timet mor-
tem:penitus vult ire ſe ꝛ nos uolẽs tradere morti
¶ Secũdo modo exponit Auguſtinus.Thomas
enim ꝛ alij diſcipuli ita chriſtum amabãt:ut uel cũ
eo pſente viuere:uel cum eo mori uellent:ne poſt
mortem deſerti iterum incõſolati remanerent.Un-
de ex hoc affectu[Thomas dicit ad cõdiſcipulos
eamus ꝛ nos ꝛc̄.]quaſi dicat ire vult:periculum
mortis ei imminet.Nunquid ꝛ nos remanebimus
ut viuamus ꝛc̄?Abſit.Sz[eamus ꝛ moriamur cũ
illo.]2.Thim̃ 2.Si cõpatimur ꝛ conregnabimus.
2.Cor.5.Si vnus pro oĩbus mortuus eſt ꝛc̄.

Prima expõ. — Secũda expõ. — Expõ Criſ. Thomas an paſſioné erat alijs iſirmior ꝛ iſidelior:ſed poſt paſſioné fact⁹ fuit forti — or. — Expõ Aug.

Uenit itaqꝫ ieſus:ꝛ inuenit euz qua- LIIII.
tuor dies iam in monumento ha-
bentem.

Poſtquam prenunciauit defũcti ſuſci-
tationẽ.Hic deſcribit euãgeliſta reſuſcitationis or-
dinem.Et primo pmittit quedam pambula perti-
nentia ad alios.Secũdo proponit quedam que p
tinent ad affectum chriſti ibi[Ieſus autem vidit
eam plorantem ꝛc̄.]Tertio ſubdit ſuſcitationis ef-
fectum ibi[Ieſus ergo rurſuz fremẽs.]¶ Pream-
bula autem ad alios pertinẽtia primo pmittit quã
tum ad defuncti cõditionem.Secũdo quantum
ad iudeorum erga ſorores conſolationẽ ibi[Erat
autem bethania ꝛc̄.]Tertio quantum ad ſororuz
deuotionem ibi[Martha autem ut audiuit ꝛc̄.]
¶ Defuncti autem conditio deſcribit quantuz ad
tempus mortis:qꝛ quatriduanus.Unde dicit[Ue
nit itaqꝫ ieſus ꝛ inuenit eum quatuor dies haben-
tem.]Et quãtum ad locum:qꝛ in monumẽto.Ex
quo apparet ſm litteram(ut dictum eſt ſupra)ꝙ p
mus dies mortis fuit quãdo nunciata fuit ei infir
mitas.¶ Per hos autem quatuor dies ſm Augu
ſtinum ſignãtur quatuor dies quadruplicis mor
tis.¶ Unus dies eſt peccati originalis:qḋ homo
trahit de mortis ꝓpagine.Rom̃.5.Per vnum ho-
minem peccatum intrauit ꝛc̄.¶ Alij tres dies refe
runtur ad mortem peccati actualis.Nam quodli-
bet peccatum mortale quedam mors dicit.pſal.
Mors peccatorum peſſima.Et diuidunt ſm tranſ
greſſionem triplicis legis.Primo quidez legis na
ture:quam homines tranſgrediũtur.Et ſic eſt ſen
ſus dies mortis.Iſa.24.Tranſgreſſi ſunt legem:ꝛ
pactum ſempiternum ꝛc̄.i.legem nature.Secun-
do legis ſcripte:quam etiam homines tranſgredi
untur:ꝛ ſic eſt tertius dies.ſupra.7.Nõne moyſes
dedit uobis legem ꝛ nemo ꝛc.Tertio legis euãge
lij ꝛ gratie quam homines tranſgrediunt ꝛ ſic eſt
quartus dies ꝛ grauior ceteris.Heb.10.Irritaz q̃s
faciens legem moyſi ſine ulla miſeratione ꝛc̄.quã-
to magis putatis deteriora ꝛc̄.¶ Uel aliter pm⁹ Alia expõ.
dies eſt peccatum cordis.Iſa.p̊.Auferte malum co
gitationum ueſtrarum ꝛc̄.Secũdus dies eſt pecca
tuz oris.Ephe.4.Omnis ſermo malus de ore ue
ſtro non procedat.Tertius dies eſt peccatum ope-
ris.De quo Iſa.1.Quieſcite agere peruerſe.Quar
tus dies eſt peccatum peruerſe conſuetudinis.De
quo Hiere.13.Sic ꝛ uos poteritis bene facere cum
didiceritis male.Qualitercũꝙ tamen exponat do
minus quãdoꝙ ſanat mortuos quatuor dies ha
bentes.i.legem euãgelij tranſgredientes:ꝛ in con-
ſuetudine peccati detentos.¶ Uiſitantium autem

98

conditio deſcribit ꝛ quantum ad viſitādi oportunitatem: ꝛ quātum ad eoꝝ quātitatem. ¶ Quātū ad oportunitatē quidem: q2 locus defuncti erat ꝓpe hieroſolymam. Unde dicit.

¶ Erat autem bethania iuxta hieroſolymã quaſi ſtadijs quindecim. Multi autem ex iudeis venerant ad martham ꝛ mariam ut cōſolarentur eas de fratre ſuo.

Miliare hȝ 8. ſtadia. expō myſtica

¶ Quod erat fere miliaria duo. Nam miliare habet octo ſtadia. Et ſic facilis multis iudeorum a hieroſolymis patebat illuc acceſſus. ¶ Myſtice autem per bethaniam (que interpretatur domus obedientie: ꝛ hieruſalem viſio pacis.) datur intelligi ꝙ qui ſunt in ſtatu obedientie ſunt propinqui ad pacē vite eterne. ſupra. 10. Oues mee vocē meã audiūt: ꝛ ego vitā eternā do eis. Et dicit [quindecim ſtadijs.] q2 qui vult de bethania .i. de ſtatu obediētie ire in hieruſalē celeſtē: oportet ꝙ trāſeat ſtadia qndecim. Primo qdem .7. que pertinēt ad obſeruātiam veteris legis. (Nam ſeptenarius numerus ꝑtinet ad legem veterem: que diem ſeptimū ſanctificat.) Deinde vero octo .i. impletionē noui teſtamēti: ad quem pertinet numerus octonarius ꝓpter octauam reſurrectionis. ¶ Quantum vero ad quantitatem deſcribit: q2 multi. Unde dicit [Multi autem ex iudeis venerāt ad mariam ꝛ martham ut cōſolarent eas.] Quod quidem pietatis erat. Ro. 12. Gaudere cum gaudētibus oportet. Ecc. 7. Non deſis plorātibus in cōſolationem.

¶ Martha ergo, ut audiuit quia ieſus venit occurrit illi: maria autem domi ſedebat. Dixit ergo martha ad ieſum. Domine ſi fuiſſes hic frater meus non fuiſſet mortuus. Sed ꝛ nunc ſcio: quia quecunqȝ popoſceris a deo dabit tibi deus.

¶ Sorores autem deſcribit euāgeliſta. Primo quidem quātum ad martham. Secūdo vero quantū ad mariam ibi [Hec cū dixiſſet abijt ꝛc.] Martha autem deſcribit quātum ad tria. Primo quantum ad eius occurſum: quo chriſto obuiauit. Secūdo quātum ad deuotionis affectum: quem chriſto exhibuit. Et tertio quantum ad inſtructionis profectum: ad quē chriſtus eam erexit. ¶ Occurſus autem marthe deſcribit feſtinus: q2 [Martha ut audiuit quia ieſus venit occurrit illi.] abſqȝ more dilatione. [Venit] autem pn̄tis tēporis eſt: forte enim chriſto ꝓpe caſtrum exiſtēte: aliqs preceſſit ꝛ nunciauit marthe aduētum chriſti: quo audito ſtatim occurrit. ¶ Ratio autem quare martha primo audiuit ꝛ ſola occurrit eſt: q2 martha ſolicita erat. Unde dn̄s dicit Luc. 10. Martha martha ſolicita es ꝛc. Et ideo occupata circa diſpōnem negociorū diſcurrebat per domum ꝛ nūcianti facilius occurrit. Maria aūt ſedebat domi cum illis qui venerāt de hieroſolymis. Et ideo nō ita cito potuit ſibi indicari ſicut marthe. ¶ Ratio autem quare Martha nō ſtatim indicauit marie aſſignat a Criſoſtomo. Quia maria ſedebat cum iudeis: ꝛ martha ſciebat ꝙ iudei ꝑſequebant chriſtum: ꝛ iam cōſpirauerāt in eius mortem. Et ideo timēs ne ſi nunciaret ei: ꝛ illa iuiſſet in occurſum chriſti: iuiſſent cū ea. Propter hoc ergo ſibi nūciare noluit. ¶ Sed ſi iudei cōſpirauerāt cōtra chriſtum: quomō viſitabāt laçarum ꝛ ſorores ſuas: qui chriſti familiares erāt ꝛ quaſi diſcipuli? ¶ Ad quod reſpōdet Criſoſtomus

Dubitatio.

Solutio Cri.

ꝙ hoc faciebāt ꝓpter neceſſitatis calamitatem: ꝛ ꝓpter nobilitatem harum mulierū: quas ſpreto ꝓncipum mādato cōſolabant. Uel q2 hi qui aderant nō mali erāt: ſed bene ſe habebāt ad chriſtū (Multi enim ex populo credebāt.) ¶ Myſtice aūt ſignatur per hoc ꝙ vita actiua que ſignatur per marthã que occurrit chriſto ad exhibēdum obſequij bn̄ficium membris eius. Uita aūt cōtēplatiua que ꝑ mariam ſignatur: que domi ſedet quieti contēplationis ꝛ pietati conſcientie vacans. Prouer. 8. Intrās in domum meam cōquieſcam cum illa. ¶ Affectus autem deuotionis in Martha oſtenditur precipuus. Unde dicit [Dixit martha ad ieſum. Dn̄e ſi fuiſſes hic frater meus nō fuiſſet mortuus.] ¶ Ubi duo chriſto deuote ꝓponit. Unum qd̄ reſpicit ad preteritum. Et aliud qd̄ reſpicit ad futurū. ¶ Ad preteritum quidem reſpicit qd̄ dicit [Dn̄e ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus.] (Credebat enim ꝙ preſente chriſto mors locum nō haberet: cum vidiſſet mulierē ad ſolum tactum fimbrie ieſu ſanatam. Mat. 14.) Et quidē rōnabiliter mouebatur. Nam vita cōtrariatur morti. Chriſtus autē vita eſt: ꝛ lignum vite. Prouer. 3. Lignum vite eſt his ꝛc. Si ergo lignum vite poterat ꝑſeruare a morte multo magis Chriſtus. Nihilominus tamen imperfectam habebat fidem extimās chriſtū minus poſſe abſentem ꝙ̄ preſentē. Unde dicebat [Dn̄e ſi fuiſſes hic ꝛc.] Quod quidem de virtute limitata ꝛ creata dici pōt: ſed de virtute infinita ꝛ increata que deus eſt nō eſt dicēdum: q2 equaliter ſe habet ad preſentia ꝛ abſentia: immo ſibi oīa ſunt preſentia. Hiē. 20. Putas ne deus evicino ego ſum ꝛc. ¶ Ad futurum autem reſpicit hoc qd̄ ſubdit [Sed ꝛ nūc ſcio: oīa quecūqȝ popoſceris a deo ꝛc.] In quo quidem lȝ aliquo modo verum dixerit (Nam chriſto ſm ꝙ hō pertinebat a deo petere. Unde ꝛ frequēter oraſſe legit. Et ſupra. 9. dicit. Siquis dei cultor eſt ꝛc.) Tamē minus dixit. Nam per hec verba arbitrari videt chriſtum ſicut vnum ſanctū hominē qui preteritā mortem orādo poſſet excludere: ſicut Heliſeus orādo mortuum ſuſcitauit. ¶ Profectus autem ponitur cum addit.

¶ Dicit illi ieſus. Reſurget frater tuus.

¶ Quia enim adhuc imꝑfecte cognoſcebat: ideo dn̄s ad altiora eam inſtruēdo prouehit. Et primo prenunciat fratris reſurrectionem. Secūdo oſtendit reſuſcitationis poteſtatem ibi [Ego ſum reſurrectio ꝛ vita ꝛc.] ¶ Circa primum duo facit. Primo prenūciat futurum miraculū. Secūdo ponitur intellectus marthe de reſuſcitatione ibi [Dicit ei martha ꝛc.] ¶ Miraculum aūt qd̄ futurum dn̄s prenūciat eſt reſuſcitatio laçari. Unde dicit [Reſurget frater tuus.] Iſa. 26. Uiuēt ꝛ mortui tui reſurgent. ¶ Sciēdum eſt autem chriſtum tres mortuos ſuſcitaſſe. Puellam archiſynagogi (ut habet Matth. 9.) Filium vidue qui efferebat extra portā (ut habetur Luc. 10.) Et laçarum quatuor dies habētē in monumēto. Sed puellā quidē in domo. Iuuenem extra portā. Laçarum in monumēto. Itē puellam paucis arbitris ſecū habēs: patrem videlicet ꝛ matrem puelle: ꝛ tres ex diſcipulis ſuis: Petrum ſ. Jacobum: ꝛ Joānem. Iuuenē vero magna turba ꝑſente. Sed laçarum aſſiſtēte multitudine ꝛ cū gemitu. Nam per hos tres ſuſcitatos tria genera peccatoꝝ intelliguntur. ¶ Quidam enim peccāt per cō

Chrs. 3. mortuos ſuſcitauit

Mortui. 3. q̄s dn̄s ſuſcitauit

Qui vita gr̄a peccātū

ſenſum peccati mortalis in corde. Et illi ſignātur per puellaꝫ mortuā in domo. ¶ Alij vō ſunt qui per exteriora ſigna ꝛ actus peccāt. Et ſignātur per mortuū qui effert extra portam: ſed quādo per cō ſuetudinē in peccato firmant: tunc claudit in monumento. Et tn̄ dn̄s omnes reſuſcitat. Sed illi qui per cōſenſuꝫ ſolū peccāt ꝛ mortaliter peccādo moriunt: facilius ſuſcitant. Et qꝛ ſecretū eſt: ideo ſecreta emēdatione curat. Quādo aūt peccatum procedit extra: tūc publico indiget remedio. ¶ Intellectus aūt marthe de reſuſcitatione ꝓmiſſa ponitur cum dicit.

¶ Dicit ei martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectione in nouiſſimo die.

¶ Non enim auditum eſt a ſeculo ꝙ quis quatriduanum fetētem in monumēto reſuſcitauerit. Et ideo non poterat cadere in corde marthe ꝙ ſtatī eum ſuſcitaret a mortuis: ſed credebat hoc in cō muni reſurrectione futurum. Unde dicit [Scio.] i. certiſſime teneo [ꝙ reſurget in nouiſſimo die ꝛc̄.] Supra. 5. Ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Dicit ei ieſus. Ego ſum reſurrectio ꝛ vita.

¶ Dn̄s martham ad altiora eleuās primo oſtendit virtutem ꝛ poteſtatem ſuam. Secūdo ſubdit poteſtatis ſue effectum ibi [Qui credit in me ꝛc̄.] Tertio expoſcit fidem ibi [Credis hoc?] ¶ Poteſtas autem ſua eſt viuificatiua. Unde dicit [Ego ſuꝫ reſurrectio ꝛ vita.] quaſi diceret marthe: credis ꝙ frater tuus reſurgat in nouiſſimo die? Totum autem hoc ꝙ hoīes reſurgēt erit mea v̄tute. Et ideo ego cuius virtute tunc oēs reſurgēt poſſum etiam fratrem tuū ſuſcitare in p̄ñtia. Dicit auteꝫ duo. ſcilicet ꝙ eſt [reſurrectio] ꝛ ꝙ eſt [vita.] ¶ Sciēduꝫ eſt enī ꝙ effectum vite aliqui ꝑticipare indigēt. Quidam quidē: qꝛ vitā amiſerūt. Quidam vō: nō qꝛ ipſam amiſerūt: ſed ut habita cōſeruet. Sic ergo quātuꝫ ad primum dicit [Ego ſuꝫ reſurrectio.] qua qui vitam per mortē amiſerūt: reparant. Quātum ad ſecūdū dicit [ꝛ vita.] qua ſcilicet viuentes ꝯſeruātur. ¶ Sciēdum eſt aūt ꝙ hoc qd̄ dicit [Ego ſum reſurrectio.] eſt locutio cauſalis: quaſi dicat. Ego ſū reſurrectionis cauſa. Hic auteꝫ locutionis modus in illis tm̄ fieri cōſueuit qui ſunt cauſa alicuius rei. Chriſtus autem eſt tota cauſa reſurrectionis nr̄e: tam aīarum q̄ꝫ corporum. Et ideo hoc qd̄ dicit. [Ego ſum reſurrectio.] eſt cauſalis locutio. quaſi dicat. Totum hoc ꝙ reſurgēt in animab⁹ ꝛ in corporibus per me erit. prime Cor. 15. Quoniaꝫ quidem per hoīem mors: ꝛ per hominem reſurrectio mortuoꝝ. Hoc inq̄ꝫ ꝙ [ſum reſurrectio.] eſt mihi ꝑ hoc ꝙ ſum [vita.] Nam vite eſt ꝙ aliqui reparētur ad vitam: ſicut ignis eſt ꝙ aliqd extinctum reignitur. ſupra. 1. In chriſto vita erat: ꝛ vita erat lux hominum. ¶ Affectus autem poteſtati reſpōdet. vnde dicit.

¶ Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet: ꝛ omnis q viuit ꝛ credit in me nō morietur in eternum.

¶ Primo ergo agit de effectu qui rn̄det prime poteſtati. Secūdo de effectu qui reſpondet ſecunde. ¶ Primum autem qd̄ de poteſtate ſua dixerat eſt ꝙ ipſe ſit reſurrectio. Et huic reſpōdet effectus ꝙ ipſe mortuos viuificat. Et quantum ad hoc dicit. [Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet.] Cuius quidem cauſa eſt. Quia ego ſum reſurrectionis cauſa: cuius cauſe effectum aliqs cōſequit credendo in me. Unde dicit [Qui credit in me viuet: etiam ſi mortuus fuerit ꝛc̄.] Naꝫ per hoc ꝙ credit habet me in ſe. Eph. 3. Habitare chriſtum per fidē in cordibus veſtris. Qui autem habet me: habet reſurrectionis cauſam. Ergo [qui credit in me viuet.] Qd̄ aūt per fidem aliqui reſurgāt habet ſupra. 5. Uenit hora ꝛ nunc eſt quādo mortui audiēt vocem filij dei: ꝛ qui audierint viuēt. vita. ſ. ſpirituali reſurgētes de morte culpe: ꝛ etiam vita naturali reſurgētes de morte pene. ¶ Secūdum autē qd̄ de poteſtate ſua dixerat eſt ꝙ ipſe ſit vita. Et huic reſpōdet effectus preſeruationis in vita. Unde dicit. [Et omnis qui viuit ꝛc̄.] vita iuſtitie. De qua Abac. 2. Iuſtus meus ex fide viuit. [Non morief in eternum.] i. morte eterna: ſed habebit vitaꝫ eternā ſupra. 6. Hec eſt volūtas patris mei: ut omnis qui viuit ꝛc̄. Et hoc non eſt intelligēdum quin moriatur ad tempus morte carnis: ſed ꝙ aliquando ſic morief ut tamen reſuſcitatus viuet in eternum in anima donec reſurgat caro nunq̄ꝫ poſtea moritura. Unde ſubdit ibidem ſupra. 6. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. ¶ Expoſcit autem fidē ut eam perficiat. Unde dicit.

¶ Credis hoc? Ait illi. Utiqꝫ domine. Ego credidi quia tu es chriſtus filius dei viui qui in hunc mundum veniſti.

¶ Et primo ponit queſtio domini dicētis [Credis hoc?] Non interrogat dn̄s quaſi ignorans: ſed ſciens fidem eius: quippe qui ipſam fidem ſibi inſuderat. (Credere enim a deo eſt.) Querit autem ut fidem quam habebat in corde confiteat ore. Ro. 10. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Secūdo ponitur reſponſio mulieris cū dicit [Ait illi. Utiqꝫ domine ego credidi ꝛc̄.] Que quidem reſponſio impertinens videt ad ea que dn̄s dixerat. Dixit enim. Ego ſum reſurrectio ꝛ vita. ꝛ poſtea queſiuit utrum hoc crederet. Mulier autem non reſpōdit. Credo ꝙ tu es reſurrectio ꝛ vita. Sed [Ego credidi: qꝛ tu es chriſt⁹ ꝛc̄.] Qd̄ quidem dupliciter exponitur. ¶ Criſoſtom⁹ eniꝫ dicit ꝙ hec mulier nō intelligens alta verba domini quaſi ſtupefacta rn̄dit dicens. Domine ego nō intelligo hoc qd̄ dicis. ſ. ꝙ tu es reſurrectio ꝛ vita ſed hec [credidi: quia tu es chriſt⁹ filius dei viui.] ¶ Auguſtinus vō dicit ꝙ mulier reſpōdit hoc ideo qꝛ hoc qd̄ dicit eſt ratio omnium premiſſorum a dn̄o: quaſi diceret. Quicqd dicis de poteſtate tua ꝛ effectu ſalutis totum credo. Quia ego credo ꝙ plus eſt: ꝛ radix omnium. ſ. [quia tu es chriſtus filius dei viui.] Hec autem confeſſio marthe ꝑfecta eſt. Cōfitetur enim chriſti dignitatem: naturam: ꝛ diſpēſationem. ſ. incarnationis. ¶ Dignitatem quidem ꝛ regiam: ꝛ ſacerdotalem. Et hoc cum dicit. [Tu es chriſtus.] (Chriſtus enim grece latine dicitur vnctus.) Inungunt autem reges ꝛ ſacerdotes. Eſt ergo chriſtus rex ꝛ ſacerdos. Uñ angelus Luce. 2. Natus eſt nobis hodie ſaluator qui eſt chriſtus dn̄s ꝛc̄. Et vere ipſe eſt ſingulariter chriſt⁹: qꝛ alij vngunt oleo viſibili. Iſte vō oleo inuiſibili: ſcilicet ſpū ſancto. ꝛ ceteris alijs abūdātius. pſal. Unxit te deus deus tuus oleo letitie pre cōſortib⁹ tuis. Ideo pre cōſortibus. Quia (ut dicit ſupra. 3.) Nō ad mēſuram dat ei deus ſpūm. ¶ Naturā aūt

Expō Criſ.

Expō Aug.

Chrs grece: latine vnctus. Reges ꝛ ſacerdotes inungūt

in chriſto cõfitet̃ diuinam patri equalem. Unde dicit [filius dei viui zc̃.] Nam ex hoc ꝙ ſingulariter uocat eum filiuz dei viui. ueritatẽ filiationis annũciat. Non aũt eſt uerus dei filius niſi ſit patri cõnaturalis. Unde de chriſto dicit̃ pme Jo ultimo. Ut ſimus in uero filio eius chriſto. Hic eſt uerus deus zc̃. ¶ Diſpẽſationis autem myſteriũ cõfitetur cum dicit [Qui in hũc mũdum uenisti.] ſ. carnẽ aſſumẽs Simile cõfitet̃ petrus Mat. 16. Tu es chriſtus fili⁹ dei viui. Infra 16. Exiui a patre z ueni in mundum

LE. V.

Et cum hec dixiſſet: abijt z uocauit mariam ſororem ſuam ſilentio dicens. Magiſter adeſt: z uocat te

Poſtq̃ Euãgeliſta pmiſit cõditões ſoroꝝ q̃tũ ad marthã. Hic deſcribit eas quãtum ad mariam. Et pmo deſcribit uocationẽ marie. Secũdo occurſuz eius ad chriſtũ ibi [Illa ut audiuit.] Tertio ei⁹ deuotionem quã exhibuit chriſto ibi [Maria ergo cum ueniſſet zc̃.] Uocat̃ aũt maria per martham: que cõſolata z inſtructa per chriſtũ volẽs ſororez ſuam eẽ tãte cõſolationis exptẽ [Cum dixiſſet.] vba pdicta cum dñõ [abijt] ſtatim. [z uocauit mariam zc̃.] Ubi q̃dem duo dubitãda occurrũt. pmo de hoc qd̃ dicit̃ [ſilẽtio.] ¶ Nam ſilẽtiũ nihil aliud eſt q̃ꝫ priuatio locutionis uel ſoni. Nõ ergo eam ſilẽtio uocare potuiſſet. ¶ Rñſio dicendum ſcdm Auguſtinũ ꝙ ſilẽtium ſuppſſam uocẽ nũcupauit: quaſi dicat uocauit eam ſubmiſſe: ſcdm illud Ecc̃. 9. Uerba ſapiẽtum audiunt̃ in ſilẽtio. Ideo aũt eam ſilenter uocat: q2 multitudo iudeoꝝ erat cum ea (ut dictum eſt) z forte erãt inter eos aliqui qui nõ diligerẽt chriſtum qui uel recederẽt: uel hoc audito mariã ſequerent̃.

Prĩa dubõ. Silẽtiũ eſt priuatio locutionis uel ſoni. ſcdm Aug.

Expõ myſtica

¶ Myſtice aũt per hoc dat̃ intelligi ꝙ ad chriſtũ quis uocat exteriori uoce tm̃: ſed efficacius ſilẽter. Uñ dicit̃ Iſa. 30. In ſilẽtio z ſpe erit fortitudo ueſtra.

Scda dubõ.

¶ Scdõ dubitat̃ de hoc qd̃ dic̃. [Magiſter adeſt: z uocat te.] Uidet̃ falſum dixiſſe. Non enim dixit dñs marthe ꝙ uocaret mariam.

Rñſio Aug.

¶ Rñ⁹ dicit Auguſtinus ꝙ euãgeliſta cauſa breuitatis dat intelligere ꝙ in ſua narratione intermiſerat. Nam forte dñs dixit marthe ꝙ eam uocaret.

Rñſio alioꝝ.

¶ Alij aũt dicũt ꝙ martha ipſam pñtiam uocationem reputauit: quaſi diceret. Inexcuſabile eſt ut eo pñte tu non exeas obuiam ipſi. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Illa ut audiuit ſurrexit cito: z uenit ad euz.

¶ Ponit̃ occurſus marie. Et circa hoc duo fac̃. Primo ponit̃ pmptitudo marie ad occurrẽdum. Secũdo locus in quo ei occurrit ibi [Nõdum enim.] Tertio comitiua que eam ſequit̃ ibi [Iudei ergo qui erãt zc̃.] ¶ Promptitudo aũt marie ad occurrẽdum deſcribit̃: q2 non diſtulit ppter luctum: nõ tardauit ppter aſtãtes: ſed ſtatim [ut audiuit ſurrexit cito.] de domo in qua erat. [z uenit ad euz.] ſ. ieſum. Ex quo patet ꝙ nõ illam puenıſſet martha ſi ei a pncipio notus fuiſſet aduẽtus ieſu. Dat̃ etiaz p hoc nobis exẽplum nõ tardãdi cum uocamur ad chriſtũ. Ecc̃. 5. Ne tardes cõuerti ad dñm zc̃. Iſaie 50. Audiam eum quaſi magiſtrũ. ¶ Locus autem ubi maria chriſto occurrit eſt idẽ illi ubi martha cũ chriſto locuta fuerat. Unde dicit.

¶ Nondum enim uenerat ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei martha.

¶ Qd̃ ideo ponit euãgeliſta ne credat̃ ſuperfluus occurſus marie: cuz chriſtus potuerit adeo cito in caſtellũ uenire: ſicut z martha. Ideo aũt chriſt⁹ in illo loco remãſit: ut non videat̃ ſeipm ingerere miraculo: ſed dum rogatus z inductus miraculũ operat̃ ꝯfuſcat̃: ipſum mortuũ eſſe: z miraculũ nullam calũniã patiat̃. Dat̃ etiam per hoc intelligi ꝙ cum uolumus chriſto frui eum uenientem anticipemus: nõ expectãtes ꝙ ipſe nobis cõdeſcẽdat: ſed ut ipſi potius ꝯdeſcẽdamus ad eum. Hiere. 15. Ipſi ꝯuertent̃ ad te z tu non cõuerteris ad eos. ¶ Comitiua autem que ſequitur mariam deſcribit̃ cũ dicit.

¶ Iudei ergo qui erant cuz ea in domo z cõſolabantur eam: cum vidiſſent mariam quia cito ſurrexit z exijt: ſecuti ſunt eam dicentes. Quia uadit ad monumentum ut ploret ibi.

¶ Cauſam aũt quare eam ſequebant̃ ponit dicens [Quia uadit ad monumẽtum ut ploret ibi.] Credebãt enĩ ꝙ ex impetu doloris hoc faceret. (Nõ enim audierãt vba que martha dixerat Marie.) In quo quidẽ iudei cõmendandi ſunt q2 (ut dicit Ecc̃. 7.) Nõ deſis plorãtibus in cõſolationẽ. Nihilominus diuina pvidẽtia factum eſt: ut eam ſequerent̃: ut cum plures eẽnt ibi: cum laʒarus ſuſcitatus eſt: tam grãde miraculũ quatriduani reſurgẽtis teſtes plurimos inueniret (ut dicit Aug⁹.) ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Maria ergo cum ueniſſet ubi erat ieſus: videns eum cecidit ad pedes eius.

¶ Cõmẽdatur deuotio marie ad ieſum. Et primo deuotio quam exhibuit facto. Secundo deuotio quam exhibuit uerbo ibi [Dñe ſi fuiſſes hic.] Circa primum nota in maria ſecuritatem z humilitatẽ. ¶ Securitatẽ q̃dem: q2 cõtra mãdatum principũ ꝙ nullus cõfiteret̃ chriſtum: nõ uerecũdat̃ turbaz: nec ſuſpitionem iudeoꝝ de chriſto uerẽt: cum aliq̃ inimicoꝝ chriſti intereſſent: ad chriſtũ currit. Prouer. 28. Iuſtus quaſi leo cõfidẽs zc̃. ¶ Humilitatẽ aũt: q2 [cecidit ad pedes eius.] qd̃ non de martha legit̃ pme Petri. 5. Humiliamini ſub potẽti manu dei zc̃. pſal. Adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes eius. ¶ Uerbo aũt deuotionẽ exhibuit cum dixit ei.

¶ Et dixit ei. Domine ſi fuiſſes hic non eſſet mortuus frater meus.

¶ Credebat enim eum eẽ vitã: z ubi ipſe eẽt mors locum nõ haberet. pme Coꝛ. 6. Nõ eſt ꝯuẽtio lucis ad tenebras. quaſi dicat. Dum nobiſcũ preſens fuiſti (ut Auguſtinus dicit) nõ morb⁹: nõ infirmitas aliq̃ apparere auſa eſt apd̃ quos vita nouerat hoſpitari. O infidelis cõuẽtio te adhuc poſito in ſeculo laʒarus amicus tuus mortuus eſt. Si amicus moriẽt̃: inimicus q̃d patiet̃? ¶ Cõñter cum dicit.

¶ Ieſus ergo ut vidit eam plorantem z iudeos qui uenerant cum ea plorantes: infremuit ſpiritu z turbauit ſeipſum.

¶ Ponunt̃ ea que ꝑtinẽt ad affectũ chriſti. Chriſt⁹ enim nõ rñdet eadem marie que rñdit marthe: ſz ppter aſtãtem turbam nihil loquit̃ factis demonſtrãs ſuam virtutẽ. Primo ergo ponit̃ affect⁹ chriſti oſtenſus marie. Secũdo ſubdit̃ diſceptatio de chriſti affectu ibi [Dixerãt ergo iudei. Ecce.] Circa primũ tria facit. Primo ponit̃ affectus chriſti quez in corde habuit. Secũdo quomõ eum vbis expſ-

ſit ibi[Et dixit ubi rc.]Tertio quomodo cum la
chrymis demonſtrauit ibi[Et lachrymatus eſt.]
¶ Dicit ergo quātum ad pmum[Jeſus ergo ut
Chrs erat ue r° de° r uerus hō: iō ubiqꝫ i factis fere ſu is hūana le gūt diuīs mix ta: r diuīa hu mana.
vidit eam plorātem.]¶ Ubi notādum eſt chriſtū
uerum deum eſſe: r uerum hoiem. Et ideo ubiqꝫ
fere i factis ſuis mixta legunt hūana diuis: r diuīa
hūanis: r ſic qñqꝫ ponit aliqd humanū de chrō:
ſtatim addit aliqd diuinum. Nihil enim infirmius
de chriſto legimus q̄ eius paſſionem r tamen eo
in cruce pendēte diuina facta patēt: qꝫ ſol obſcura
tur: petre ſcindunt: corpora ſctoꝝ qui dormierāt
reſurgūt. In natiuitate etiam r eo iacente in preſe
pio ſydus de celo fulget: angelus laudes cecinit.
Magi r reges munera offerūt. Simile autem ha-
bemus in hoc loco. Nam chriſtus ſꝫ humanitatis
affectum aliqd infirmum patit: turbationem quā
dam de morte laʒari cōcipiens. Unde dicit[Infre
muit ſpiritu r turbauit ſemetipſum.]Circa quam
qdem turbationem primo quidem attēde pietatē
Secūdo diſcretionem. Tertio poteſtatem. ¶ Pie-
Juſte tūc tur bat qñ eſt ex a lioꝝ triſticia r malo turbat.
tatem quidem ex cauſa que eſt iuſta. Tūc enim iu-
ſte turbat ſi ex aliorūꝫ triſtitia r malo turbetur. Et
quātum ad hoc dicit[Ut vidit eam plorātē.]Ro.
12. Gaudere cum gaudētibus r flere cum flentib⁹
¶ Diſcretionem autem: qꝛ ſm iudicium rōnis tur
batur. Unde dicit[Fremuit ſpiritu.]quaſi iudiciūꝫ
rōnis ſeruans. In turbatione eniꝫ ſpūs dicit mēs
uel ratio: ſm illud Eph.4. Renouamini ſpū mētis
ueſtre. Quādoqꝫ auteꝫ cōtingit qꝫ huiuſmodi paſ
ſiones ſenſitiue partis nec fiant ſpū: nec ſeruāt mo
deramen rōnis: quin potius magis ipſam pertur
bāt: qđ quidem in ipſo non fuit: qꝛ[ut fremuit ſpi
Queſtio.
ritu.]¶ Sed qd ſignificat fremitus chriſti? Uidet
qꝫ ſignificet iram. Prouer.19. Sicut fremit⁹ leonis:
ita r ira regis. Item videt qꝫ ſignificet indignatio-
nem: ſm illud pſal. Dētibus ſuis fremet r tabeſcet
Reſponſio
¶ Rñ° dicendū qꝫ hic fremitus in chriſto irā quā
dam r indignationē cordis ſignificat. Omnis au
tem ira r indignatio ex aliquo dolore r triſtitia cā
tur. Duo autem hic ſuberāt. Unum de quo chriſt⁹
turbat qꝫ erat mors homini inflicta ꝑpter pecca-
tum. Aliud autem de quo indignabat erat ſeuitia
mortis r diaboli. Unde ſicut quādo aliqs vult re
pellere hoſtem dolet de malis illatis ab ipſo: r in-
dignat ad aiaduertēdum in eum: ita r chriſt⁹ dolu
it r indignatus eſt. ¶ Poteſtatem aūt: qꝛ ipſe ſuo
imperio turbauit ſemetipſum. Nam huiuſmodi q-
dem paſſiones aliquādo inſurgūt ex cauſa indebi
ta: ſicut cum aliqs de malis gaudet r de bonis tri-
ſtat. Prouer.1. Qui letant cum male fecerint rc. Et
hoc non fuit in chriſto. Unde dicit[Ut vidit eam
plorātem rc.]Aliquādo inſurgūt ex aliqua cauſa
bona: non tamē rōne moderant. Et ꝑpter hoc di
cit[infremuit ſpiritu.]Aliquādo aūt eſti moderen
tur ab aliquo: preueniūt tamen iudicium rōnis: cu
iuſmodi ſunt ſubiti motus. Qđ qdem in chrō nō
fuit: qꝛ ois motus appetitus ſenſitiui fuit in eo ſꝫ
modūꝫ r imperium rōnis. Et ideo dicit[turbauit ſe
metipſum.]q.d. iudicio rōnis hanc ſibi triſtitiaꝫ aſ
Dubitatio.
ſumpſit. ¶ Sed ꝯtra eſt qđ dicit Iſa.42. Nō erit
Reſponſio.
triſtis nec turbulētus. ¶ Rñ° dicendum qꝫ hoc in-
telligit de triſtitia ꝑueniēte r imoderata. ¶ Uolu
Chrs uoluit ſe turbare r tri ſtari tplici cā.
it etiam chriſtus ſe turbare r triſtari ex triplici cā.
Primo qdem ad ꝓbandū cōditionem r ueritateꝫ
humane nature. ¶ Secūdo ut dum triſtai r cohi
bet ſeipſum doceat modum ſeruādum eſſe in tri-
ſtitijs. Stoici enim dixerūt qꝫ nullus ſapiēs triſtat.
Stoici dixe- rūt qꝫ nullo ſa piēs triſtatur.
Sed ualde inhumanū eſſe videt qꝫ aliqs de morte
alicuius non triſtet. Aliqui aūt ſunt qui in triſtitijs
de malo amicoꝝ nimis excedūt. Sed dñs triſtari
uoluit: ut ſignificet tibi qꝫ aliquādo debeas cōtri-
ſtari: qđ eſt ꝯtra ſtoicos. Et modū in triſtitia tenu-
it: qđ eſt ꝯtra ſcōos. Uñ Apls pme Theſ.4. No-
lumus uos ignorare de dormiētibus: ut non ꝯtri
ſtemini: ſicut ceteri qui ſpem nō hñt. Ecc.32. Sup
mortuū plora qꝛ defecit lux eius. Et poſtea ſubdit
Modicū plora rc. ¶ Tertia rō eſt: ut inſinuet qꝫ
nos pro mortuis corꝑaliter triſtari r plorare debe
mus: ſm illud pſal. Afflictus ſum r humiliat⁹ ſum
nimis. ¶ Cōſequēter dñs affectum ſui cordis uer
bis demonſtrat. Unde dicit.

¶ Et dixit. Ubi poſuiſtis eum? Dicūt ei. Do
mine ueni r vide.

¶ Sed ꝯtra. Nunqd dñs locuꝫ ubi poſit⁹ erat igno
Dubitatio.
rabat? Uidet qꝫ nō. Nam ſicut v̄tute diuinitatis ab
ſens ſciuit mortē eius: ita ſciuit etiā locū ſepulchri.
Quare ergo querit ex quo ſciuit? ¶ Rñſio dicēdū
Reſponſio.
qꝫ nō ut ignorās interrogat: ſed dū a ꝑplō ſibi ſe
pulchrū oſtēdi vult eos ꝯſiteri laʒarū mortuū r ſe
pultū. Et ſic miraculū ab oium ſuſpitione eripiat.
¶ Sūt ad hoc etiā due rōnes myſtice. Una eſt: qꝛ
Rōes myſtice
qui interrogat videt neſcire ea de qbus interro-
gat. Per laʒarū aūt in monumēto ſignāt mortui in
pctis. Oſtēdit ergo dñs ſe ignorare locum laʒari:
dās per hoc itelligē qꝫ q̄ſi neſciat pctōres: ſm illđ
Mat.7. Nō noui uos. r Gen.3. Adā ubi es? ¶ Alia
rō eſt: qꝫ qꝛ aliqs a pctō reſurgāt ad ſtatū iuſtitie di
uine: eſt ex ꝓfundo ꝑdeſtinationis diuine: qđ qui
dē ꝓfundū hoies ignorāt. Ro.11. Quis cognouit
ſenſum aut qs ꝯſiliari⁹ eius fuit? Et Hiere.23. Quis
enim affuit in ꝯſilio dñi r vidit rc. Et iō dñs hoc
inuēs ad modū neſciētis ſe habuit: cuꝫ r ipſi hoc
neſciamus. Sic ergo ponit dñi īterrogatio. ¶ Et
ſequit populi reſpōſio. Unde dicit[Dicunt ei. Do-
mine ueni r vide.] [Ueni]miſerādo.[vide] conſi-
derando. pſal. Uide humilitatem meam r laboreꝫ
meum rc. ¶ Conſequenter dñs affectum ſuuꝫ la-
chrymis demonſtrat. Unde ſubdit.

¶ Et lachrymatus eſt ieſus.

¶ Que quidem lachryme nō erant ex neceſſitate:
ſed ex pietate r cauſa.(Fons enim pietatis erat.)
Et ideo flebat: ut oſtēdat non eſſe rep̄henſibile ſi
Chrs fleuit ex pietate: fle uit ēt ex cā: ut oſtēdat hoieꝫ ꝑ peccm̄ fleti bus indigere
aliqs ploret ex pietate. Ecc.38. Fili ſuper mortuum
ꝓduc lachrymas. Fleuit ex cauſa: ut doceret homi
nem propter peccatum fletibus indigere: ſm illđ
pſal. Laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingu
las noctes lectum meum. ¶ Conſequēter cū dicit

¶ Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat eū.

¶ Ponit ergo euāgeliſta diſceptationeꝫ de affectu
chriſti. Et primo inducit quoſdam admirātes chri
ſti affectum. Secundo quoſdam ut dubium reuo
cantes miraculum prius factum ibi[Quidam aūt
ex ipſis rc. ¶ Admirātes autem miraculi chriſti
inducit euāgeliſta per modum concluſionis cum
dicit[Dixerūt ergo iudei.]oſtēſis. ſ. ſignis affectus
chriſti: tam uerbis q̄ lachrymis.[Ecce quomodo
amabat eum.]Nam amor maxime in triſtitijs ho
Amor maxie i triſtitijs hoi um manifeſtat expō myſtice
minum manifeſtatur. Ecc.4. In triſtitia amicus co-
gnitus eſt. ¶ Myſtice autem per hoc datur intelli
gi qꝫ deus hoies etiam in peccatis amat: niſi enim
eos amaſſet non utiqꝫ diceret: Non ueni uocare iu

Ros:ſed peccatores ad penitentiã. Mat.9. Unde Hiere.31. In charitate perpetua dilexi te:ideo attraxi te mihi miſerans.

℄ Quidam autem ex ipſis dixerunt: Nõ poterat hic qui aperuit oculos ceci nati facere ut hic non moreretur.

℄ Uertentes autem in dubiũ miraculum factum erant ex inuidia ieſu. Unde dicit [Quidam autem ex ipſis. ſ. iudeis [dixerunt. Non potuit hic rc̃.] q̃ſi dicat. Si ſic amabat eum ut etiam pro eius morte lachrymaretur: videtur q̃ uoluiſſet eum nõ mori. Nam triſtitia eſt de his que nobis non uolentibus acciderunt. Si ergo eo nolente mortuus eſt: videtur q̃ non potuit mortẽ impedire: multo magis videtur q̃ non potuerit aperire oculos ceci nati. Uel dicendum q̃ hoc dixerunt admirando: eo modo loquendi: quo Heliſeus dixit. 4. Reg. 2. ubi eſt deus helie etiam nũc. Et Dauid in ps. Ubi ſũt miſericordie tue antique domine rc̃.

Triſtitia ẽ de his que nobiſ nõ uolentib⁹ acciderunt.

LE. VI.

Ieſus ergo rurſuz fremẽs in ſemet ipſo: uenit ad monumentum.

Poſtq̃ȝ aũt Euãgeliſta poſuit quedã pãmbula ad ſuſcitationẽ. hic conſequenter agit de ipa ſuſcitatione. Circa quam quatuor agit. Primo de chriſti ad monumentum peruentione. Secundo de lapidis ſublatione ibi [Erat autem ſpelũca rc̃.] Tertio de chriſti oratione ibi [Ieſus autem eleuatis rc̃.] Quarto de mortui reſuſcitatione ibi [Hec cũ dixiſſet uoce magna rc̃.] ℄ Dicit ergo q̃tũ ad p^m [Ieſus ergo rurſuz fremens in ſemetipſo uenit ad monumentum.] Studioſe autem euangeliſta frequenter dicit q̃ lachrymatus: et q̃ infremuit (ut Criſoſtom⁹ dicit.) Quia in futuro oſtẽſurus erat ſue diuinitatis poteſtatem: Ne ergo dubites de ueritate ſue humanitatis infirmiora et humiliora noſtre nature de chriſto aſſerit. Et ſicut ioannes ceteris euangeliſtis expreſſius diuinam naturam et poteſtatem oſtendit: ita etiam quedam infirmiora de eo loquitur: ſicut q̃ lachrymatus eſt. q̃ infremuit et huiuſmodi: que maxime affectuz in chriſto demõſtrant humane nature. ℄ Myſtice autem infremuit. Ut detur intelligere eos qui a peccatis reſurgũt in cõtinuo debere perſiſtere luctu ſm illud ps. Tota die contriſtatus ingrediebar. ℄ Uel dicendum q̃ ſupra infremuit ſpiritu propter mortem laçari: hic autem rurſum in ſemetipſo propter infidelitatem iudeorum. Unde euangeliſta premiſerat dubietatem miraculi dicentium. [Nõ potuit hic qui aperuit oculos rc̃.] Qui quidẽ fremit⁹ fuit ex cõpaſſione et miſeratione ad iudeos. Mat. 14. Uidẽs ieſus turbas miſertus eſt rc̃.

Ioãnes ceteris euangeliſtis diuinã naturã et poteſtatem expreſſius oſtendit: et ét q̃daz infirmiora: q̃ maxime affectũ in chriſto demõſtrant humane nature.

℄ Erat aũt ſpelũca et lapis ſuppoſit⁹ erat ei. ait ieſus. Tollite lapidẽ. dic̃ ei martha ſoror ei⁹ q mortu⁹ fuerat. Dñe iaz fetet. q̃triduan⁹ eſt enĩ. Dicit ei ieſus. Nõne dixi tibi: q̃m ſi credideris videbis gl̃iaz dei. tulerũt ergo lapidẽ

℄ hic agitur de lapidis ſublatione. Ubi quatuor facit. Primo deſcribit lapidẽ. Secundo ſubdit mãdatum chriſti de lapide ſubmouendo. Tertio addit diſceptationem de lapidis amotione. Quarto inſinuat mãdati impletionem. ℄ Lapis autem deſcribit ſuppoſitus monumento. Unde dicit [Erat autem ſpelunca et lapis ſuppoſitus erat ei.] Sciendum eſt enim q̃ in partib⁹ illis cauernas quaſdaz in modũ ſpelũce habent ad hominũ ſepulturas: ubi põt plura mortuorũ corpora ponere diuerſis temporibus: et ideo habẽt foramẽ quoddam qd̃ de lapide claudũt: et apiũt: qñ eſt neceſſe. Et iõ dĩ hic q̃ [lapis erat ſuppoſit⁹ ei.] ſ. oſtio ſpelunce. Simile hẽtur Geneſ. 23. ubi Abraã emit agrũ et ſpelũcã ad ſepeliendũ Sarrã uxorẽ ſuã. ℄ Myſtice aũt per ſpelũcã intelligit̃ ꝓfunditas peccatorũ. De quo habet in ps. Infixus ſum in limo ꝓfũdi rc̃. Per lapidẽ ſuperpoſitum intelligitur lex que in lapide ſcripta eſt: et peccatum non tollebat: ſed tenebat eos in peccato: quia ex hoc grauius peccabãt q̃ contra legem faciebãt. Unde dicitur Ro. 11. Concluſit ſcriptura omnia ſub peccato. ℄ Mãdatum chriſti de lapide ſubmouendo ponit dicẽs [Ait ieſus. Tollite lapidẽ.] ℄ Sed quare querit̃ cum maius eſſet ſic ſuſcitare mortuũ q̃ȝ remouere lapidem: quia non etiam ſimul cũ hac ſua virtute lapidem ſuſtulit? ℄ Ad quod reſpondet Criſoſtomus q̃ hoc factum eſt ad maiorem certitudinẽ miraculi: ut. ſ. eos teſtes faciat miraculi: et ut non dicant qd̃ in ceco dixerunt. Non eſt hic qui mortuus fuit. ℄ Myſtice autem ſm Auguſtinũ. Remotio lapidis ſignificat amotionem põderis legalium obſeruantiarũ a fidelibus chriſti exigẽtibus ad eccleſiã uenientibus: q̃ eis aliqui impo nere uolebãt. Unde dicit beatus Iacobus in actibus. 15. Uiſum eſt ſpiritui ſancto et nobis rc̃. Et petrus dicit codẽ. Cur tentatis in ponere iugũ ſuper ceruic. rc̃. De hoc ergo dicit dñs [Tollite lapidẽ.] i. legis pondus et gratiã predicate. Uel per lapidẽ ſignificat eos qui in eccl'ia corrupte viuunt: et offenſiõi ſũt credere uolẽtib⁹: dũ eos a conuerſione retrahũt. de quo lapide i ps. Ne forte offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ rc̃. Quẽ quidẽ domin⁹ precipit ut remoueat̃. Iſa. 57. Auferte offendicula rc̃. ℄ Diſceptatio aũt ponit̃ ex parte Marthe. Et p⁹ ponunt̃ uerba Marthe diſceptãtis. 2⁰ uerba chriſti rñdẽtis. ℄ Uerba q̃dẽ marthe ponit dicẽs [Dicit ei martha ſoror ei⁹ qui mortuus fuerat. Dñe iã fetet rc̃.] Qd̃ quidẽ ad litterã factũ eſt ad oſtẽſionẽ ueritatis miraculi q̃ſi iã per putrefactionẽ inciperent mẽbra reſolui. ℄ Myſtice aũt de illo qui peccare ꝯſueuit [Iã fetet.] ſ. per peſſimã famã: cuius odor deterius per pctm̃ ꝯſurgit. Nã ſicut ex bonis opib⁹ fragrat odor bon⁹ ſm qd̃ dicit Apl's. 2. Cor. Chri bon⁹ odor ſum⁹ rc̃. Ita ex malis opib⁹ fetor et malus odor euaporat: g etiaz recte q̃triduan⁹ dr̃. q̃ſi p̃ ſſue põdere terrenorũ pctõr: et cupiditatũ carnaliũ. Terra enĩ eſt ultimũ de q̃tuor elemẽtis. Iohel. 2. Aſcẽdet fetor ei⁹ rc̃. Illi aũt chriſtus rñdit dicẽs [Nõne dixi tibi rc̃.] Ubi dñs vĩ marthã arguere q̃ nõ memor erat ei⁹ qd̃ chriſtus ei dixerat. Qui credit in me ẽt ſi mortu⁹ fuerit viuet. Nã martha diffidebat an chriſtus poſſet reſuſcitare mortuũ q̃triduanũ. Lȝ enĩ aliq̃s recẽter mortuos ſuſcitaſſet: ipõſe tñ hoc de fr̃e credebat ob dierũ diuturnitatẽ. Et iõ dñs dixit ei [Nõne dixi tibi. Si credideris videbis gl̃iaz dei.] i. ſuſcitatiõis fr̃is tui p quã de⁹ gl̃ificabit̃. Sȝ cũ ſup dñs h̃ miraculũ ap'lis dixerit futurũ ad gloriã ſuã inquiẽs. Ut gl̃ificet̃ fili⁹ dei per eã. ſ. p mortẽ. hic tñ dic̃ marthe h̃ miraculũ futurũ ad gl̃iã dei: et hoc iõ q: eadẽ ẽ gl̃ia pr̃is et filij et ſpũs ſci. Iõ aũt nõ expreſſit hic gl̃iã filij: ne turbaret aſtãtes iudeos ad ꝯdictiõẽ ꝓmptos. Innuit aũt in his dñi uerbis duplex fruct⁹ fidei no-

Expõ myſtica.

expõ myſtica ſm Auguſt.

Terra eſt ultimũ de quatuor elemẽtis.

ſtre. Primũ eſt miraculorũ opatio que debetur fidei. Mat. 21. Si habueritis fidē ſicut granũ ſinapis ⁊c̄. Unde ⁊ Apl's p[a] Cor. 13. Si habuero fidē ita ut mōtes trāſferā. Et Mat. ultīo dicit. Illi aūt predicauerūt ubiq̧ dño cooperante ⁊ ſermonem cōfirmāte ſequentib[us] ſignis. Que quidē miraculorũ opatio eſt ad gloriā dei. Et ideo dicit [Si credideris videbis gl'iaꝫ dei.] ¶ Secūdus fruct[us] eſt viſio eterne glorie: que debet fidei pro p̄mio. Unde dicit [Uidebis gloriā dei.] Iſa. 28. ſm aliā lr̄aꝫ. Si nō credideritis non intelligetis. p[a] Cor. 13. Uidem[us] nūc per ſpeculū: ⁊ in enigmate per fidē: tunc aūt facie ad faciē. ¶ Impletionē mādati ponit in ſeruis. [Tulerūt ergo lapidē.] Ubi cōſiderādum eſt ſm Origenē q mora tollēdi lapidē ad iacentē ex ſorore defuncti cauſata eſt: ⁊ ideo tādiu reſuſcitatio fratris dilata eſt q̄diu chriſtū per uerba detinuit: ſed ſtatim cū chriſti mandatū obediēdo exequitur frater reſuſcitat. Ut per hoc diſcam[us] in hoc interponere inter iuſſa ieſu ⁊ ipoꝝ executionem: ſi cupimus q ō ſtatim ſalutis ſequatur effectus. p̄s. In auditu auris obediuit mihi.

¶ Jeſus autem eleuatis ſurſum oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me Ego autem ſciebam quia ſemper me audis ſed propter populum qui circunſtat dixi: ut credant quia tu me miſiſti.

¶ Hic agitur de chriſti oratiōe in qua gratias agit Circa quam euāgeliſta quatuor ponit. Primo ponit orandi modum. Secundo orationis efficaciā. Tertio excludit orandi neceſſitatem. Quarto ſubiungit orationis utilitatem. ¶ Modum autē orādi ponit congruenteꝫ. Quia [eleuatis ſurſum oculis.] ideſt intelligentiam ſuam erexit adducens illam per orationem ad excelſum patrem. Nobis autem ſi ad exemplum orationis chriſti orare uolumus: neceſſe eſt leuare oculos mentis noſtre ad cũ remouendo illos a preſentibus rebus: memoria: cogitationibus: ⁊ intentionibus. Leuamus etiam oculos ad deum: quando non confidentes de meritis noſtris de ſola dei miſericordia ſperamus: ſꝫ illud p̄s. Ad te leuaui oculos meos qui habitas i celis. Et ſicut oculi ancille ⁊c̄. Tren. 3. Leuem[us] corda noſtra ⁊c̄. ¶ Oris autem efficaciam ponit cum dicit [Pater gratias ago tibi: quoniā audiſti me.] In quo argumentuꝫ habemus q deus facilis eſt ad largiendum ſm illud p̄s. Deſiderium pauperũ exaudiuit dominus. Ut ſit deſiderium etiam ante q̄ꝫ proferat uerba exaudiat. Iſa. 13. Ad uocem clamoris tui ⁊c̄. Et. 60. Adhuc illis loquentibus dicā ecce adſum. Multo ergo magis expedit arbitrari de dño ſaluatore: q deus pater preueniēs ei[us] orationem eum exaudierit. Nam lachryme quas chriſtus pro morte laſari fuderat vicem orationis habuerunt. Per hoc autem q in principio oratiōis gratias agit: datur nobis exemplum: q cum orare uolumus anteq̄ꝫ futura petamus: pro perceptis beneficijs deo gratias referamus. p[a] me Thim. ultimo. In omnibus gratias agite. Quod autem dicit [Quoniam audiſti me.] ſi exponatur de chriſto ſm q homo nō h̄ꝫ difficultatē: ſic eni chriſt[us] minor patre erat: ⁊ ſm hoc cōpetit ſibi orare patrem ⁊ exaudiri ab eo. Si vō (ut Criſo[stomus] vult) exponat de chriſto: ſm q deus. Tunc uerbũ difficultatem h̄ꝫ. Nā ſm hoc ei orare nō cōuenit nec exaudiri: ſed potius aliorũ orationes exaudire. Et ideo dicendũ q tunc aliquis audit quādo uolūtas eius impletur. Uolūtas aūt patris ſemper iplet. Quia (ut dicit in p̄s.) Oia quecūq̧ uoluit dñs fecit. Cũ ergo eadē ſit uolūtas patris ⁊ filij: qñcunq̧ pater implet uoluntatē ſuā: implet uoluntatem filij. Dicit ergo filius ſm q uerbũ [Quoniā audiſti me.] i. feciſti que erāt in uerbo tuo: ut fierent. Dixit enim ⁊ perfecta ſunt. ¶ Neceſſitatē autē orandi excludit dicens [Ego aūt ſciebā: quoniā ſemp me au. ⁊c̄.] Ubi quaſi obūbrate dñs ſuā diuinitatē oſtendit quaſi diceret. Ad hoc ut fiat uoluntas mea: nō indigeo oratione: q2 ab eterno uolūtas mea impleta eſt. Heb. 5. In omnibus exauditus eſt pro ſua re. Nam [ego ſciebam.] i. certitudinaliter [quoniā ſemp me] uerbũ [audis.] Quia q̄cq̄d facis in me eſt: ut fiat. Item [me] hominē [ſemper audis.] q2 uoluntas mea ſemper eſt conformis uolūtati tue. [Sed propter populū qui circūſtat: ut credāt ⁊c̄.] In quo datur intelligi q multa fecit: ⁊ dixit propter utilitatem aliorũ. J. 13. Exemplũ dedi uobis ⁊c̄. Nam omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio. Uoluit autem chriſtus ſpecialiter per iſtaꝫ orationem demōſtrare ſe nō eſſe alienũ a patre: ſed recognoſcebat eum: ut ſuum principiuꝫ. Et ideo ſubdit [Ut credant quia tu me miſiſti.] J. 16. Hec eſt vita eterna ⁊c̄. Gal. 4. Miſit deus filiū ſuuꝫ ⁊c̄. Et in hoc ponitur orationis utilitas.

¶ Hec cũ dixiſſet uoce magna clamauit. Lazare ueni foras.

¶ Hic agitur de ſuſcitatiōe laſari. Et circa hoc tria facit. Primo ponitur uox excitantis. Secūdo uocis effectus ibi [Et ſtatim prodijt ⁊c̄.] Tertio mandatū de ſolutione excitati ibi [Dicit eis ieſus. Soluite ⁊c̄.] ¶ Uox autē excitātis ponit magna. Unde dicit [Hec cum dixiſſet.] ſ. ieſus [Uoce magna clamauit.] Et hoc ad litterā ut deſtrueret erroreꝫ gentilium: ⁊ quorūdam iudeorum dicentium animas mortuorū cōmorari in tumulis cum corporibus. Et ideo [clamat] quaſi animam ex longinquo euocans in tumulo non exiſtentem. Uel dicēdum: ⁊ melius q uox chriſti magna dicitur propter virtutis eius magnitudinem. Nam tanta virtus eius fuit q ſuſcitauit Laſarum quatriduanũ a morte: quomodo excitatur dormiēs a ſomno. p̄s. Dedit uoci ſue uocem virtutis. Uox etiam iſta magna repreſentatiua eſt illius magne uocis: que erit in cōmuni reſurrectione: per quam omnes de monumētis reſuſcitabuntur. Mat. 25. Media nocte clamor factus eſt ⁊c̄. Clamat inq̄ꝫ dicens [Laſare ueni foras.] Queꝫ ideo ex proprio nomine uocat: quia tanta erat virtus uocis ei[us]: q pariter oēs mortui cogerentur exire: niſi per expreſſionē nominis virtutem ſuam ad vnum determinaſſet (ut Auguſtinus dicit de uerbo domini.) Dat etiā per hoc intelligi: q chriſtus uocat peccatores foras exire de conuerſatione peccati. Apoc. 18. Exite de illa populus meus. Item de occultatiōe eius per confeſſionē ipſum peccatū manifeſtādo. Job. 31. Si abſcondi quaſi homo peccatum meuꝫ. ¶ Cōſequenter cũ dicit.

¶ Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus: ligatus manus ⁊ pedes inſtitis: ⁊ facies eius ſudario erat ligata.

¶ Ponitur uocis effectus. Et primo ponit mortui

Qñ aliquis orat āteq̄ futura petat: debet de perceptis beneficijs deo gr̄as agere ſicut fecit ieſus

Qñ aliquis uolūtas iplet tunc audit. Uolūtas patris ſemp implet.

Chriſtus multa fecit ⁊ dixit ꝓpter utilitatē aliorum.

Gentiles ⁊ quidā iudei dicebant animas mortuorũ cōmorari in tumulis cū corporibus: qd̄ eſt error.

reſurrectio. Secūdo reſurgentis mortui diſpoſitio. ¶ Reſurrectio quidem mortui fuit feſtina ad domini imperium. vnde dicit[Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus.] Tanta enim erat virtus uocis chriſti: ut abſqȝ temporis dilatione vitam conferret. Sicut erit in reſurrectione cōmuni: quando in ictu oculi mortui audientes tubam canentem. Mortui qui in chriſto ſunt reſurgēt primi. (ut dicitur pͥᵉ Cor. 15.) Iam enim anticipatur officium chriſti: quod dicitur ſupra. 5. Uenit hora ꝛ nunc eſt: quando mortui qui in monumentis ſunt audient uocem filij: ꝛ qui audierit viuēt ꝛc̄. Sic ergo impletuȝ eſt quod dixerat dominus. Uado ut excitem eum. ¶ Quantum autem ad diſpoſitionē reſurgentis dicitur[ligatus.]i. habēs ligatas[manus ꝛ pedes inſtitis.]i. faſcijs: quibꝰ antiqui mortuos inuoluebant[ꝛ facies eius ſudario erat ligata.]Ne. ſ. horrorem faceret. Ideo autem ligatum: ꝛ coopertum reſurgere iuſſit: ut miraculuȝ magis approbaretur. ¶ Conſequenter cū dicit.

¶ Dixit eis ieſus. Soluite euȝ ꝛ ſinite abire.

¶ Mandat ut ſoluatur. Cuius quidem ratio eſt: ut ipſimet qui ſoluerent fidentiores teſtes eſſent miraculi: ꝛ eius quod ſit tenaciorem memoriam habeant. Similiter autem etiam duȝ enim tangūt: ꝛ ſibi appropinquant vident: ꝙ uere eſt ille. Io autem addit[ꝛ ſinite abire]ut oſtendat miraculuȝ non eſſe fantaſticum. Aliqui enim magi viſi ſunt aliquando mortuos ſuſcitaſſe: non tamē ad hoc eos perducere potuerūt: ut pͥſtina officia exequerentur: ꝛ hoc quidem erat: quia eorum reſuſcitatio fantaſtica tm̄ erat: ꝛ non uera. ¶ Sciēdū eſt autem ꝙ hoc tm̄ quod dicitur[Et ſtatim prodijt.] Myſtice exponitur ab Auguſtino: ꝛ hoc dupliciter ſm̄ duplicem modum prodeundi. Prodit nāqȝ peccator quando exit penitendo a conſuetudine peccati ad ſtatuȝ iuſtitie. 2. Cor. 7. Exite de medio ꝛc̄. qui tamen habet manus ligatas inſtitis i. carnalibus concupiſcētijs: qui adhuc in corpore cōſtituti alieni a moleſtijs eſſe non poſſumus etiam a peccatis ſurgentes. vnde Apl's dicit Ro. 8. Ego ipſe mente ſeruio legi dei ꝛc̄. Q̄ꝺ autem facies eiꝰ ſudario tecta erat: hoc eſt ꝙ in hac vita plenam cognitionē dei habere nō poſſumus 1. Cor. 14. Uidemus nunc per ſpeculum in enigmate ꝛc̄. Et iō ſoluere eum iubet ꝛ abire: quia poſt hanc vitam auferentur a peccato ſurgentibus omnia uelamina: ut deū facie ad faciem contemplentur (ut dicit pͥᵉ Cor. 15.) Tūc enīȝ ſoluetur corruptibilitas corporis que eſt q̄ſi qꝺdā vinculū ligās ꝛ aggrauās animā ab omni hiꝰ pena ꝛ clara cōtēplatiōe. Iſa. 52. Solue vīcula colli tui ꝛc̄. Sic ergo appet vnꝰ modus ſpūalr̄ ꝓdeūdi: qui ponit ab Aug li° 83. q. ¶ Alius modus prodeundi eſt per cōfeſſionē: de quo dicitur Prouerb. 18. Qui abſcōdit ſcelera ſua ꝛc̄. Sic enīȝ prodire eſt ab occultis exeundo ꝑ cōfeſſionem manifeſtari: ſed ut confiteāris. deus facit uoce i. gratia magna uocando. Mortuus autē ꝓcedens adhuc ligatus eſt cōfitens adhuc reus. Ut autem ſoluerentur peccata eius. miniſtris mandat ut ſoluant eum ꝛ ſinant abire. Nam quem chriſtus per ſeipſum interius viuificat: diſcipuli ſoluunt: qꝛ miniſterio ſacerdotum viuificati abſoluunt. Mathei 16. Quecunqȝ ſolueris ſuper terram ꝛc̄. ¶ Dicunt autem quidam hoc miniſterium proſequentes: ꝙ ſicut chriſtus laçarum per ſeipſum viuificauit: viuificatum a diſcipulis abſoluenduȝ mandauit. Ita deus interius viuificat animam per gratiam remittēdo culpam: ꝛ abſoluendo a reatu pene eterne. Sed ſacerdotes virtute clauium abſoluūt a parte pene tēporalis. ¶ Sed hec poſitio nimis parum attribuit eccleſie clauibus. Hoc eſt enim ꝓpͥum ſacramentorum noue legis: ꝙ in eis gratia conferatur. Sacramenta autem in diſpēſatiōe miniſtrorum conſiſtunt. Unde in ſacramento penitētie contritio ꝛ confeſſio ſe tenent materialiter ex ꝑte ſuſcipientis ſacramentum. Uis autem cauſatiua ſacramenti eſt in abſolutione ſacerdotis ex virtute clauium per quas effectum dominice paſſionis quodammodo applicat ad eum qui abſoluit: ut remiſſionem conſequatur. Si ergo ſacerdos non abſolueret niſi ſolum a pena: ſacramentuȝ penitentie non eſſet gratie collatiuum per quam culpa remittitur: ꝛ per conſequens non eſſet ſacramentuȝ noue legis. ¶ Eſt ergo dicendum ꝙ ſicut in ſacramento baptiſmi ſacerdos uerba proferens ꝛ exterius abluens miniſterium baptiſmi exhibet chriſto interius baptiçante: ita ſacerdos exterius virtute clauium per gratiam culpam remittente. Sed hᷣ differentiam facere videtur ꝙ ad baptiſmum plerunqȝ accedunt pueri: non ante baptiſmum iuſtificati qui in baptiſmo remiſſionis gratiā conſequētur. Sed ad abſolutionem conſequēdam accedūt adulti plerunqȝ antea per contritionem peccatoꝝ remiſſionem conſecuti: ut ſic ſequens abſolutio nihil facere videatur ad peccatoruȝ remiſſionem. Sȝ ſiquis diligenter conſideret ex utraqȝ parte adultos accipiens inuenietur omnimoda ſimilitudo. Contingit enīȝ aliquos adultos anteq̄ȝ actu ſacramentum baptiſmi conſequantur: habentes illud ī uoto remiſſionem peccatoruȝ conſequi baptiſmo flaminis baptiçati: ꝛ tamen baptiſmus ſequēs q̄ntum eſt de ſe remiſſionem peccatorum operatur lȝ in iſto cui iam ſunt remiſſa hoc locum non habeat: ſed ſolum augmentum gratie conſequatur. Si quis autem adultus ante baptiſmum non perfecte fuiſſet diſpoſitus ad conſequendum remiſſiōeȝ peccatorum in ipſo actu dum baptiçaretur remiſſionem conſequitur virtute baptiſmi: ubi ponat per fictionem obſtaculum ſpiritui ſancto. Et ſimiliter eſt dicendum in penitentia. Siquis enim ante abſolutionem ſacerdotis plene cōtritus fuerit: cōſequitur remiſſionem peccatorum: eo ꝙ habet in uoto: ut ſubiciat ſe eccleſie clauibus: ſine quo uera contritio non eſſet. Si autem antea non plena fuiſſet contritio ſufficiens ad remiſſionem: In ipſa abſolutione remiſſioneȝ culpe conſequitur dummodo non ponat obſtaculum ſpiritui ſancto. Et ſimiliter eſt in euchariſtia ꝛ extrema vnctione ꝛ in alijs ſacramentis ꝛc̄.

Multi ergo ex iudeis qui uenerāt ad mariam ꝛ martham ꝛ viderāt que fecit ieſus crediderunt in eū. Quidam autem ex ipſis abierūt ad phariſeos: ꝛ dixerunt eis que fecit ieſus. LE. VII.

❡ Inducit prophetiam que ſcripta eſt Zacha.9. In qua primo dat ſecuritatem.Secundo ꝓmittit regiam maieſtatem.Tertio ſubdit utilitatē regis. ❡ Securitatē dat cum dicit[Noli timere filia ſyō] Syon arx erat in hieruſalē ubi erat habitatio regis.Filia ergo ſyon eſt plebs hieroſolymorū ⁊ iudeorum qui ſubditi erant regi hieruſalem. Judeis ergo dicitur[Noli timere]quia dominus defenſor tuus.Iſa.51. Quis tu ut timeas ab hoie mortali.ps.Dominus defenſor vite mee ⁊c̃.In quo excludit euangeliſta timorem mundanū ⁊ ſeruilē. ❡ Regiã autē maieſtatē promittit dicens[Ecce rex tuus uenit ⁊c̃.Iſa.9. Paruulus datus eſt nobis.Et.j.Super ſolium Dauid ⁊ ſuper regnū eiꝰ ſedebit.Dicit autē[tuus.]i.ex te carnem ſumens. Quia nuſq̃ angelos apprehẽdit ſed ſemẽ Abrae Heb.2.Iterum[tuus.]i.ad utilitatē tuam. Unde ſubdit[uenit tibi]Mat.Et nunc que ad pacē tibi ⁊c̃.Sed tamen ipſi reſiſtendo eorum utilitatē impedierunt[Uenit]inq̃[tibi]non ad terrorem:ſed ad liberationem.Unde ſubdit[Sedens ſuper pullum aſine.]In quo ſignatur regis clementia que ualde eſt accepta ſubditis.Prouꝰ.20.Clemẽtia roborã ⁊c̃.Et cõtra dicitur Prouꝰ.9.Sicut fremitus leonis ⁊c̃.quaſi dicat.Non ueniet in fauſtu regio ꝓpter quod poſſet eſſe odioſus:ſed uenit in manſuetudine.Ecc̃.10. Rectorem te poſuerunt ⁊c̃. Noli ergo timere regni oppreſſionem. Uetus autem lex in timore data eſt:quia lex in ſeruitutem generabat.Item ſignatur in hoc regis potentia inq̃tum in humilitate ⁊ infirmitate ueniens totū mundum attraxit.pꝰ.Cor.1.Quod infirmū eſt dei fortius eſt hominibus. ❡ Cõſequenter cum dicit.

Syō erat arx in hieruſalē

ubi habitabat rex.

❡ **Hec non cognouerunt diſcipuli eius primum:ſed quãdo glorificatus eſt ieſus:tunc recordati ſunt:quia hec erant ſcripta de eo:⁊ hec fecerunt ei.**

❡ Ponit diſpoſitionem diſcipulorum ad prophetiam inductam:in quo euangeliſta confitetur ignorantiam ⁊ ſui:⁊ diſcipulorum. Quia(ut dicitur Prouꝰ.18.)Iuſtus in ꝓncipio accuſator eſt ſui.Unde dicit ꝙ[Hec]que predicta ſunt[nõ cognouerũt diſcipuli eius ꝓmū.]i.ante paſſionem[ſed quãdo glorificatus eſt ieſus.]i.quando virtutem ſue reſurrectionis oſtendit:[tunc recordati ſunt ⁊c̃.]Tū autem quando glorificatꝰ eſt cognouerunt.Quia tunc receperunt virtutem ſpiritus ſancti: ex qua effecti ſunt omnibus ſapientibus ſapiẽtiores.Job 21.Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam. Hoc autem ideo introducit euangeliſta: ut oſtendat non fuiſſe quod factum eſt ſerio a diſcipulis procuratum. ❡ Conſequenter cum dicit.

❡ **Teſtimoniū ergo perhibebat turba que erat cum eo quando Lazarum uocauit de monumẽto:⁊ ſuſcitauit eū a mortuis. Propterea ⁊ obuiam uenit ei turba:quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum.**

❡ Ponit cauſam obuiationis que fuit exhibitio teſtimonij[quod perhibebat turba que cum eo erat]de reſurrectione Lazari[quando.ſ. uocauit Lazarum de monumento.Propterea ⁊ obuiam ⁊c̃.]pꝰ.Cor.1.Judei ſigna querunt. Iſtud enim euidentius ſignum erat:⁊ mirabilius.Et ideo ultimo ipſum reſeruauit:ut magis imprimeretur eorum memorie. ❡ Conſequenter cum dicit.

❡ **Phariſei ergo dixerunt ad ſemetipſos. Videtis:quia nihil proficimus?Ecce mundus totus poſt eum abijt.**

❡ Ponit phariſeorum zelum:qui concitabatur ex fruſtratione conatus eorum.Unde dicebant[Ui-

dctis quia nihil proficimus ꝛc̄.] Quod quidem eſt uerbum phariſeorum inuidentium ut dicant. [Nihil proficimus.] ſ. in malitia noſtra non ualentes eum impedire. Hoc modo accipitur proficere. 2. Thi. 3. Mali autē homines ꝛ ſeductores proficiunt in peius. Sed qd inuidet ceca turba: quia poſt eum abijt mundus: per quem factus eſt mundus: ſed tamē ſignatur per hoc ꝙ totus mūdus eum ſecuturus erat. Oſee. 6. Viuemus in conſpectu eius ꝛc̄. Criſoſtom⁹ autem vult ꝙ hec ſint uerba phariſeorum credentiū occulte tm̄ propter metum iudeorum: ꝛ dicunt hoc ut retraherent eos a perſecutione chriſti: ac ſi dicerent. Quātūcunq; inſidiamini: tanto hic augetur: ꝛ gloria eius intenditur. Quid ergo non deſiſtitis a tantis inſidijs: qđ quidē quaſi idem eſt cum conſilio Gamalielis. De quo habetur Act. 5.

LE. IIII. ERant autem quidam gentiles ex his qui aſcenderant ut adorarent in die feſto.

Poſita gloria quam chriſtus habuit ex miniſterio domeſticorum: ꝛ ex deuotione turbarū. Hic euāgeliſta ponit gloriam quā chriſtus habuit ex deuotione gentilium. Et primo ponitur gentiliū deuotio. Secundo deuotionis ipſorū denunciatio ibi [Venit philippus ꝛc̄.] Tertio paſſiōis chriſti prenunciatio ibi [Jeſus autē reſpondit. Venit hora ꝛc̄.] Deuotio autem gentilium ponitur quātū ad duo. Primo ponitur quantū ad ſacramenta ueteris teſtamenti. Secundo quantum ad chriſtū ibi [Hi ergo acceſſerunt.] ¶ Deuotio autem gentilium ad ſacramenta ueteris teſtamenti oſtenditur per hoc ꝙ templum viſitabant. Unde dicit [Erāt autē gentiles quidā qui aſcenderant] ſupple in hieruſalē. [ut adorarent in die feſto.] quaſi dicat. Non ſolum turba iudeorum: ſed etiam ipſi gentiles honorabant chriſtum. ¶ Ratio autem quare aſcendebant ſm interlinearem quandam aſſignatur: Quia erant proſeliti ꝛ conuerſi ad ritū iudeorum ad predicationē iudeorū: quia per mundum habitabant ꝛ conabantur multos ad ſe conuertere. Mat. 26. Circuitis mare ꝛ aridā: ut faciatis vnū proſelitū. Et ideo ſm ritum iudeorū aſcendebāt cum alijs. Sed melius dicendum eſt ſm Criſoſtomum ꝙ ſicut habetur. 2. Mach. 3. Templum dei quod erat in hieruſalem in ueneratione habebatur cunctis populis: ꝛ regibus vniuerſe terre: ita ut ipſum templum maximis muneribus illuſtrarent. Et ideo contingebat ꝙ in dieb⁹ feſtiuis multi etiam gentiles aſcenderent hieruſalem. Simile habetur Act. 8. de eunucho cādacis regis ethiopum: qui uenerat adorare hieruſalē. Unde ꝛ Iſa. 56. dicitur. Domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus: ait dominus. Iſti autem gētiles ex deuotione quam habebant ad templum aſcenderant. In quo prefigurabatur cōuerſio gētilium ad fidem.

¶ Hi ergo acceſſerunt ad philippū qui erat in bethſaida galilee: ꝛ rogabant eum dicentes. Domine uolumus ieſum videre.

¶ Deuotio autem gentilium ad chriſtum oſtenditur per hoc ꝙ deſiderabant eum videre. Unde dicit [Hi ergo] ſcilicet gentiles [acceſſerunt ad Philippum ꝛc̄.] ¶ Sciendum autem ꝙ chriſtus iudeis tm̄ perſonaliter predicauit. Ro. 15. Dico chriſtum ieſum miniſtrum fuiſſe circūciſionis propter ueritatem dei ꝛc̄. Gentilibus autē predicauit per Apoſtolos. Iſa. ultimo. Mittam ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes ꝛc̄. ꝛ annunciabunt gloriam meam gentibus. Mat. ultimo. Euntes docete omnes gētes ꝛc̄. Hoc ergo hic iam preſagiebatur: inquantū gentiles chriſtum videre uolentes: non uenerunt immediate ad eum: ſed ad vnum ex diſcipulis ei⁹ ſcilicet ad Philippum. Et hoc congruenter quia ipſe primus predicauit his qui erant extra ritum iudeorū: ſcilicet ſamaritanis (ut habetur Act. 8.) Philippus autem deſcendit in ciuitatem ſamarie ꝛ predicabat illis chriſtum. Et hoc conuenit ei ſm nominis interpretationem. Philippus enī interpretatur os lampadis. Predicatores autē ſunt os chriſti. Hie. 15. Si ſeparaueris p̄cioſū a vili q̄ſi os meū eris. Chriſtus autem lampas eſt. Iſa. 42. Dedi te in lucem gentium ꝛc̄. Conuenit etiā ei quātum ad locum [qui erat a bethſaida.] que interpretatur uenatio. Quia p̄dicatores uenant eos quos ad chriſtum conuertunt. Hier. 16. Mittā eis piſcatores ꝛ piſcabuntur eos. Item [galilee] que interpretatur tranſmigratio ꝛ gentiles ad predicationes apoſtolorum tranſmigrati ſunt de ſtatu gentilitatis ad ſtatum fidei. Eze. 12. Fili hominis fac tibi uaſa tranſmigrationis ꝛc̄. Accedentes autem ad Philippum exprimunt eorum deſiderium dicentes [quia uolumus ieſum videre.] In quo ſignatur ꝙ gentiles qui chriſtum corporaliter nō viderant miniſterio apoſtolorum ad fidem conuerſi deſiderant eū videre glorificatū in patria. 3. Reg. 10. Omnis terra deſiderabat videre faciē Salomonis.

Philippus interpretatur os lāpadis. Predicatores ſunt os chriſti. Chriſtus lāpas eſt. Bethſaida interpretatur uenatio. Predicatores uenantur eos quos ad chriſtum cōuertunt.

¶ Venit philippus; ꝛ dicit andree. Andreas ꝛ philippus rurſum dixerunt ieſu.

¶ Hic ponitur denunciatio deuotionis gentilium ad chriſtum. In qua qdē ordo attenditur. Quia (ut dicit Ro. 13.) Que a deo ſunt ordinata ſūt. Eſt autem hic diuinus ordo: ut inferiora reducantur in deum per ſuperiora. Andreas autem ſuperior fuit in apoſtolatu Philippo: quia prius eo cōuerſus fuit: ꝛ ideo philippus nō per ſeipſum tm̄: ſed per Andream iſtos gentiles uoluit ad chriſtū adducere: memor forte eius quod dominus dixerat In viam gentium ne abieritis. Et hoc eſt quod dicit ꝙ [Philippus dicit Andree: rurſum ꝛc̄.] In quo datur nobis exemplum omnia de conſilio maiorum facienda. Sic ꝛ Paulus aſcendit hieroſolymam ꝛ contulit apoſtolis euangelium quod in gētib⁹ predicabat (ut habetur Gal. 2.) ¶ Poſſumus autem in nominibus iſtorum duorum intelligere duo neceſſaria predicatoribus: ut homines ad chriſtum adducant. ¶ Primum eſt diſcretudo ordinate locutionis que notatur in nomine philippi. Quod interpretatur os lampadis. ¶ Secundum eſt virtus bone operationis quod notatur in nomine Andree. Quod interpretatur virilis. p̄s. Verbo domini celi firmati ſunt: ꝛ ſpiritu oris eius ꝛc̄.

Andreas interpretatur virilis.

¶ Jeſus autem reſpondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur filius hominis.

¶ Hic prenunciatur paſſio chriſti. Et primo prenūciat chriſtus imminere ſue paſſionis tempus. Secundo inſinuat paſſionis neceſſitatem ibi [Amen

amen dico uobis. Niſi granum rč.] Tertio inducit neceſſitatem paſſionis aliorum ibi [Qui amat animam ſuam rč.] ¶ Dicit ergo [uenit hora rč.] Ubi notandum eſt ꝙ dominus videns gentiles iſtos properare ad fidem: ꝛ intelligens in eis quodammodo conuerſionem gentium incohari: prenunciauit ſue paſſionis tempus imminere a ſimili: ſicut qui videt ſegetem dealbatam dicit. Uenit hora ut falx mittatur in meſſem. Supra.4. Uidete regiones quia albe ſunt iam ad meſſem. Sic ergo hic dominus loquitur: ex quo inquit gentes querunt me videre. [Uenit hora: ut glorificetur filius hominis.] Qui quidem glorificatus eſt tripliciter. Primo in ſua paſſione. Heb.5. Non ſemetipſum glorificauit ut pontifex fieret ſcilicet in ara crucis: ſed qui locutus eſt ad eum rč. Et ſm hoc dicit [Uenit hora ut clarificetur filius hominis.] id eſt patiatur: quia ante eius paſſionez gentes non conuertentur ad eum: in qua quidez paſſione clarificatus fuit: ꝛ quantum ad ſigna viſibilia: ſicut in obſcuritate ſolis: in ſciſſione veli: ꝛ aliis huiuſmodi. Et quantum ad ſigna inuiſibilia: ſicut in triumpho quo palam in ſemetipſo de tartareis principibus triumphauit (ut dicitur Col. 2.) Ideo autem ſupra dixit. Nondum uenit hora mea: quia nondum parata erat deuotio gentium ſicut modo. ¶ Secundo clarificatus fuit in reſurrectione: ꝛ aſcenſione. Prius enim oportuit chriſtum reſurgere: ꝛ in celum aſcendere: ꝛ ſic clarificatus mittere ſpiritum ſanctum in apoſtolos per quos gentes conuertende erant. Supra.7. Nondum erat ſpiritus datus: quia ieſus nondum erat glorificatus. Pſal. Aſcendens chriſtus in altuz rč. ¶ Tertio glorificatus eſt per conuerſionem gentium. Phil.2. Omnis lingua confiteatur quia dominus ieſus chriſtus in gloria rč. ¶ Conſequenter eum dicit.

¶ Amen amen dico uobis: niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit: ipſum ſolum manet.

¶ Inſinuat neceſſitatez ſue paſſionis. Et primo ponit eam. Secundo eius utilitatem ibi [Si autem mortuum fuerit.] Neceſſitas autem ſue paſſionis cauſatur ex conuerſione gentium: que eſſe non poteſt niſi filio hominis per paſſionem ꝛ reſurrectionem glorificato. Et hoc eſt quod dicit [Amen amē dico uobis.] id eſt in ueritate [Niſi granum frumēti rč.] ¶ Circa quod quantum ad litteram ſciendum eſt: ꝙ grano frumenti utimur ad duo: ſcilicet ad panem: ꝛ ad ſemen. Hoc autem quod dicit hic intelligitur de frumento ſm ꝙ eſt ſemen: non prout eſt materia panis. Quia ſm hoc nunꝗ pullulat ut faciat fructum. Dicit autem [mortuum fuerit.] non ꝙ amittat virtutem ſeminatiuā: ſed quia mutatur in aliam ſpeciem. prime Corin.15. Tu quod ſeminas non viuificatur: niſi prius moriatur. Sicut autem uerbum dei eſt ſemen in anima hominis: ſm ꝙ eſt uoce ſenſibili indutum ad fructum bone operationis producendum. Matth.13. Semen eſt uerbum dei. Ita uerbum dei carne indutum eſt ſemen miſſum in mundum: ex quo maxima ſeges pullulare debebat. Unde ꝛ grano ſinapis comparatur. Matth.13. Dicit ergo. Ego ueni ut ſemen fructificandum. Et ideo uere dico uobis [Niſi granum frumenti cadens in terram rč.] id eſt niſi ego moriar fructus conuerſionis gentium non ſequetur. Ideo autem grano frumenti ſe cōparat: quia ad hoc uenit: ut reficeret ꝛ ſuſtentaret mentes humanas: hoc autem precipue efficit panis frumenti. pſal. Panis cor hominis confirmat. Supra.6. Panis quem ego dabo uobis rč. ¶ Sz nunquid non erat conuertenda multitudo gentium niſi per mortem chriſti? Erat quidem ſm dei virtutem: ſed non ſm dei determinationem ordinatam ab ipſo: uel per hunc modum fieret: utpote qui congruentior erat. Hebreo.10. Sine ſanguinis effuſione rč. Infra.16. Si enim non abiero paraclitus non ueniet rč. ¶ Utilitas autē paſſionis ponitur cum dicit.

Frumētū moritur qn in terra mittitur: non ꝙ amittat virtutē ſeminatiuā: ſz ꝙ mutatur i aliam ſpeciem.

Chriſtus ſe cōparat frumenti grano: qꝛ ad hoc uenit ut reficeret ꝛ ſuſtētaret mētes humanas: qđ ꝓcipue facit panis frumenti.

¶ Si autem mortuum fuerit: multum fructū affert.

¶ Quaſi diceret. Niſi cadens in terram per paſſionis humilitatem. Philip.2. Humiliauit ſemetipſuz rč. Nulla utilitas ſequitur: quia ipſum ſolum manet. [Sed ſi mortuum fuerit.] id eſt mortificatus ꝛ occiſus a iudeis [multum fructum affert.] ¶ Et primo quidem fructum remiſſionis peccati. Iſaie 26. Hic eſt omnis fructus: ut tollatur peccatum. Quem quidem fructum attulit paſſio chriſti ſm illud prime Petri.3. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt: iuſtus pro iniuſtis rč. ¶ Secundo uero fructum conuerſionis gentium ad deum. Infra.15. Poſui uos ut eatis: ꝛ fructum afferatis rč. Quem fructum attulit paſſio chriſti. Infra eodem. Ego ſi exaltatus fuero a terra rč. ¶ Tertio fructum glorie. Sap.3. Bonorum laborum glorioſus eſt fructus. Supra.4. Qui metit mercedem accipit ꝛ congregat fructum in vitam eternam. Et hunc fructum etiam attulit paſſio chriſti. Hebr.10. Habemus fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine chriſti: qui initiauit nobis viam bonam ꝛ viuentem rč.

¶ Qui amat animam ſuam: perdet eam.

¶ Hic ponit neceſſitatem mortis aliorum: qui amore chriſti paſſionibus ſe exponunt. Et primo ponit mortis huius neceſſitatem. Secundo ad mortem ipſam hortatur ibi [Siquis mihi miniſtrat rč.] Circa primum duo facit. Primo premittit ſecundum neceſſitatem mortis propter chriſtuz. Secundo ſubdit mortis huius utilitatem ibi [Et qui odit animam rč.] ¶ Dicit ergo quantum ad primum [Qui amat animam ſuam.] Et quidem omnis homo animam ſuam amat. Sed quidam ſimpliciter. Et quidam ſm quid. Amare enim aliquē eſt uelle ei bonum. Ille ergo animam ſuam amat: qui vult ei bonum. Qui ergo vult anime ſue id quod eſt bonum ſimpliciter: ſimpliciter amat eaz. Qui autem vult ei aliquod particulare bonum: amat eam ſm quid. Bona autem anime ſimpliciter ſunt illa quibus anima fit bona: ſcilicet ſummū bonum: quod eſt deus. Qui ergo vult anime ſue bonum diuinum ꝛ ſpirituale: ſimpliciter amat eā. Qui autem vult ei bona terrena: puta diuitias: ꝛ honores: uoluptates ꝛ huiuſmodi: amat eam ſm quid. pſal. Qui diligit iniquitatem odit animam ſuam. Ecc.27. Si preſtes anime tue concupiſcentias ſuas rč. ¶ Poteſt ergo hec littera dupliciter intelligi. Uno modo ſic. [Qui animam ſuā amat.] ſupple ſimplr ad bona eterna [perdet eā.] i. exponet ſe morti ꝓpter chrm: ſed hic nō eſt ſenſus uerus

Bona ale ſūt quibus anima fit bona.

Et ideo dicitur[Qui amat animam ſuam.]ſm qd ſ.ad bona temporalia[perdet eam.]ſimpliciter.ſ. Mat.12.Quid enim proficit homini ſi totum mũdum lucretur:anime autem ſue ⁊c̄. ¶ Et ueritas huius ſenſus patet ex hoc qđ ſequitur[Qui odit animam ſuam in hoc mundo.]Igitur[Qui amat animam ſuam in hoc mundo.]ſ.ad bona mundana[perdet eam.] quantum ad bona eterna. Luce.6.Ue uobis qui ridetis:quia flebitis. Luce.16. Recordare q2 recepiſti bona in vita tua ⁊c̄. ¶ Utilitas autem huius mortis ſubditur cum dicit.

¶ Et qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam eternam cuſtodit eam.

¶ Ideſt qui denegat bona preſentia anime ſue: ⁊ ſuſtinet propter deum que videntur mala in hoc mundo.[In vitam eternam cuſtodit eam.] Mat.5.Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam ⁊c̄. Luc̄.13.Siquis uenit ad me ⁊ non odit patrem ⁊ matrem:adhuc autem ⁊ animam ſuam ⁊c̄. ¶ Attendẽdum autem ꝙ illud quod ſupra de grano frumenti dictum eſt competit huic ſentẽtie Nam ſicut chriſtus miſſus in mundum quaſi qđdam ſemen ad fructificandum. Ita quicquid nobis temporaliter datur a deo: non confertur nobis ut fructus:ſed ut per illud ad fructuȝ eterne remunerationis perueniamus. Uita auteȝ noſtra eſt quoddam temporale donum a deo nobis collatum. Qui ergo eam propter chriſtum exponit fructum multum affert. Hic ergo eſt qui odit animaȝ ſuam.ideſt qui vitam ſuam exponit ⁊ ſeminat propter chriſtum in vitam eternam ⁊c̄.pſal.Euntes ibant ⁊ flebant mittẽtes ſemina ſua. Uenientes autem uenient cum exultatione. Et ſimiliter qui diuitias ſuas ⁊ alia bona que habet exponit propter chriſtum: ⁊ cõmunicat alijs in vitam eternam ⁊c̄. 2.Cor.9.Qui ſeminat in benedictionibus de benedictionibus ⁊ metet ⁊c̄. ¶ Sed quia durum videtur ꝙ homo habeat animam ſuam odio:ideo dñs ad hoc ꝯſequẽter hortatur dicens.

Uita nr̃a ẽqđdam tp̃ale donũ a deo nobis collatum

¶ Siquis mihi miniſtrat:me ſequatur:⁊ ubi ſum ego:illic ⁊ miniſter meus erit.

¶ Et primo ponitur exhortatio. Secundo exhortationis ratio ibi[Siqs mihi miſtrauerit ⁊c̄.]Circa primum tria facit. Primo deſcribit ſuorum fidelium cõditionem. Secundo inducit ad ſui imitationem. Tertio ſubdit imitãtium remunerationem ¶ Et quidem attende quantum ad primum fidelium chriſti dignitatem: quia miniſtri chriſti.2.Corin.9.Miniſtri chriſti ſunt ⁊ ego. Illi ergo chriſto miniſtrant:qui ea que ſunt chriſti querunt:qui cõmoda propria querunt:non ſunt miniſtri chriſti: ſed ſuiipſorum. Phil.5.Omnes que ſua ſunt querunt. Prelati autem ſunt miniſtri inquantum eius ſacramenta fidelibus diſpenſant.prime Corin.4. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros chriſti ⁊c. Item quilibet fidelis qui mandata chriſti ſeruat. ſcđe Cor.6.In omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros ⁊c̄. ¶ Quantum ad ſecundum attende fidelium chriſti gloriam ⁊ nobilitatem. Unde dicit [me ſequatur.]quaſi dicat homines ſequuntur dominos ſuos quibus miniſtrant [Qui]ergo[mihi miniſtrat me ſequat.] ut ſcilicet ſicut ego mortem ſubeo:ut multum fructum afferam:ita ⁊ ipſe.(Sequi autem chriſtum eſt magna gloria ⁊c̄.)Ecc.4.Magna gloria eſt ſequi dominum. Supra.10. Oues mee uocem meam audiunt ⁊c̄. ¶ Quantum ad tertium attende fidelium beatitudinem. Quia[ubi ego ſum.]non ſolum in loco:ſed etiam in ipſa participatione glorie. Matth.24.Ubi fuerit corpus illuc congregabuntur aquile. Apoc̄.3.Qui vicerit faciã illum ſedere ⁊c̄. ¶ Ratio autem exhortationis ſubditur cum dicit.

¶ Siquis mihi miniſtrauerit:honorificabit eum pater meus.

¶ Qui enim miniſtrat chriſto honorat eum pater. Sed ſupra.5.dicitur. Ut omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. Idem eſt ergo honorificare filium ⁊ honorificare patrem. Pater autem dicit.1.Reg.2.Qui glorificauerit me glorificabo eum ⁊c̄. Qui ergo miniſtrat ieſu non ſua querens:ſed que ieſu chriſti honorificabit eum pater ieſu. Non autem dixit:ego honorificabo euȝ:ſed [pater meus.]Quia nondum opinionẽ de eo habebant:ꝙ ſcilicet eſſet equalis patri. ¶ Uel dicendum ꝙ hec dicit in ſignum maioris familiaritatis inquantum ab eodem honorificabuntur a quo ⁊ filius. Nam honorem quem habet filius per naturam:ipſi habebunt per gratiam. Unde Auguſtinus dicit. Maiorem honorem non poterit recipere adoptatus ꝙ̃ ut ſit ubi eſt vnicus. Ro.8. Quos predeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui ⁊c̄.

Nunc anima mea turbata eſt. L. V.

Supra actum eſt de gloria chriſto exhibita a diuerſis hominib⁹. Hic agit de gloria que chriſto exhibetur a deo. Et primo ponit huius glorie petitio. Secũdo ſubditur glorie promiſſio ibi[Uenit ergo uox de celo ⁊c̄.]Circa primum duo facit. Primo premittit anime ſue affectionem. Secũdo proponit petitioneȝ ibi[Et qd dicam ⁊c̄.] ¶ Sed attende circa primum ꝙ eſt mirabile quod dicit. [Nunc anima mea turbata eſt.]Supra enim fideles ſuos exhortatus eſt animam ſuam in hoc mũdo odio habere. Et nunc imminẽte morte audiuimus ipſum dñm dicentem[Nunc anima mea turbata eſt.] Propter quod Auguſtinus dicit. Dñe ſe qui iubes animam meam:turbari video animam tuam. Quale fundamentum queram ſi petra ſuccumbit. Et ideo videndum eſt primum qd ſit hec turbatio in chriſto. Secũdo quare noluit eam ſubire. ¶ Sciendum eſt autem quantum ad primuȝ ꝙ proprie dicit̃ turbari aliquid quãdo cõmouet̃. Unde ⁊ mare cõmotum dicimus eſſe turbatum. Quandocũqȝ aliquid excedit modum ſue quietis ⁊ tranquillitatis tunc illud dicitur turbari. In anima auteȝ humana eſt pars ſenſitiua:⁊ pars rationalis. In ſenſitiua quideȝ parte anime accidit turbatio:quãdo aliquibus motibus cõmouetur.puta cum timore cõtrahitur:ſpe eleuatur:gaudio dilatatur:ſeu aliqua alia paſſione afficitur. Sed hec quidem turbatio quandoqȝ quidem ſub ratione ſiſtit:quandoqȝ vero limitem rationis excedit:cum ſcilicet ipſa ratio perturbatur. Quod quidem plurries in nobis contingit. Sed in chriſto hoc locuȝ non habet:cum ſit ipſa ſapientia patris:nec etiam in aliquo ſapiente. Unde ſententia ſtoicorum eſt ꝙ ſapiens non turbatur:ſcilicet quantum ad rationem. Secundum hoc ergo eſt ſenſus.[Nunc anima mea turbata eſt.]ideſt affecta eſt paſſionibus timoris: ⁊ triſtitie quantum ad ſenſitiuam: qui-

Aliqd dicitur turbari qñ cõmouetur.

In aĩa humana ẽ ps ſenſitiua ⁊ rõnalis.

bus tamen ratio non turbatur: nec ſuum ordinē deſerebat. Matth.14. Cepit ieſus pauere ⁊ tedere. Huiuſmodi autem paſſiones aliter ſunt in nobis: ⁊ aliter fuerūt in chriſto. In nobis enim ſunt ex neceſſitate inq̄tū q̄ſi ab extrinſeco cōmouemur ⁊ afficimur. In chriſto autem non ſunt ex neceſſitate: ſed ex imperio rationis: cum in eo nulla paſſio fuerit: niſi quam ipſe concitauit. Nam intātum inferiores vires erāt ſubdite rationi in chriſto: ꝙ nihil agere ⁊ pati poterant: niſi quod eis ratio ordinabat. Et ideo dicit̄ ſupra.11. ꝙ ieſus infremuit ſpiritu ⁊ turbabat ſemetipſum. pſal. Cōmouiſti terraꝫ. i. humanaꝫ naturam: ⁊ turbaſti eam. Sic ergo turbata eſt anima chriſti: ꝙ nec cōtra rationem: ſed ſꝫ rationis ordinem turbatio in eo fuit. ¶ Quantuꝫ ad ſecūdum autem ſciēdum eſt ꝙ dn̄s turbari uoluit propter duo. Primo q̄dem propter fida documenta: ut ſcilicet ueritatem humane nature approbaret. Et ideo iam ad paſſionem appropinquans omnia humanitus agit. Secūdo ꝑpter exemplum. Nam ſi omnia cōſtanter egiſſet: ⁊ nullaꝫ paſſionem ſenſiſſet in anima: non fuiſſet ſufficiens exemplum ad mortem ſuſtinendam hominibus. Et ideo turbari uoluit: ut cum turbamur nō recuſemus mortem ſuſtinere: nec deficiamus. Hebr̄.4. Non habemus pōtificem qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris: tentat̄ per omnia ⁊c̄. Unde ex hoc apparet continuatio cum precedentib⁹ q̄ enim dixerat. Qui odit animam ſuam in hoc mundo ⁊c̄. In quo ad paſſionē diſcipulos exhortatus fuerat: ne dicant aliqui. O dn̄e ſecurus potes diſputare ꝓbari de morte: qui extra dolores humanos exiſtens propter mortem non turbaris Et ideo ut hoc excluderet turbari uoluit. Hec autē chriſti turbatio naturalis fuit. Naꝫ ſicut anima naturaliter amat corporis vnionem: ita ⁊ naturaliter refugit eius ſeparationem: preſertim cum ratio chriſti permiſerit agere anime ⁊ viribus inferioribus que eis proprie erant. ¶ Propter hoc etiaꝫ quod dicit[Nunc anima mea turbata eſt ⁊c̄.] Deſtruitur error Arrij ⁊ Apollinaris dicētium in chriſto non eſſe animam: ſed uerbum loco eius. ¶ Cōſequenter ponit dn̄s petitionem glorie dicens.

In chriſto vires inferio. erāt ſubdite rōni: ita ꝙ nihil agere uel pati poterāt niſi qḋ eis ratio ordinabat.

¶ Et quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in horam hanc: Pater clarifica nomen tuum.

¶ Ubi dominus transfert ad ſe affectum hominis turbati. Ad cuius modum quatuor circa ſuam petitionem facit. Primo enim ponit queſtionem deliberantis. Secundo proponit petitionem que ex vno motu procedit. Tertio per rationem illū motum excludit. Quarto ponit aliam petitionem ex alio motu cauſatam. ¶ Queſtionē autem dubitātis proponit quod naturale eſt hominibus in anguſtijs conſtitutis qḋ deliberent. Unde philoſophus in rhetoricis dicit: ꝙ timor facit conſiliatiuos. Ideo chriſtus poſt manifeſtationem ſue turbationis ſtatim ſubdit[Et quid dicam?] quaſi diceret. Quid faciēdum eſt poſt turbationem? Simile habet̄ in pſal. Timor ⁊ tremor uenerunt ſuper me. Et ſtatim ſequit̄. Quis dabit mihi pennas ſicut columbe ⁊c̄. Nam anguſtiati ⁊ paſſione turbati grauantur: ⁊ auxilium querunt quo liberentur. ¶ Petitionem ex vno motu cauſatam ponit: q̄a cum quis eſſet in ambiguo quid agere debeat debet recurrere ad deum. 2. Paralipo. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus: hoc ſolum habemus refugij ut oculos ⁊c̄. pſal. Leuaui oculos meos in montes: vnde ueniet auxiliuꝫ mihi. Et ideo ad patrem recurrens dicit[Pater ſaluifica me.] id eſt libera me a tribulatione que imminet in hora paſſionis. pſal. Saluum me fac domine: quoniam intrauerunt aque uſq̄ ad animam meam. Et (ut Auguſtinus dicit) Ideꝫ eſt quod hic dominus dicit. Nunc anima mea turbata eſt. Et[Pater ſaluifica me.] cum eo quod dicit Mat. 26. Triſtis eſt anima mea ⁊c̄. ¶ Sed notandum ꝙ hec petitio non proponitur ex proprio motu rationis: ſed ipſa ratio quaſi aduocata loquitur in perſona naturalis affectionis: que deſiderabat non mori. Et ideo ratio deſignat motum affectionis naturalis in hac petitione. ¶ Ex quo ſoluit̄ queſtio que fieri conſueuit. Quia (ut dicitur ad Hebreos.5.) In omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia. Et tamen in hoc quod petijt non fuit exauditus. ¶ Ad quod dicendum ꝙ in illis eſt exauditus que ipſa ratio ex parte ſua petebat: ⁊ ut exaudienda. Hoc autem quod hic petit non proponit ex parte ſua: nec ut exaudienda: ſed ut exprimens naturalem affectū. Et ideo ſm Criſoſtomum legitur interrogatiue. [Et quid dicā?] Nunquid hoc[pater ſaluifica me ex hac hora?] quaſi diceret. Non dicā hoc. ¶ Petitionem autem hanc ex motu naturalis appetit⁹ propoſitam repellit dicens[Propterea ueni in horam hanc.] quaſi diceret. Non eſt iuſtuꝫ ut liberer ex hac hora paſſionis. Quia ideo ueni ut paterer non fatali neceſſitate ductus: non humana violētia coactus: ſed ſponte oblatus. Iſa.55. Oblatus ē quia ipſe uoluit. Supra.5. Nemo tollet eam. ſcilicet animam meam a me: ſed ego pono. ¶ Petitionē autem ſuam proponit ratio cum dicit[Pater clarifica nomen tuum.] ¶ Ubi per [nomen tuum.] poſſumus duo intelligere. ſcilicet ipſum filiuꝫ. Nomen eniꝫ a notitia dicit̄ quaſi notamē. Un̄ nomē eſt quo manifeſtatur res. Filius autem manifeſtat patrem. Infra.16. Pater manifeſtaui nomen tuum ⁊c̄. Et de hoc nomine dicit̄ Iſaie.30. Ecce nomen domini uenit de longinquo. Eſt ergo ſenſus [Pater clarifica nomen tuum.] ideſt filium tuum. Infra 13. Clarifica me pater claritate ⁊c̄. ¶ Uel nomē domini eſt notitia patris. Et tunc eſt ſenſus. Fac hoc [Pater clarifica nomen tuuꝫ.] ideſt fac illud quod gloria eſt tui nominis. Et in idem redit: q̄ clarificato filio clarificatum eſt nomen patris. Ideo autem hoc dicit: quia paſſione filius glorificandus erat. Phil.2. Factus eſt obediēs patri uſq̄ ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum. quaſi dicat. Affectus naturalis petit ut ſaluer: ſed ratio petit ut clarificetur nomē tuum. i. ut filius patiatur: q̄ ſ. paſſione chriſti notitia dei clarificāda erat. Nam ante paſſionem deus notus erat in iudea tm̄: ⁊ in iſrael magnum nomē e⁹ Sed poſt paſſionem ſuam nomen eius clarificatum eſt in gentibus. ¶ Conſequenter cum dicit.

Chriſtus exauditus fuit qn̄ nō ex pte ſua petebat: ſꝫ qn̄ nō ex pte affectionis nālis petebat: nō ut exaudiēda: ſed niſi exp̄mēs affectū: ubi non fuit exaudit⁹

Nomē a notitia dicitur.

¶ Uenit ergo uox de celo dicens. Et clarificaui: ⁊ iterum clarificabo.

¶ Ponitur glorie promiſſio. Et primo inducitur uox gloriam promittentis. Secūdo ponit̄ opinio turbe deuote dubitāns ibi[Turba aūt que ſtabat ⁊c̄.] Tertio pōit̄ expō. ꝓlate uocis ibi[R̄ndit ieſus

⁊ dixit. Non propter me ⁊c̃.] Dicit ergo quantum
ad primum [Uenit ergo vox de celo.] Uox iſta
vox eſt dei patris: ſicut illa que ſupra chriſtum ba
ptiçatum. Mat. 3. Hic eſt filius meus dilectus. Et
ſimilr̃ que venit ſup̃ eum transfiguratum. Mat.
17. Lȝ autem omnis talis vox formata ſit virtute to-
tius trinitatis: ſpecialiter tamẽ formaſ ad repreſẽ
tandum perſonam patris. Unde ⁊ vox patris di-
citur: ſicut columba formata eſt a tota trinitate ad
ſignificãdam pſonam ſpũs ſancti: ⁊ ſimiliter cor-
pus chriſti a tota trinitate formatum eſt: ſed ſpecia
liter a pſona verbi aſſumptum: q2 ad hoc forma-
tum eſt: ut ei vniretˀ. Uox ergo iſta duo facit. Pri-
mo manifeſtat preteritum dicens [⁊ clarificaui.] i.
clarum genui ab eterno: q2 filius non eſt niſi que-
dam claritas ⁊ ſplẽdor patris. Sap̃. 1. Candor eſt
lucis eterne ⁊c̃. Heb. 1. Qui cum ſit ſplẽdor glorie
⁊c̃. Uel [clarificaui.] In natiuitate: quãdo angeli ce
cinerunt: Gloria in excelſis deo. Luc. 2. ⁊ in mira-
culis per eum factis. Secũdo prenũciat futurum.
[Et iterum clarificabo.] In paſſione in qua trium-
phauit de diabolo: ⁊ in reſurrectione: ⁊ in aſcẽſio-
ne: ⁊ in totius mundi cõuerſione. Act. 3. Deus pa
trum noſtrorum clarificauit ⁊c̃. ¶ Opinio turbe du
bitantis de voce ponitur cum dicit.

¶ **Turba ergo que ſtabat ⁊ audierat dicebat
tonitruum eſſe factum. Alij autem dicebant
Angelus ei locutus eſt.**

¶ In qua quidem turba ⁊ in omni turba quidã erãt
groſſioris ⁊ tardioris intellectus: quidam vero acu
tioris: quilibet omnes imp̃fecte ſe haberẽt ad ipſius
vocis cognitionem. ¶ Nam deſidioſi ⁊ carnales:
non perceperũt vocem ipſam niſi quãtum ad ſo-
num. Et ideo dicebant [tonitruũ factum eſſe.] ſed
non uſquequaq3 decipiebantˀ. Uox enim dñi to-
nitruum erat: tum q2 mirabilem ſignificationẽ ha
bebat: tum q2 maxime continebat. Job. 26. Cum
vix paruam ſcintillaȝ ſermonũ eius ⁊c̃. pſal. Uox
tonitrui tui in rota. ¶ Acutiores vero perceperunt
de ipſa voce q̄ eſſet ſonus vocis articulate ⁊ ſigni
ficatiue. vnde dixerũt eam eſſe locutionẽ. Sed cre-
dentes chriſtum eſſe purum hoiem defecerunt: lo
cutionem illam angelo tribuẽtes. Unde dicebant
[Angelus ei locutus eſt.] qui quidem ſimilia patie
bantur diabolo: qui credebat chriſtum angelorũ
adminiculo indigere. Unde dicebat Mat. 4. An-
gelis ſuis mandauit de te ⁊c̃. Non enim angelorũ
cuſtodia indiget ⁊ adiutorio: ſed ipſe angelos glo
rificat ⁊ cuſtodit. ¶ Expoſitio vocis ſubdiˀ cum
dicit.

¶ **Reſpondit Ieſus ⁊ dixit. Non propter me
hec vox venit: ſed propter vos.**

¶ Et primo exponit vocem plátam. Secundo po
nit cõtradictionem ibi [Reſpõdit ei turba.] Tertio
ſubdit dñi reſpõſionem ibi [Dicit ergo eis Ieſus.]
Circa primum duo facit. Primo ponit cauſaȝ vo-
cis. Secũdo ſubdit eius ſignificationem ibi [Nũc
iudicium eſt mũdi ⁊c̃.] ¶ Sciẽdum eſt circa p̃mũ
q̄ q2 dixerant. Angelus locutus eſt ei. (Angelus
autem loquiˀ alicui reuelando ad utilitatem eius
cui loquitur: ſicut patet Apoc. 1. ⁊ Eze. 1.) Ideo dñs
oſtendens ſe non indigere alicuius vocis: ſeu an-
gelice reuelationis adminiculo dicit [Nõ propter
me.] ſ. inſtruẽdum [venit hec vox: ſed ꝓpter vos.]
Nihil enim ſignificauit quod ipſe ante neſciret: q2

in ipſo ſunt omnes theſauri ſapientie ⁊ ſciẽtie dei
abſconditi: ita ut nouerit omnia que pater nouit.
[ſed ꝓpter vos venit.] ſcilicet inſtruẽdos. In quo
datur intelligi q̄ multa diſpenſatiue circa chriſtuȝ
propter nos facta ſunt: non q̄ eis chriſtus indige-
ret. Rom. 15. Quecũq3 ſcripta ſunt ad noſtram do
ctrinam ⁊c̃. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ **Nunc iudicium eſt mundi.**

¶ Ponit vocis ſignificationem. Et primo ponit iu
dicium quo erat glorificãdus. Secũdo ſubdit iu-
dicij effectum ibi [Nunc princeps mundi huiˀ ⁊c̃.]
Et tertio clarificationis modum ibi [Et ſi ego ex-
altatus ⁊c̃.] Dicit ergo [Nunc iudicium eſt mũdi.]
¶ Sed ſi hoc eſt: quid ergo expectamus q̄ domi
nus veniat iterum iudicaturus? ¶ Ad quod dicẽ
dum q̄ iam venit ad iudicãdum iudicio diſcretio
nis quo diſcerneret ſuos a non ſuis. Supra. 9. In
iudicium ego in hũc mũdum veni. Et de hoc di-
cit [Nunc iudicium eſt mũdi.] Sed vẽturus eſt ad
iudicãdum iudicio cõdẽnationis: ad quod primo
non venit. Supra. 3. Non enim miſit deus filium
ſuum in mũdum: ut iudicaret ⁊c̃. ¶ Uel dicendũ
q̄ duplex eſt iudicium. Unum quo cõdemnatur Iudiciuȝ du-plex: diſcretionis. ſ. ⁊ cõdẽnationis.
mundus: ⁊ de hoc non dicitˀ hic. Aliud eſt iudiciũ
mundi quo iudicaˀ pro mundo inquantum mun-
dus a ſeruitute diaboli liberatur. Hoc modo intel-
ligitur illud pſal. Judica dñe nocẽtes me ⁊c̃. ⁊ hec
duo in idem redeũt: q2 hoc ipſo q̄ iudicaˀ pro mũ
do excluſo diabolo diſcernuntur boni a malis.
¶ Effectus iudicij eſt excluſio diaboli. Unñ dicit.

¶ **Nunc princeps huius mundi eicietur fo
ras.**

¶ Per virtutem paſſionis chriſti. Unde ſua paſſio
eſt eius clarificatio: ut quaſi per hoc exponat qđ
dicit. Et clarificabo. inquãtuȝ ſcilicet [princeps hu
ius mundi eicietur foras.] quaſi per paſſionem vi
ctoriam de diabolo habeat. prime Joã. 3. In hoc
apparuit filius dei: ut diſſoluat op̃a diaboli. ¶ Sȝ
circa hoc dubitatur de tribus. Primo de hoc qđ Dubiũ p̃mũ.
dicit diabolum principem huius mundi. Ex quo
Manichei dicunt eum creatorem ⁊ dñm omniuȝ
viſibilium. ¶ Ad hoc dicendum q̄ diabolus dici Reſpõſio p̃ma. Diabolus eſt p̃nceps huiˀ mũdi nõ naturali dñio: ſȝ uſurpatiue.
tur princeps mundi huius: non naturali dominio
ſed uſurpatione: inquantum homines mundani
contẽpto vero dño ſe ſibi ſubdiderunt. ſecũde Co
rin. 4. Deus huius ſeculi excecauit ⁊c̃. Eſt ergo p̃n
ceps mundi huius inquãtum in mũdanis homi-
nibus principatur (ut Auguſtinus dicit.) qui to-
to orbe terrarum diffuſi ſunt. Nam nomen mun- Mũdi nomẽ qñq3 ſumiˀ in malã p̃tẽ pro hoiб. ſ. qui mũdũ amant qñq3 in bonã p̃tẽ pro bonis hoibus.
di quãdoq3 accipitur in malam partem pro ho-
minibus mundum amantibus. Supra. 1. Mũdus
eum non cognouit. Quãdoq3 autem in bonã pro
bonis hominibus ſicut hoc in mundo viuẽtibus
ut tamen eorum cõuerſatio ſit in celis. 2. Corin. 5.
Deus erat in chriſto mundum reconcilians ſibi.
¶ Secundo dubitaˀ de hoc quod dicit [eicieˀ fo- Sc̃dm dubiũ.
ras.] Nam ſi eiectus eſſet foras: non ita tẽtaret nũc
ſicut ante tentabat: cum tamen tentare non deſie-
rit. Non ergo eiectus eſt. ¶ Ad quod dicendũ eſt Sc̃da rñſio.
ſm Auguſtinum: q̄ lȝ diabolus tentet homines q̄
deſierunt eſſe de mundo: non tamen eo modo ten
tat quo prius: q2 tunc tentabat ⁊ regnabat ab in-
teriori: ſed poſtmodum ab exteriori tm̃. Nam q3-
diu homines ſunt in peccato: tunc regnat ab inte
riori ⁊ tentat. Romanorum ſexto. Non regnet

peccatū in veſtro ⁊c̄. Sic ergo eiectus eſt foras: q̄ effectus peccati in homine non eſt ab interiori: ſed ab exteriori. ❡ Tertio querit̄ de hoc quod dicit. [Nūc princeps mūdi huius eiiciet̄ ⁊c̄.] Ex quo videt̄ ſequi q̄ ante paſſionē chriſti nō erat eiect⁹ foras: ⁊ per ꝯñs eum tūc eiiciat̄ foras quādo homines liberant̄ a peccatis: q̄ Abraā: Iſaac: ⁊ alij veteris teſtamēti non fuerūt liberati a peccato. ❡ Ad quod dicēdum eſt ſcḋm Auguſtinū q̄ ante paſſionē chriſti eiectus erat a ſingularibus ꝑſonis: ſed non a mūdo ſicut poſt. Nam illud qḋ tunc in pauciſſimis hoībus factū eſt: nūc in multis magniſq̄ populis iudeoꝝ ⁊ gētium ad chriſtū cōuerſis virtute paſſionis chriſti factū eſſe dinoſcit̄. ❡ Uel dicēdum q̄ diabolus eiicit̄ per hoc q̄ hoīes liberātur a peccato: ſed ante paſſionē chriſti oēs iuſti liberati erāt a peccato: ſed non totaliter: q̄ adhuc detinebant̄ ne introducerent̄ in regnū. Et quātū ad hoc in eis aliq̄d iuris habebat: qḋ tamē per paſſionē chriſti totaliter ſublatū eſt: quādo flāmeus gladius amotus eſt: quādo dictum eſt homini. Hodie mecū eris in paradiſo. ❡ Modus aūt paſſiōis eſt per exaltationē. Unde dicit.

Tertia dubi.

Pria rnſio.

Alia rnſio.

❡ Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad meipſum: hoc autem dicebat ſignificans qua morte eſſet moriturus.

❡ Circa qḋ ſciēdum q̄ Criſoſtomus vtit̄ tali exēplo. Qḋ ſi aliq̄s tyrānus qui cōſueuiſſet aliquos ſubditos opprimere: ferire: ⁊ in vincula mitte: deinde ex eadē demētia etiā eum qui in nullo ſibi ſbdit: eodē modo afficiat: ut in eūdem carcerem ducat. Merito hoc etiam alioꝝ qui ſibi ſubijciebant̄ dñio priuari debet. Ita ⁊ chriſtus cōtra diabolū fecit. Diabolus enim ꝓpter peccatū primi parētis aliqḋ ius habebat in hoībus. vñ poterat aliquo modo iuſte in eos ſeuire. Quia vo etiā in chriſto i quo nullum ius habebat ſimilia tētare auſus eſt. (Dum eum tētator inuaſit) in quē non hēbat q̄cq̄ (ut dicit̄. J. 13.) Ideo dignū fuit ut etiam dñio ꝑuaret̄ per mortē chriſti. Et hoc eſt qḋ dicit. [Si exaltatus fuero a terra oīa traham ad me ⁊c̄.] Ubi ꝑmo ꝑmittit modū mortis. Secūdo euāgeliſta exponit qḋ dicit ibi [Hoc autē dicebat ⁊c̄.] ❡ Modus aūt mortis eſt per exaltationē in ligno crucis. ❡ Expō aūt eſt q̄ in hoc ſignificauit [qua morte eſſet moriturus.] ❡ Sciēdum eſt aūt q̄ duplici de cauſa dñs voluit mori morte crucis. ❡ Una q̄dē ꝓpter mortis turpitudinē. Sap. 2. Morte turpiſſima cōdēnemus eum. Unde ⁊ Auguſtin⁹ dicit. Jō hoc mō dñs mori voluit: ut hoīem neq̄ ipſa mortis turpitudo a ꝑfectione iuſtitie repellat. ❡ Secūdo: q̄ ſic mors eſt per modū exaltatiōis. Unde ⁊ dñs dicit [Si exaltatus fuero.] Qḋ q̄dem gen⁹ mortis ꝯueniebat fructui: cauſe: ⁊ figure paſſionis. ❡ Fructui q̄dem: q̄ per paſſionē erat exaltandus Phil. 2. Factus eſt obediēs uſq̄ ad mortē ⁊c̄. propter qḋ ⁊ deus exaltauit illum ⁊c̄. Et ideo pſal. dicebat. Exaltare dñe in virtute tua. ❡ Cāe vo paſſionis cōueniebat dupl̄r: q̄ ⁊ ex parte demonis: ⁊ ex parte hoīum. ❡ Ex parte q̄dem hoīum: quia pro ipſoꝝ ſalute moriebat̄ (ipſi autem perierant.) q̄ deiecti ⁊ demerſi erāt ad terrena. Pſal. Statuerunt oculos ſuos declinare in terraꝫ. Uoluit ergo mori exaltatus: ut corda noſtra ad celeſtia eleuaret Sic enim ipſe eſt via noſtra in celum. ❡ Ex parte vo demonū: ut ſ. eos qui in aere principatū ⁊ poteſtatem exercebāt: ipſe eleuatus in aera cōculcat. ❡ Figure vo cōueniebat: q̄ dñs fieri precepit ſerpētem eneum in deſerto (ut habetur Numeri. 21.) Supra. 3. Sicut moyſes exaltauit ſerpētē in deſerto: ita exaltari oportet filiū hoīs ⁊c̄. Sic ergo exaltatus [oīa traham.] per charitatē. [ad meipſuꝫ.] Hiere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te ⁊c̄. In hoc etiam maxime apparet charitas dei ad hominem inquātum pro ipſis mori dignatus eſt. Rom. 5. Comendat deus ſuam charitatē in nobis ⁊c̄. In hoc cōpleuit quod ſpōſa petit Cant. 1. Trahe me poſt te ⁊c̄. ❡ Notādum eſt aūt q̄ trahit pater: trahit ⁊ filius. Supra. 6. Nemo pōt venire ad me niſi pater ⁊c̄. Ideo autem dicit hic [oīa trahā.] ut oſtēdat q̄ eadem eſt opinio utriuſq̄. Dicit autem [omnia.] non oēs. Quia non oēs trahuntur ad filium. [omnia] inq̄ [traham.] i. animā ⁊ corpus. Uel oīa genera hoīum: ſcilicet gētiles ⁊ iudeos: ſeruos ⁊ liberos: mares ⁊ femias. Uel omnia ꝑdeſtinata ad ſalutem. ❡ Et notādum q̄ hoc ipſum quod dicit omnia trahere ad ſeipſuꝫ eſſe principē huius mūdi foras eicere. Non enim eſt cōuētio chriſti ad belial: nec lucis ad tenebras.

Quare chrũs voluit morte crucis mori: duplex aſſignatur cauſa.

Mors crucis ꝯuēit fructui cauſe ⁊ figure paſſionis.

Responditei turba. Nos audiuimus ex lege: quia chriſtus manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Et quis eſt iſte filius hominis? LE. VI.

Poſita promiſſione de glificatione domini ⁊ expoſitione vocis. Hic conſequenter ponit̄ dubitatio turbe. Ubi primo introducit auctoritatē legis. Secūdo ex ea dubitationē mouet ibi [Et quomodo tu dicis.] Dicit ergo q̄tum ad primum [Rñdit ei turba.] ſcilicet domino de ſua morte loquenti [Nos audiuimus ex lege.] Lex hic accipitur communiter pro tota ſcriptura veteris teſtamenti. [q̄ chriſtus in eternum manet.] Et hoc poteſt ex multis locis veteris teſtamenti haberi: ⁊ precipue Iſa. 9. Multiplicabitur eius imperium: ⁊ pacis eius non erit finis. Danielis. 7. Poteſtas eius poteſtas eterna ⁊c̄. ❡ Et ex hac auctoritate duas dubitationes formāt. Unaꝫ de facto: aliam de perſona. ❡ De facto cum dicūt [Quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis.] Sed cum chriſtus non dixerit oportet exaltari filium hoīs. Sed ego ſi exaltatus fuero ⁊c̄. Quomodo iudei dicunt [oportet exaltari filium hominis?] ❡ Sed dicendum q̄ iudei iam aſſueti erant in verbis domini. Unde memoriter tenuerunt q̄ dicebat ſeeſſe filium hoīs. Ideo cum dixit Ego ſi exaltatus fuero a terra ⁊c̄. Pro eodem intellexerunt: ac ſi dixiſſet. Si filius hominis eſſet exaltatus (ut Auguſtinus dicit.) ❡ Uel dicenduꝫ q̄ lꝫ hic non fecerit mentionem de filio hominis: tamen ſupra. 3. hoc dixit [Oportet inq̄ exaltari filiū hominis.] ❡ Sed videtur hoc quod iſ ſi dicunt. [Oportet exaltari ⁊c̄.] In nullo contrariari ei qḋ dixerant [q̄ chriſtus manet in eternum.] ❡ Sed dicendum ad hoc: q̄ quia dominus conſueuerat eis parabolice loqui: ideo multa eoꝝ que dicebantur intelligebant. Unde ⁊ hoc quod dominus dixit: exaltationem in mortem crucis ſuſpicati ſunt. Supra octauo. Cum exaltaueritis filium hominis tunc ⁊c̄. ❡ Uel dicendum q̄ hoc ideo

Dubitatio.

Reſponſio.

Alia rnſio

Dubitatio.

Rnſio.

Alia rnſio

intellexerũt: qꝛ iam id facere cogitabãt. Uñ eis v̄-
boꝝ iſtoꝝ intellectũ nõ apuit acumē ſcie: ſꝫ ſtimula
ta cõſcia malitie. ℂ Sed attēde coꝝ malitiã: qꝛ nõ
dicũt [Nos audiuimus ex lege] ꝙ chꝛs nihil patiẽ
Nam in multis locis de paſſione ⁊ reſurrectiõe eiꝰ
agiẽ: ſicut illud Iſa. 53. Tanq̃ꝫ ouis ad occaſionem
⁊c̄. Et illud pſal. Ego dormiui ⁊ ſoporatus ſũ ⁊c̄.
Sed dicũt [qm̃ chꝛiſtus manet in eternũ.] Cuiꝰ ra-
tio eſt: qꝛ in hoc nulla fuiſſet ꝯtrarietas: cũ imorta-
litati chꝛiſti ex paſſione eius nullũ factũ fuiſſet ipe
dimētum. Uolebãt enim oſtēdere eum ideo nõ eē
chꝛiſtũ [qm̃ chꝛiſtus manet in eternũ.] (ut Criſ. di
cit.) ℂ De pſona aũt qõnem mouēt cum dicunt.
[Quis eſt iſte filius hoīs?] Hoc ideo querũt: quia
Dañ. 7. dicit. Uidi ⁊ ecce quaſi filius hoīs ⁊c̄. quia
per illum filiũ hoīs intelligebãt chꝛiſtũ. quaſi dice
ret. Dicis ꝙ opꝫ exaltare filiũ hoīs. Et filius homi
nis quē intelligimus chꝛiſtum manet in eternum.
[Quis eſt] ergo [iſte filius hoīs?] Si nõ manet in
eternũ: nec eſt chꝛiſtus. In hoc aũt repꝫhendenda
eſt coꝝ tarditas: qꝛ adhuc dubitant poſt tot viſa:
tot audita: an ipſe eēt chꝛiſtus. Ecc̄. 22. Cuꝫ dormi-
ente loquiẽ qui narrat ſtulto ſapiētiam. ℂ Conſe-
quenter cum dicit.

ℂ Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicum lu
men in uobis eſt.

ℂ Satiſfacit dñs coꝝ dubitationi aliq̃liter. Et pri-
mo cõmēdat bonum qđ hēbãt. Scđo hoꝛtaẽ eos
ad ꝓfectũ ibi [Ambulate ⁊c̄.] Tertio admonitionē
exponit dicēs [Dum lucē ⁊c̄.] Dixit ergo eis ieſus
Adhuc modicũ lumē ⁊c̄.] Qđ qdē pōt dupl'r legi
ℂ Uno mõ ſm Augm: ut. ſ. [modicũ] ſit adiectiuũ
Expõ Aug. determinãs hoc qđ dicit [lumē.] q̃ſi dicat qđdam
lumē in uobis eſt inquãtum recognoſcatis ꝙ chꝛi
ſtus manet in eternũ. Hec enim v̄itas quedam eſt.
Oīs aũt manifeſtatio ueritatis eſt quoddã lumen
Ois v̄itatis manifeſtatio ē qđdã a deo lumē infuſuꝫ. infuſum a deo. Sed tñ lumē iſtud: qđ eſt in uobis
[modicũ eſt] qꝛ lꝫ cognoſcatis chꝛiſti eternitatem:
eius tñ mortē ⁊ reſurrectionē nõ creditis. In quo
patet ꝙ nõ hētis fidē ꝑfectã. Iſtis ergo ꝯuenit qđ
dictũ eſt Petro Mat. 14. Modice fidei: q̃re dubita
ſti? ℂ Scđm Criſoſtomũ v̄o dicit [Adhuc modi-
Expõ Criſo. cuꝫ.] ſ. tēpus erit ꝙ [lumē in uobis eſt.] i. ego qui
ſum lumē: quaſi diceret. Paruo tpe ego lux uobiſ
cum ſum. Infra. 16. Modicũ ⁊ iã nõ videbitis me.

ℂ Ambulate duꝫ lucem habetis: ut nõ uos
tenebꝛe compꝛehendant.

ℂ Et ideo ꝯñter exhoꝛtaẽ eos ad cõplemētuꝫ ⁊ ꝓ
fectũ boni. Et pꝛimo ponit ſuam exhoꝛtationem.
Secũdo oſtēdit ꝑiculũ imminēs niſi ꝓficiant ibi
[Qui ambulat in tenebꝛis ⁊c̄.] Dicit ergo. Dico ꝙ
modicũ lumē habetis: tñ dũ illud hētis [ambula-
te.] i. accedite ⁊ ꝓficite: ut ſil'r cũ eternitate itelligatis
moriturũ chꝛm̃: ⁊ reſurrecturũ. Et h' ſm ꝑmam ex
poſitionē. ℂ Uel [Ambulate ⁊c̄.] i. dum uobiſcuꝫ
ſum ꝓficite ⁊ ſatagite ſic me hēre: ut nunq̃ꝫ perda
tis. pſal. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt. Et
hoc [ne tenebꝛe.] infidelitatis: ignorãtie: ⁊ ꝑpetue
dãnationis [uos cõpꝛehendãt.] ⁊ ſic ulterius ꝓce
dere nõ poſſitis. Tūc enim h'ō compꝛehēdiẽ tene-
bꝛis: qñ totaliter in infidelitate demergiẽ: qđ eſſet:
ſi eo modo crediderit is chꝛiſti eternitatē. ut nege-
tis in eo mortis humilitatē. Iob. 3. Uiro cui abſcõ
dita eſt via. Ecc̄. 36. Oēs inuoluimur quippe tene-
bꝛis. ℂ Periculuꝫ imminēs niſi proficiant ſubdit
dicens.

ℂ Et qui ambulat in tenebꝛis neſcit quo ua-
dat.

ℂ Nam lumē ſiue exterius ſiue interius dirigit ho
minē. Exterius qdē dirigit quãtum ad exteriores
actus coꝛꝑales. Sed interius dirigit ipſam uolun
tatē. qui ergo nõ ambulat in luce nõ ꝑfecte credē-
do in chꝛm̃: ſed [ambulat in tenebꝛis: neſcit quo
uadit.] i. ad quē terminũ dirigaẽ. pſal. Neſcierũt ne
q̃ꝫ intellexerũt: in tenebꝛis ambulãt. Qđ qdem ⁊
ipſis iudeis cõtingit: qꝛ neſciũt qd agãt: ſed ut in
tenebꝛis ambulãtes: putãt qdem rectã incedē viã
⁊ vñ deo placere credũt: magis diſplicēt. Sil'r
⁊ heretici errãtes: vñ mereri credũt in lumine veri
tatis ⁊ grã ꝑriuati potius demerenẽ. Prouerb. 14.
Eſt via que videẽ hoī recta ⁊c̄. ℂ Cõñter cũ dicit

ℂ Dum lucem habetis credite in lucem: ut
filij lucis ſitis.

ℂ Exponit qđ dixit. ſ. qd ſit ambulare. Et hoc du-
pliciter ſm duas ꝑmiſſas expõnes. Pꝛimo ſm pri
mam [Dum lucē hētis.] i. dum aliqd hētis de noti
tia ⁊ lumine ueritatis. [credite in lucē.] i. in ueritatē
ꝑfectã [ut filij lucis ſitis.] i. ut renaſcamini ueritati.
pꝛime Theſal. 5. Nõ ſumus noctis neq̃ꝫ tenebꝛarũ
⁊c̄. ℂ Uel ſm aliam expõnē [Dum luceꝫ hētis.] i.
me qui ſum lux. ſupꝛa. 1. Erat lux uera ⁊c̄. [credite
in lucē.] i. in me: hoc eſt ꝑficite in cognitione mea.
[ut filij lucis ſitis.] qꝛ ex hoc ꝙ creditis in me: eri-
tis filij dei. ſupꝛa. 1. Dedit eis ꝑtãtem filios dei ſieri
his qui credũt in noīe eius.

ℂ Hec locutus eſt ieſus: ⁊ abijt: ⁊ abſcondit
ſe ab eis.

ℂ Hic euãgeliſta narrat factũ qđ fecit ieſus. ſ. ꝙ ab-
ſcõdit ſe. ℂ Sed cum ſupꝛa. 8. legerimus chꝛiſtum Queſtio.
hoc idē feciſſe. In ꝓmptu eſt ratio: qꝛ tulerũt lapi-
des: ut iacerent in eum. Sed hic ſue abſconſionis
nulla ratio aſſignaẽ: ut cũ nec lapides leuarent: nec Reſponſio
euꝫ blaſphemarēt: quare ergo abſcõdit ſe? ℂ Ad
qđ dicēdũ ꝙ dñs ſcrutãs coꝝ coꝛda cognouit fu
rorē ⁊ malitiã coꝝ: quam iam cõceperãt de eo oc-
cidēdo. Uñ uolēs eos ꝑuenire nõ expectauit ut in
opus exirēt: ſed abſcõdēdo ſe coꝝ inuidiã ⁊ iracũ-
diã mitigauit. In quo nobis dedit exēplũ: ut cum
de aliquoꝝ malitia nobis cõſtat: etiã anteq̃ꝫ patra
re ope tētēt: ſugere debemus: nihilominus tamē
dñs oſtēdit facto qđ dixit v̄bo. Dixerat enꝫ. [Am
bulate dum lucē habetis: ut non tenebꝛe ⁊c̄.] Has
tenebꝛas cuiuſmodi ſint inſinuauit per ſuã abſcõ
ſionē. Iſa. 8. Expectabo eum qui abſcõdit ſe ⁊c̄.

CUm autem tanta ſigna feciſſet co- L VII.
ram eis: non credebant in eum.

Supꝛa Euãgeliſta tractauit mł-
tipl'r de glīa chꝛiſti: ex q̃
iudei ex inuidia cõmoti ſunt ad occidē
dum eum. Hic agit de alia occaſione paſſionis eiꝰ.
ſ. de infidelitate iudeoꝝ. Et pꝛimo tangiẽ coꝝ īfide
litas. Scđo ipſa repꝫhēdiẽ a dño ibi [Ieſus autem
clamauit ⁊c̄.] Circa pꝛimũ duo facit. Pꝛimo repꝛe
hēdit infidelitatē oīno non credētiũ. Scđo infide-
litatē coꝝ qui credebãt: tñ in occulto ibi [Uerũtñ
ex ꝑncipibus ⁊c̄.] Circa pꝛimuꝫ duo facit. Pꝛimo
ꝓponit coꝝ mirabilē infidelitatis duritiã. Secun-
do ne credaẽ irrõnabil'r uel foꝛtuitu factũ ſducit ꝓ-
phetiam ibi [Ut ſermo iſaie ꝓphete ⁊c̄.] ℂ Dicit
ergo euãgeliſta quaſi admirãs. Dictũ eſt ꝙ domi-

nus multa ſigna fecit: puta q aquā mutauit in vinū. ſupra .2. q paraliticū curauit. ſupra .5. q illuminauit cecū. ſupra .9. q reſuſcitauit mortuū. ſupra .11. Et tamē cū [tanta ſigna feciſſet corā eis non credebant in eū.] Conſueuerunt ergo dicere. Qd ſignū oſtendis nobis: ut credamus tibi? Sed ecce q euāgeliſta dicit [cū tanta ſigna feciſſet ⁊c̄.] .j.15. Si opera nō feciſſem in eis ⁊c̄. Vn̄ non poterant dicere illud ps. Signa noſtra non vidimus. ¶ Cōſequēter cū dicit.

¶ Ut ſermo Iſaie impleretur quē dixit. Domine quis credidit auditui noſtro: ⁊ brachium domini cui reuelatum eſt.

¶ Introducūtur ad hoc teſtimonia prophetarū. Et primo introducunt̄ prophetie. Secūdo oñdit̄ q de chriſto loquūtur ibi [Hec dixit Iſa. ⁊c̄.] Circa primū duo facit. Primo inducit ꝓphetiā predicentē eoꝝ fidelitatē. Secūdo ſubdit ꝓphetiā predicentē infidelitatis cām ibi [Propterea nō poterāt ⁊c̄.] ¶ Dicit ergo. Dico q nō credebāt in eū [Ut ſermo Iſaie prophete impleret̄ ⁊c̄.] ¶ Ubi ſciendū eſt q li [ut] in ſacra ſcriptura qn̄qʒ accipit̄ cauſaliter ſicut illud ſupra .10. Ego ueni ut vitam habeant. Quandoqʒ aūt tenetur conſecutiue: ⁊ ſignificat euētū futurū. Et ſic accipitur hic. Non enim ideo nō credebant quia predixerat Iſa. ſed quia non erant credituri: ideo predixit. Unde ex non credētibus ſermo Iſa. impletur. Luc. ultiō. Neceſſe eſt impleri oīa que ſcripta ſūt. Mat. 5. Iota vnū aut vnus apex ⁊c̄. ¶ Sed ſi neceſſe erat ut impleret̄ ſermo Iſaie videtur q iudei ſint excuſabiles: de eo q nō crediderūt. (Nō enim poterant facere contra prophetiā.) ¶ Rn̄ſio dicendū q ſic ꝓphetatū erat: ut eorū arbitrio uterentur. Deus eniʒ futurorū preſcius eorū infidelitatē prophetiā predixit non fecit. Non enim ꝓpterea deus quenqʒ ad peccandū cogit: qa futura hominū peccata iā nouit. Illud ergo per peccatū qd iudei fecerunt: dn̄s quē nil latet facturos eos predixit. Quid aūt propheta dicat ſubiungit dicens [Domine quis credidit auditui ⁊c̄.] ¶ Ubi ſciēdū eſt q duplex ē modus credendi. Aliquādo quidem per inſtructionē alterius. Et hic eſt cōis modus credendi. Ro. 10. Fides ex auditu ⁊c̄. Aliquando aūt per reuelationē diuinā. Et hic eſt ſingularis modus. De quo apoſtolus dicit. Neqʒ ab hoīe didici illud ⁊c̄. Iſa. 53. Ergo predixit quidē credentiū raritatē dicēs [Domine quis credidit ⁊c̄.] ¶ Et primo q̄tū ad modū cōmunē qui eſt per iſtructionē: cū dicit. [Quis credidit auditui noſtro.] Qd qdē habet̄ Iſa. 53. Et pōt dupliciter intelligi. Uno mō ut ſit ſenſus [Quis credidit auditui nr̄o.] qd .ſ. nos audiuimꝰ a te. Abdi. 1. Auditum audiuimꝰ a dn̄o exercituuʒ ⁊c̄. ps. Audiam quid loquat̄ in me dn̄s deus. q̄ſi dicat. Nos audiuimꝰ a te: ſed dn̄e quis credet nobis: que de natiuitate ⁊ paſſione tua te loquente audiuimus. Unde ⁊ totū illud capitulū Iſaie loqtur de his. Dicit aūt ꝓphetias audire: ut inſinuet modū illuminationis prophetarum. Nam per viſum accipit homo cognitionē imediate de re viſa ſed per auditū nō habet̄ imediate cognitio a re viſa: ſed ab aliquo ſigno illiꝰ rei. Quia ergo prophete non imediate videbant eſſentiam diuinam ſed quedam ſigna diuinorū: ideo dicit eos audire. Nū. 12. Si quis fuerit inter vos propheta domini ⁊c̄. Loquitur ad illum ⁊c̄. quaſi per quedam ſigna. Filius aūt eternaliter videt ipſam diuinā eſſentiam. ſupra .1. Deū nemo vidit vnigenitus ⁊c̄. [Quis ergo credidit auditui noſtro?] .i. quis credidit his que audiuimꝰ ⁊ narrauimꝰ. Iſa. 51. Que audiui a domino exercituū ⁊c̄. Alio modo [Quis credidit auditui noſtro?] .i. his que a nob̄ audiūt. Eze. 33. Audiunt ſermones meos ex ore tuo: ⁊ nō faciunt eos ⁊c̄. ¶ Quantū aūt ad modū ſingularem qui eſt per reuelationem. Dicit [Et brachium dn̄i cui reuelatū eſt.] Brachium dicitur filius: per quem pater omnia operatur: ſicut brachiuʒ hoīs dicit̄ per qd homo operat̄. Et ſi homo ſolo uerbo interiori: uel exteriori operaret̄: tunc uerbum eius poſſet dici brachiū ſuū: ſic ergo dicit̄ brachiū dei: nō q deus pater figura determinetur carnis humane. Et brachiuʒ habeat corporale: ſed qa per ipſum oīa facta ſunt. ſupra .p. Iob. 40. Si hes brachiū ſicut deus ⁊c̄. Luc. 1. Fecit potentiā in brachio ſuo ⁊c̄. ¶ Notādū ergo q ex hoc uerbo occaſionem ſumpſit erroris ſui Sabellius dicēs eādem perſonam eē patris ⁊ filij. Et Arrius dicens filiū eē patre minorē. Non eni due perſone: ſʒ vna eſt homo: ⁊ brachiū eius nec brachiū homini eq̄le dici pōt. ¶ Ad quod dicēdū eſt q in talibꝰ non eſt ſufficiens ſimilitudo. Nam ea que in creaturis ſunt nō perfecte repreſentant ea que ſunt in deo. Unde Dioꝰ dicit q ſymbolica theologia non eſt augmētatiua. Non ergo dicitur brachium filius quaſi eiuſdem perſone cum patre ſit uel minor eo ſed quia per eū oīa operatur. Dicit ergo. [Et brachiuʒ domini cui reuelatū eſt.] quaſi dicat paucis .ſ. ipſis apoſtolis. Iᵃ Cor. 2. Nobis autē reuelauit ⁊c̄. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Propterea nō poterāt credere.

¶ Ponit prophetiā predicētē infidelitatis cauſas. Et intendamus hec uerba euangeliſte nunc in ſuperficie littere habere obſcurū intellectū. ¶ Et primo qr ſi dicatur q [propterea non poterant credere.] quia hoc dixit Iſa. Uidetur iudei excuſabiles eē. Qd eni peccatum eſt hoīs facientis: qd nō potes facere. ⁊ quod grauius eſt: in deuʒ culpa retorquetur: qui excecauit oculos eoꝝ. Tolerabile autē eſſet: ſi hoc de diabolo diceretur: qr (ut dicit 2. Cor. 4.) Deus huius ſeculi excecauit mentes infidelium. ſed hic dicitur de dn̄o noſtro. Nam Iſa. 6. dicit. Uidi dn̄m ſedentē ſuper ſoliū ⁊c̄. Et ſequit̄ exceca cor populi huiꝰ ⁊c̄. ¶ Sed ad euidentiaʒ huius primo exponimꝰ hoc qd dicit: q [ꝓpterea non poterant ⁊c̄.] Ubi ſciendū q aliquid dicitur īpoſſibile uel neceſſariū dupliciter. Abſolute .ſ. ⁊ ex ſuppoſitione. Abſolute quidem ſicut impoſſibile eſt hominē eſſe aſinum. Ex ſuppoſitione vō ſicut impoſſibile eſt me eē extra domū: duʒ intus in ea ſedeo. Secūdū hoc ergo dicendū: q homo excuſatur ſi non facit ea que abſolute ſunt ſibi impoſſibilia: ſed ſi non facit ea que ſunt ſibi īpoſſibilia ex ſuppoſitiōe nō excuſatur: ſicut ſi detur q aliquis habeat malam uoluntatem oīno furandi: ⁊ dicat impoſſibile ſibi non eſſe peccare q̄diu uoluntateʒ obſtinatam illam habeat; non excuſatur: quia huiuſmodi impoſſibilitas non eſt ſimpliciter: ſed ex ſuppoſitione. (Pōt eniʒ uoluntatem malā diſponere.) Dicit ergo [propterea nō poterant credere] quia .ſ. habent uoluntatem obſcuratam in ſua ma

Et quādoqʒ ſignificat cauſaliter: qn̄qʒ conſecutiue.

Dubitatio.

Solutio.

Modus credendi eſt duplex.

Brachiū dicitur filius p quē pr̄ opat̄. Si homo per ſolū uerbum uel interiꝰ uel exterius operaretur: uerbū eiꝰ poſſet dici brachiū.

Fundamentū erroris ſabellij ⁊ Arrij

Queſtio.

Solutio.

Neceſſarium uel impoſſibile dr̄ duplr.

5

litis. Hie. 17. Quomõ .ſ. põt ethiops mutare pellẽ ſuam ⁊c̃. Mat. 7. Quomodo poteſtis bona facere cum ſitis mali? Et ſimile eſt: ſicut ſi dicerem de aliquo. ergo nullo modo poſſum euȝ diligere: ſed habeo eum odio. ❡ Quantũ ad ſecũdũ dicit. ſciẽdum ꝙ excecatio ⁊ induratio dei non intelligitur quaſi deus imittat malitiam: uel ad peccandũ impellat: ſed per hoc ꝙ non infundat gratiam: quã quidẽ gratiã infundit ex ſua miſericordia: ſed cauſa huius ꝙ non infundit eſt ex parte noſtra: inq̃ntũ .ſ. in nobis eſt aliqd gratie diuine repugnans. Nã ipſe q̃ntum in ſe eſt illuminat oẽm hominem uenientem in hunc mundũ. ſupra. 1. Thim. 2. Uult oẽs hoiẽs ſaluos fieri. ſed quia nos a deo recedimus ideo gratiã ſuam nobis ſubtrahit. Oſee. 5. Quia tu ſcientiã repuliſti. Oſee. 12. Perditio tua iſrael ⁊c̃. Et eſt ſimile ſicut ſi aliquis clauſiſſet feneſtram domus ⁊ diceretur ei: tu non potes uidere: quia priuaris lumine ſolis: ſed hoc non eẽt ex defectu ſolis: ſed quia ipſe ſibi lumẽ ſolare interclusiſſet. Et ſimiliter hic dicit ꝙ [nõ poterant credere] q2 deus excecauit eos: q2 .ſ. ipſi cauſam preſtiterant: ut excecarentur: ſm illud Sap̃. 2. Excecauit illos malitia eorum.

❡ **Quia iterum dixit Iſaias. Excecauit oculos eorum: ⁊ indurauit cor eorũ: ut non videant oculis: non intelligant corde: ⁊ cõuertantur ⁊ ſanem eos.**

❡ His ergo viſis conſiderãda ſunt uerba prophetie huius: que quidẽ habentur Iſa. 6. Non ſm eadẽ uerba: ſed ſm eandẽ ſententiam. ❡ In his ergo uerbis tria continentur. Primo iudeorũ induratio ⁊ excecatio. Secũdo utriuſq3 effectus ibi [ut nõ videant.] Tertio finis ibi [Et conuertantur ⁊ ſanem eos.] ❡ Circa primũ conſiderandũ eſt ꝙ dominus inducebat ad fidem dupliciter .ſ. miraculis ⁊ doctrina. Unde utrũq3 eis improperat dicens. Si opera non feciſſem in eis que nullus aliꝰ fecit ⁊c̃. Et iterũ ſi non ueniſſem: ⁊ nõ locutus fuiſſem eis ⁊c̃. Utrũq3 enim contempſerunt. Inq̃ntũ ergo chriſti miracula non attendebãt diligẽtia debita dicit [Excecauit oculos eoruȝ.] .ſ. cordis. De quibus habetur Eph. 1. Illuminatos oculos cordis ueſtri ſi per intellectum conſiderarent ꝙ talia miracula fieri non poterant niſi in virtute diuina. Iſa. 42. Qui vides multa nõne conſideras. Et iterũ Iſa. 42. Quis cecus niſi ſeruus meus ⁊c̃. Qui q̃ntũ ad doctrinam chriſti non mouebantur. Subdit [Et indurauit cor eorũ.] Uidet enim duriſſimũ ꝙ forti calore non reſoluit: ⁊ diuina percuſſione non conteritur. Uerba aũt chriſti ſunt quaſi ignis ⁊ ſicut malleus conterens petras (ut dicit Hier. 23.) Ignis quidẽ q2 inflãmabat per charitatem. Malleus aũt q2 terrẽt per cõminationẽ: ⁊ conſtringunt per manifeſtiſſimã ueritatẽ. Et tamẽ uerbuȝ chriſti cor iudeoꝝ nõ attendebat. Unde patet ꝙ fuit induratũ. Job. 41. Cor eius indurabitur quaſi malleatoris incus. Ro. 9. Cuius vult miſeret ⁊ quẽ vult indurat. ❡ Effectus aũt excecationis ponitur cũ dicit [Ut nõ videãt oculis.] .ſ. ſpiritualibꝰ intelligendo chriſti diuinitatẽ. Ps. Oculos habẽt ⁊ nõ videbunt. Econtra dicit Luc̃. 10. Beati oculi qui vident que uos videtis. ❡ Effectus indurationis ponitur cum dicit cõtra [Nec intelligãt corde.] ut ſubintelligat [ut non intelligãt corde. Job

Uerba chriſti ſunt quaſi ignis: ⁊ ſicut malleus conterens petras

4. Et q2 nullus intelligit in eternũ peribit. Ps. Noluit intelligere: ut bene ageret. ❡ Eſt autem hic aduertenduȝ ꝙ li [ut] non ponitur hic cauſaliter: ſed conſecutiue. ❡ Finis aũt excecationis ⁊ indurationis ponitur cõſequenter cũ dicit [Et conuertant ⁊ ſanẽ eos.] Et põt intelligi dupliciter (ut Auguſtinus dicit in libro de queſtionibus euangelij.) Uno modo ut repetatur hec dictio [non] ut ſit ſenſus [⁊ nõ conuertantur ⁊ non ſaneȝ eos.] Uia enĩ ſaluationis a peccato eſt cõuerſio ad deum. Treñ. 4. Conuerte uos domine ad te ⁊ conuertemur. Et ſtatim ſubditur. Innoua dies noſtros ⁊c̃. Illis autem qui indignos ſe preſtiterunt quibus remitterentur peccata non preſtat deus beneficia: quibꝰ conuertantur: ⁊ ſanentur. ſicut patet de omnibus non approbatis. ❡ Alio modo põt intelligi. Ut non reiteretur hec dictio [non] ut ſit ſenſus. Ideo excecati ſunt ⁊ indurati: ut ad tempus nec viderẽt nec intelligerent: ⁊ ſic non videntes ⁊ non intelligentes .i. non credentes in chriſtum eum occiderẽt ⁊ poſtmodum cõpuncti [conuerterentur ⁊ ſanarentur.] Permittit enim aliquos quandoq3 cadere in peccatum: ut humiliati ad iuſtitiam firmius reſurgant. Et utraq3 expoſitio locum habet in diuerſis iudeis. ❡ Prima quidẽ in illis: qui in ſua incredulitate finaliter permãſerũt. Secũda v̓o in illis qui poſt chriſti paſſionẽ ſunt ad chriſtum conuerſi: qui .ſ. cõpũcti corde ex uerbis Petri dixerũt apoſtolis. Quid faciemꝰ viri fratres (ut dicit Act. 2.) ❡ Deinde cum dicit.

Uia ſaluationis a peccato eſt conuerſio ad deum.

❡ **Hec dixit Iſaias quando vidit gloriam eius: ⁊ locutus eſt de eo.**

❡ Oſtendit predicta ad propoſitum pertinere. Unde dicit [Hec dicit Iſa. quando vidit gloriaȝ dei.] Simul enim vidit gloriam dei ⁊ excecationeȝ iudeoruȝ (ut pȝ Iſa. 6.) Ubi primo dicitur. Uidi dominũ ſedentem. ⁊ poſtea ſubditur. Exceca cor populi huius ⁊c̃. Et quia quod viderat conueniens erat: ut teſtaretur (ut dicitur. 1. Jo. 1.) Ideo ſequit [Et locutus eſt de eo.] .ſ. de chriſto cuius gloriam vidit: ſm illud Act. 1. Huic omnes prophete teſtimoniuȝ perhibent. Ro. 1. Quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. ❡ Circa prima duo que hic tanguntur cauẽdus eſt error arrianorum: qui dicunt ſolum patrẽ inuiſibilem omni creature. Filium autem viſum fuiſſe in viſionibus ueteris teſtamenti. Sed cuȝ dicatur. J. 14. Qui videt me videt ⁊ patrẽ meũ. Manifeſtum eſt ꝙ vno ⁊ eodem modo eſt filius viſibilis ut pater. Uidens ergo Iſaias gloriã filij vidit ⁊ gloriam patris: imo totius trinitatis que eſt vnꝰ deus ſedens ſuper ſolium excelſum: cui ſeraphin proclamant ſanctus: ſanctus: ſanctus. Non autẽ ita ꝙ Iſa. eſſentiam trinitatis vidit: ſed imaginaria viſione cum intelligentia quedam ſigna maieſtatis expreſſit ſm illud Nũ. 12. Siquis fuerit inter uos propheta domini: per ſomnium autem in viſiõe loquitur ad eum. ❡ Per illud v̓o quod ſecundo dicitur [Et locutꝰ eſt de eo] excluditur error Manicheorum: qui dixerunt nullas prophetias in ueteri teſtamento preceſſiſſe de chriſto (ut Auguſtinus narrat in libro cõtra Fauſtũ ⁊ Theodorum moſueſtenũ) qui dixit omnes prophetias ueteris teſtamenti eſſe de aliquo negocio dictas: per quãdã tamẽ approbationem eẽ adductas ab

Error Arrianorum.

Manicheorum errorum qui dixerunt nullas prophetias in ueteri teſtamento de chriſto preceſſiſſe.

apoſtolis ⁊ euangeliſtis ad miniſterium chriſti: ſicut eã que domini in vno facto poſſunt adaptari ad aliud factum. Omnia autẽ excluduntur per hoc qđ dicitur [Et locut⁹ eſt de eo.] ſicut ⁊ de me Moy. ſupra .5. dixit chr̃s. De me eni ille ſcripſit ⁊c̃.

LE. VIII Veritamen ⁊ ex principibus multi crediderunt in eum.

Supra Euangeliſta expoſuit defectum oĩno nõ credentium. Hic exponit defectũ credentiũ in occulto: qui puſillanimes erant. Et primo proponit eorũ dignitatẽ. Secũdo oſtẽdit eoꝝ defectũ ibi [Sed propter phariſeos ⁊c̃.] Tertio inſinuat defectus radicem ibi [Dilexerunt eni magis ⁊c̃.] ¶ Dignitas autẽ eorũ: qui in occulto credebant magna eſt: quia pͥncipes. Et quantũ ad hoc dicit [Verũtamẽ ⁊c̃.] quaſi dicat. Dixi ꝙ cũ tanta ſigna feciſſet corã eis nõ credebant in eũ: qđ quidẽ verũ eſt pro maiori parte: non tamẽ quin aliqui in eũ crederent. Quia [ex principib⁹.] ſ. populi [multi crediderũt in eũ.] quorũ vnus fuit Nichodem⁹ qui venit ad ieſum nocte (ut dĩ ſupra .3.) Sic implet̃ qđ in p̃s dicitur. Principes populorũ congregati ſunt ⁊c. Sic etiaꝫ falſum oſtendit̃ qđ phariſei dixerũt ſupra .7. Nunquid ex principib⁹ aliquis credit in eũ ⁊c̃. ¶ Defectus horũ principũ eſt puſillanimitas. Vñ dicit.

¶ Sed propter phariſeos nõ cõfitebantur: ut de ſynagoga non eiicerentur.

¶ Ut enim ſupra .9. dictũ eſt. Phariſei conſpirauerant: ut ſiquis eũ confiteretur chr̃m extra ſynagogam fieri. Lꝫ crederent corde non tamen confitebantur ore. Sed eorum fides inſufficiens erat: q̃a (ut dĩ Ro. 10.) Corde credit̃ ad iuſtitiã: ore confeſſio fit ad ſalutẽ. Luc̃. 9. Qui erubuerit me ⁊ meos ſermones ⁊c̃. ¶ Radix autẽ defectus iſtorũ eſt inanis gloria. Unde ſequitur.

¶ Dilexerunt enim gloriam hominum magis q̃ꝫ gloriam dei.

¶ Ex hoc enim ꝙ publice confitebant̃ amittebãt gloriã hominũ. Sed ex hoc conſequebantur gloriã dei. Iſti autem magis elegerunt priuari gloria dei nolentes publice confiteri: q̃ꝫ gloria hoĩuꝫ cupientes in mũdanis gloriari. ſupra .5. Quõ poteſtis credere qui gloriã ab inuicẽ accipitis ⁊c̃. Gal. 1. Si adhuc hoĩbus placerem ſeruus chriſti ⁊c̃.

¶ Ieſus autem clamauit ⁊ dixit. Qui credit in me: nõ credit in me: ſed in eũ qui miſit me.

¶ Hic oſtendit quomodo chriſtus iudeorũ infidelitatẽ redarguit. Et primo oſtẽdit credendi debitũ Secũdo ſubdit fidei fructũ ibi [Ego lux in mũdũ veni ⁊c̃.] Tertio cõminatur infideliũ ſupplicium ibi [Et ſiquis audierit ⁊c̃.] Quia autẽ fidei ſuccedit viſio. Ideo circa primũ p̃mo agit de fide. Secũdo de viſione ibi [Qui videt me ⁊c̃.] Quantum ad primũ dicit [Ieſus aũt clamauit.] Et ꝓpter magnitudinẽ dicendorũ: ⁊ ꝓpter libertateꝫ animi ad redarguendũ peccata. Iſa. 40. Clama ne ceſſes. exalta. annũcia populo meo ⁊c̃. [Et dixit qui credit in me ⁊c̃.] qđ quidẽ videt̃ ꝯtradictionẽ implicare. Dicit enim [Qui credit in me nõ credit in me.] Ad cuius intellectũ ſciendũ eſt primo ſm̃ Auguſtinuꝫ hoc eſſe dictum a dño ad diſtinguẽdũ in ſe naturã diuinã ⁊ naturã humanã. Cum enim propriũ obiectum fidei ſit deus: poſſumus quidẽ credere creaturã eẽ: ſed non debemus credere in creaturã niſi in deũ ſolum. In chriſto auteꝫ eſt natura creata: ⁊ natura increata. Requiritur ergo ad fidei veritatem: ut fides noſtra tendat in chriſtum q̃ꝫtum ad naturã increatam: ⁊ ſm̃ hoc dicit [Qui credit in me.] ſ. in perſonã [nõ credit in me] ſm̃ ꝙ homo [ſed in eum qui me miſit.] ſ. in me ſm̃ ꝙ ſum miſſus a patre. ſupra .7. Mea doctrina nõ eſt mea: ſed eius ⁊c̃. ¶ Scḋm Criſoſtomũ ṽo notandũ eſt ꝙ dñs dicit hoc ad inſinuãdaꝫ eius originem tm̃: ⁊ eſt ſimul modus loquendi: ſicut ſi aliquid hauriens de aqua fluminis dicat. Iſta aqua non eſt fluminis ſed eſt fontis: nõ eſt quidẽ fluminis originalis ⁊c̃. Sic ergo dñs dicit [Qui credit in me: non credit in me ⁊c̃.] quaſi dicat. Non ſum principiuꝫ meipſi⁹: ſꝫ diuinitas eſt mihi ab alio .i. a patre. vñ [qui credit in me nõ credit in me.] in q̃ꝫtũ ſim a patre. ¶ Conſequenter eum dicit.

¶ Et qui videt me videt eũ qui miſit me.

¶ Agit de viſione. Circa qđ ſciendũ eſt ꝙ ſicut pater miſit filiũ ad cõuertẽdũ iudeos: ita ⁊ chriſtus miſit diſcipulos ſuos. i. 20. Sicut miſit me pater: ⁊ ego mitto vos. Nullus autẽ diſcipulorũ auſus fuit dicere nec debuit: ꝙ crederet in eũ: q̃uis dicere potuiſſet ꝙ ei crederet: q̃ hoc nõ potuiſſet eſſe ſine hoc ꝙ derogaret mittenti: quia ſi crederet in diſcipulũ deſineret credere in magiſtrũ. Poſſent ergo iudei dicere: ꝙ eodẽ modo: cũ ſis miſſus a patre: qui credit in te deſinit credere in patrem. Et iõ dñs contra hoc oſtendit ꝙ qui non credit in eum non credit in patrem. Et hoc eſt quod dicit [Qui videt me videt eum qui miſit me. Viſio hic dicit̃ non corporalis intuitus: ſed veri cõſideratio: que eſt per intellectũ. Ideo autẽ qui videt filiuꝫ videt ⁊ patrem: quia eſt in eo per eẽntie vnitatẽ. Dicitur aliquid videri in aliquo: vel q̃ ſunt idem vel oĩno conformes. Pater aũt ⁊ filius ſunt idem in natura ⁊ omnino conformes: q̃ filius eſt imago patris in nullo diſſimilis. Col. 1. Qui eſt imago inuiſibilis dei. Heb. 1. Qui cũ ſit ſplendor glorie ⁊ figura ſubſtantie eius ⁊c̃. Et ideo ſicut credit in patre: ita ⁊ in me. i. 14. Philippe qui videt me videt ⁊ patrẽ. Nõ credis q̃ ego in patre: ⁊ pater ⁊c̃. q. d. Iſta eſt rõ: quare qui videt me videt ⁊ patreꝫ: q̃ pater in me eſt: ⁊ ego in eo. Sic ergo apparet fidei debitũ: ut ſ. fides tendat in chriſtũ in q̃ꝫtũ deus: ſicut in patrẽ. ¶ Fructũ aũt fidei conſequẽter oſtendit.

¶ Ego lux in mundum veni: ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat.

¶ Et primo oſtendit ſuã dignitatẽ ⁊ virtutem cuꝫ dicit [Ego lux in mundũ veni.] Quomodo chr̃s ſit lux expoſitũ eſt ſupra p̃. [Erat lux vera ⁊c̃.] Et 8. Ego ſum lux mundi ⁊c̃. In hoc etiã oſtendit ſe habere diuinã naturã. Eſſe enim lucem eſt ꝓpriũ dei. Alia ṽo ſunt lucentia .i. participantia lucẽ: ſed deus lux eſt per eſſentiã. 1. Io. 1. Deus lux eſt: ⁊ tenebre non ſunt in eo ulle. Sed quia p̃ˢ ad Thimo. dicit̃ ꝙ lucẽ habitat inacceſſibilẽ quã nemo hoĩuꝫ videt non poteram⁹ accedere ad eũ. Et ideo oportuit ꝙ ipſe ad nos veniret. Et hoc eſt qđ ſubdit [in mundũ veni.] ſ. ego ſum lux inacceſſibilis qui ab errore eripio: ⁊ intellectuales tenebras ſoluo. i. 14. Exiui a patre ⁊ veni in mundum. ſupra p̃. In ꝓpria venit ⁊c̃. Lꝫ apoſtoli dicantur lux. Mat. 5. Vos eſtis lux mundi. Nõ tamen ea rõne qua chriſtus. Ipſi enim ſunt lux illuminata q̃uis aliquo

modo .ſ. miniſterio illuminantes eſſent. Nec alicui apoſtolorum conuenit dicere[Ego lux in mundum ueni.] Quia quando in mundum uenerunt adhuc tenebre erant & non lux. Quia (ut dicitur Job.37.) Omnes inuoluimur tenebris. Secũdo ſubdit dicens[ut oĩs qui credit in me in tenebris non maneat.] Illuminatio ergo eſt effectus fidei. ſupra.8. Ut oĩs qui credit in me &c̃. [in tenebris nõ maneat.] .ſ. ignorantie infidelitatis & dãnatiõis perpetue: per qḋ p3 q̄ oẽs naſcuntur in tenebris culpe. Ephe.5. Eratis aliqñ tenebre: nunc aũt &c̃. Jtẽ in tenebris ignorantie. Job.3. Uiro cui abſcõdita eſt &c̃. Et tandẽ niſi conuertant ad chriſtũ deducentur ad tenebras dãnationis perpetue. Qui ergo nõ credit in me &c̃. ſupra.3. Qui incredulus eſt filio &c̃. ¶ Suppliciũ autem infidelium inſinuat dicens.

¶ **Et ſiquis audierit uerba mea & non cuſtodierit: ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundum: ſed ut ſaluificem mundum.**

¶ Qḋ incurrent per iudicij condemnationem. Et primo ꝓponit dilationẽ iudicij. Secũdo pronũciat ipſum iudiciũ futurũ eſſe ibi[Qui ſpernit me & nõ accipit &c̃.] Tertio oſtendit dilationis cauſam ibi[Sermo quẽ locutus ſum &c̃.] Circa primum duo facit. Primo ꝓponit iudicij dilationẽ. Secundo aſſignat dilationis rõnẽ. Dicit ergo quantum ad primum[Et ſiquis audierit uerba mea &c̃.] ¶ Notãdũ ergo q̄ illi beatificant: qui audiũt uerbũ dei: & cuſtodiũt illud: credẽdo interius in corde: & exequẽdo exterius in opere. Qui vo audiũt illud: & cuſtodire nõ ſatagunt: magis rei ex hoc efficiuntur. Ro.2. Nõ enim auditores legis iuſti ſũt apud deũ: ſed factores legis iuſtificabunt &c̃. p͡e Jac.p. Eſtote factores & nõ auditores tm̃. Et ideo [ſiquis audierit uerba mea & non cuſtodierit: ego non iudico eũ.] Sed hoc videt contrariũ ei quod dicitur ſupra.5. Pater oẽ iudiciũ dedit filio. Et iõ intelligendũ eſt[Non iudico eũ.] .ſ. modo. Potuiſſet enim ſibi ad infirmitatẽ putari: ſi eũ quos ipſi contẽnũt illos dimitti: & ideo dicit q̄ huiuſmodi iudicabunt: ſed non modo. Nam (ut dr̃ Ecc̃.10.) Oĩa que fecit deus adducet in iudiciũ. Et Job.19. Fugite a facie iniquitatis: qm̃ ultor iniquitatis eſt gladius: & ſcitote eẽ iudiciũ. Cauſã vo dubitationis dilationis ſubdit dicens[Nõ ueni ut iudicem mũdũ &c̃.] Duplex enĩ eſt aduentus filij dei. Un⁹ quo uenit (ut ſaluator.) Ali⁹ quo uenit (ut iudex.) Sed cũ oẽs eẽnt in peccatis ſi primo uenuiſſet ut iudex: nullũ ſaluaſſet: quia oẽs eſſem⁹ filij ire: & iõ oportuit ut ueniret primo ad ſaluandũ credentes & poſtmodũ ad iudicãdũ: & fideles & peccatores. Et hoc eſt qḋ dicit. Jdeo .ſ. nõ iudico eum modo [quia non ueni.] .ſ. in primo aduentu[ut iudicem mundũ: ſed ut ſaluificem mundum.] ſupra.3. Non enim miſit deus filiũ ſuũ in mundum &c̃. ¶ Conſequenter eum dicit.

Aduentus filij dei eſt duplex.

¶ **Qui ſpernit me: & non accipit uerba mea habet qui iudicet eum.**

¶ Prenũciat iudiciũ futurũ. q.d. L3 qui uerba mea non cuſtodiunt non iudicentur modo: tamen nõ euadent impunes: quicũq3 ſit ille. Quia[qui ſpernit me & non accipit uerba mea] credendo: & opere implendo[habet qui iudicet eum.] Cuius ratio eſt: quia ſi non accipit uerba eius contemnit dictũ dei: cuius ipſe eſt verbũ: ſicut qui non obedit mandato domini ſui. Job.19. Fugite a facie iniquitatis &c̃. Ecc̃.10. Cuncta que fecit deus &c̃. Jſa.30. Ue qui ſpernis. Nõne &c̃. 1. Reg.3. Qui autem contemnũt me. ¶ Conſequẽter eum dicit.

¶ **Sermo quem locutus ſum: ille iudicabit eum in nouiſſimo die.**

¶ Aſſignat cauſam dilationis iudicij. Et primo ponit cauſa dilationis iudicij. Secundo aſſignatur ſufficientia ipſius cauſe ibi[Quia ego ex me &c̃.] ¶ Dicit ergo. Dico q̄ qui eſt huiuſmodi: habet qui iudicet eum: quis autem hic erit[Sermo] inquit[quẽ locutus ſum ille iudicabit eũ &c̃.] Qḋ tm̃ ualet (ut dicit Auguſtinus) ac ſi dixiſſet. Ego iudicabo eum in nouiſſimo die. Seipſum quippe chriſtus expreſſit in ſuo ſermone: ſeipſum annunciauit. Jpſe ergo eſt ſermo quem locutus eſt: quia de ſe locutus eſt. ſupra.8. Et ſi ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo uerũ eſt teſtimonium meum &c̃. quaſi dicat. Hoc ipſum quod locutus ſum eis: & tamen contempſerunt iudicabit eos. Act.10. Hic eſt qui conſtitutus eſt a deo iudex viuorum & mortuorũ &c̃. ¶ Sufficientiã autẽ cauſe oñdit dicẽs.

¶ **Quia ego ex meipſo nõ ſum locutus.**

¶ Et primo oſtendit eam ex origine ſermonis. Secundo ex dignitate ipſius ibi[Et ſcio quia mandatum eius &c̃.] Circa primũ duo facit. Primo excludit falſitatem. Secũdo aſtruit ueritatem. ¶ Falſitas quidẽ eſt: q̄ filius aliquid operetur: uel loq̃tur: uel ſit a ſeipſo tm̃ & non ab alio. Hoc enim eẽt ponere q̄ filius non ſit a patre. & hoc eſt qḋ dicit. Jdeo dico q̄ uerbũ qḋ ego locutus ſum iudicabit eos[quia ego ex meipſo non ſum locutus.] ſupra.5. Non poteſt filius a ſe facere quicq̃. Et.8. A meipſo non loquor. Jdem autem eſt ex meipſo non ſu3 locutus: qḋ ego non ex me ſu3 natus: ſed ex patre. quaſi dicat. Judicabo eum in nouiſſimo die in forma ſerui apparens. ſupra.5. Poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt. Sed tamen non iudicabo ex poteſtate humana: quia .ſ. filius ſum hominis: ſed ex poteſtate diuina quia ſum filius dei. Non ego iudicabo ex me ipſo: ſed ex patre ex quo virtutem habeo iudicandi. ¶ Ueritatem aſtruit dicens.

¶ **Sed qui miſit me pater: ipſe mihi mandatum dedit: quid dicam: & quid loquar. Et ſcio: quia mandatum eius vita eterna eſt. Que ergo ego loquor: ſicũt dixit mihi pater ſic loquor.**

¶ Ex quibus quidem uerbis: niſi pie intelligãtur p3 locus duplici errori. Primo quidem. Quia mãdans maior eſt eo cui mãdat. Filio ergo maior eſt pater. Deinde quia illud quod datur alicui nõ habebatur ab eo anteq̃ ſibi daretur. Et per conſequens neſciebat illud. Si ergo pater dat mandatum filio: ſequitur q̄ filius quandoq3 illud nõ habuerit: & per conſequens ignorauerit. Ergo eſt ei aliquid additũ. Non igitur filius eius eſt uerus deus. ¶ Ad quod ſciendum eſt: q̄ omnia mandata diuina ſunt in mente patris: cum ipſa mandata nihil aliud ſint q̃ rationes agendorum. Sicut ergo in mente patris ſunt rationes omnium creaturarum: que a deo producuntur quas ideas uocam⁹.

Loc⁹ duplicis erroris.

Mandata diuina ſunt in mente patris. que nihil aliud ſunt q̃ rationes agendorum.

Ita τ in ea ſunt rationes omnium per nos agendorum. Sicut ergo a patre deriuantur in filium: qui eſt ſapientia patris rationes omnium rerũ: ita τ rationes omnium agendorum. Sic ergo dicit filius[Sed qui miſit me pater ipſe mihi dedit]inq̃ deus[mandatum.]ideſt per eternam generationẽ comunicauit: quid dicaʒ interius: τ quid loquar exterius. Et ſicut etiam noſtrum uerbum (ſi uera fateri uolumus) ea ꝓfert que ſuggerit mẽs.

Expõ criſ. ¶ Criſoſtomus autē hec omnia.ſ.ſiquis audierit τc̃. aliter exponit τ planius. Ut dicatur[Audierit uerba mea: τ non cuſtodierit: non iudico τc̃.] ¶ Dupliciter enim poteſt dici aliquid aliquē condemnare: uel ſicut iudex: uel ſicut cauſa condemnationis. Homicidam enim condemnat ad ſuſpẽdium: τ iudex qui profert ſententiam: τ ipſum homicidium perpetratum: quod eſt cauſa ſue condemnationis. Dicit ergo[Ego non iudico eum.]i. non ſuʒ cauſa ſue cõdẽnatiõis: ſed ipſe. Oſee.13. Perditio tua iſrael ex te.ſ.eſt τc̃. Et hoc ideo[quia non ueni ut iudicem mundum.]i. non ſum miſſus ad condemnandum: ſed ad ſaluandum. Sed nũquid talis non iudicabitur: immo[Quia qui ſpernit me τc̃.]Quis autem ſit iſte: qui iudicat oſtendit dicens[Sermo quem locutus ſum τc̃.]Auditus a nobis qui ſtabit in ordine accuſatoris. Ille iudicabit eum τc̃.ſ.13. Si non ueniſſem τ eis locutus non fuiſſem τc̃. Quis enim ſermo quem locutus eſt iudicabit eos: oſtẽdit dicẽs.[Quia ego ex meipſo non ſum locutus.]Quod quidem nõ ponatur cauſaliter: ſed quaſi materialiter. Ut ſit ſenſus. Dicis ꝙ ſermo tuus iudicabit eum: ſed quis eſt iſte ſermo? Ille.ſ. quem dixi[quia ego ex meipſo non ſum locutus.]i. quem ego locutus ſum a patre: τ ea que mihi dedit: ut dicerem. τ loquerer alias ſi fuiſſem locutus contrarium patri: uel que ab eo non habuerim: τ non crediſſent mihi excuſationem haberent: ſed quia ſic locutus ſum certum eſt ꝙ non ſolum me: ſed etiam patrem meum contempſerunt. Et ſm hanc expoſitionẽ. Hoc quod dixit[Qui miſit me pater ipſe mihi mandatum τc̃.]Oſtendit ſufficientiam cauſe ex parte dignitatis ipſius ſermonis. Et primo ponitur eius dignitas. Secundo concluditur ipſius ſermonis executio. Dignitas quidem cum dicit[Et ſcio quia mandatuʒ eius τc̃.]eſt inq̃[vita eterna.]i. Io. ultimo. Hic eſt uerus deus τ vita eterna τc̃. Ipſe enĩ filius eſt mandatum patris: uel[eſt vita eterna.]i. ducens in vitam eternam. Mat.19. Si vis ad vitã ingredi: ſerua mãdata. Quia ergo pater dedit mihi mandatum: quod quidem mandatum eſt vita eterna. Ego autē ad hoc ueni: ut homines ducam in vitam eternam. Ideo mandatum patris per omnia exequor. Et hoc eſt quod dicit[Que ergo ego loquor ſicut dicit mihi τc̃.]Quod ſm Criſoſtomum planum eſt. Ut ſit ſenſus[Que ego loquor]exterius predicando[ſicut dixit mihi pater ſic loquor.]i. inq̃ accepi notitiam ab eo: ut intelligantur de chriſto ſm ꝙ homo. Sed ſi itelligant ſm Auguſtinum de chriſto ſm ꝙ filius dei. Quomodo dicitur ei pater: cum ipſe ſit uerbum. ¶ Ad quod dicendum ꝙ non ita dixit ei quaſi per uerba locutus ſit vnico uerbo ſuo: ſed ſic dixit pater filio: ſicut generauit eum pater: τ ſicut dedit ei vitaʒ habere in ſemetipſo. Ps. Dominus dixit ad me. Filius meus es tu.

Ante diem feſtum paſche ſciẽs ieſus quia uenit hora eius ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo: in finẽ dilexit eos. LE.I.13.c.

Supra Euangeliſta poſuit quaſdam occaſiones paſſionis τ mortis chriſti. In parte iſta oſtendit quomodo chriſtus diſcipulos ſuos prepararat ante ſuam paſſionẽ. Et primo oſtẽdit quomodo informauit eos exemplo. Secundo quomodo confortauit uerbo. Et hoc.ſ.14. capitulo. Non turbetur cor ueſtrum. Tertio quomodo premuniuit eos orationum ſuffragio.ſ.17. Hec locutus eſt ieſus: τ ſubleuatis oculis. Circa primuʒ duo facit. Primo ponit exemplum quod chriſtus prebuit ſuis diſcipulis imitandum. Secundo diſcipulorum defectum qui nondum erant idonei ad ſequendum ibi[Cum hoc dixiſſet ieſus turbatus eſt.]Circa primum tria facit. Primo ponit exẽplum. Secundo ſubdit exempli utilitatē ibi[Uenit ergo ad Simonem τc̃.]Tertio ad imitandum inducit ibi[Poſtq̃ ergo lauit τc̃.] Circa primum duo facit. Primo proponit chriſti exemplum dantis affectum. Secundo innuit factuʒ in quo dedit exemplum ibi[Et cena facta τc̃.] Circa primum tria tanguntur. Primo quidem feſtuʒ preſens. Secundo mors chriſti iminens. Tertio chriſti dilectio feruens. Feſtum preſens paſcha erat. Et hoc eſt quod dicit[Ante diem autem feſtũ paſche τc̃.] ¶ Hic notandũ eſt ꝙ hoc nomen paſcha quidaʒ dicunt eſſe grecum: ita ꝙ dicatur a paſſione quaſi inde feſtum iſtud uocetur paſcha: quia tunc celebratur paſſio dominica. Et quidem concordat cũ greco. Nam paſcha in greco idem eſt quod pati. Prima autē origo huius uocabuli ex hebreo habetur. Paſcha enim dicitur quaſi phaſe.i. tranſitus domini (ut dicitur Exo.12.) Interpretatio autem hec eſt enumerata propter duplicem tranſitum. Unum qui preceſſit.ſ. angeli percutiẽtis primogenita egypti: τ ſaluantis primogenita hebreoruʒ. Alium qui ſequitur filiorum iſrael tranſeuntium mare rubrum. Et ideo bene factum eſt: ut uocetur paſcha feſtum iſtud: ut ſic poſſumus dicere ꝙ paſcha noſtrum habet ſignificationem utriuſq; lingue: hebree.ſ. τ grece: quia τ in ipſa paſſiõe domini fuit tranſitus chriſti ex hoc mundo ad patrẽ. Act. 10. Pertranſiuit benefaciendo τ ſanando. Iterum tranſitus omnium noſtrum ſequendo chriſtum: uel penitentiam τ martyrium: ſm illud ps. Tranſiuimus per ignem τ aquam τc̃. Uel mentis deſiderio ad celeſtia anhelãdo. ſm illud Ecc̃.24. Trãſite ad me omnes qui concupiſcitis me τc̃. Hoc autem quod dicit[Diem feſtuʒ paſche anthonomatice dicitur. Naʒ (ut legitur Exo.13.) tres dies anni ſolemnes erant: in quibus iudei conuenire debebant in locum quem elegerat dominus.ſ. phaſe quando imolabatur paſcha: τ penthecoſten: τ feſtum tabernaculorum.ſ. ſcenophegie. Sed dies paſche inter alios celeberrimus erat. ¶ Sed dubium hic incidit de hoc quod dicit.[Ante dieʒ feſtuʒ paſche.]Nam dies feſtus paſche dicitur ille dies in quo imolabaĩ agnus: quod erat luna.14. Cuʒ ergo dicat: ꝙ hoc fuit ante diem feſtum paſche: videtur ꝙ hoc fuerit factum luna 13ª. que precedebat.14. lunam: quod quidem greci ſequentes di-

Paſcha in greco idem ẽ ꝙ pati. Paſcha primũ habet originem ex hebreo. idẽ enĩʒ eſt paſcha ꝙ phaſe.i. tranſitus.

Dubitatio pulchra.

cunt ꝙ dominus paſſus eſt luna 14ª. quando iudei ſuum paſche celebrare debebant. Et ideo dominus ſciens ſibi imminere paſſionem preuenit celebrationem paſche: ⁊ in precedenti die celebrauit paſcha ſuum ante feſtum paſche iudeorum.

Dubitatio paſcha.

¶ Sed quia Exo. 14 precipitur a .14ª. die ad ueſperam uſqʒ ad. 21. diem menſis non inueniretur frumentum apud hebreos. Dicunt ulterius ꝙ dominus confecit non in azimis ſed in fermentato. [Nam ante diem feſtum paſche.] Id eſt 13. luna inueniebatur fermentatum apud hebreos. Huic autem ſententie tres alij euangeliſte contrariantur. Nam ipſi dicunt: ſcilicet Mat. 26. Mar. 14. ⁊ Luc. 22. ꝙ hoc fuit prima die azimorum quando debebat immolari paſcha. Ex quo ſequitur ꝙ cena domini eo die facta fuit quo imolabatur paſcha iudeorum. ¶ Ad quod quidē greci reſpondent dicentes alios euangeliſtas nō uere narraſſe hoc factum. Et ideo Ioannes qui ultimum euangelium ſcripſit eos correxit. ¶ Sed hereticum eſt dicere ꝙ aliquid falſum non ſolum in euangelijs: ſed etiam in quacunqʒ canonica ſcriptura inueniatur. Et ideo neceſſariū eſt dicere ꝙ omnes euangeliſte dicunt idem ⁊ in nullo diſcordant. ¶ Ad huius igitur euidentiam ſciendum eſt ꝙ ſicut habet Leuit. 23. ſolemnitates iudeorum incipiebant a ueſpera precedentis diei. Cuius ratio eſt: quia numerabant dies ſm lunam que de ſero primo apparet. Unde ⁊ idem computabant de uno ſero in aliud: ⁊ ſic apud eos ſolemnitas paſche incipiebat id eſt ueſpera precedentis diei ⁊ terminabatur in ueſpere diei paſche: ſicut ⁊ apud nos feſta celebrātur. Sic ergo aliquid factum apud nos in uigilia natalis domini poteſt dici factum eſſe in feſto natalis. Quem quidem modum ſeruantes alij euangeliſte dixerunt cenam eſſe factaʒ primo die azimorum: quia facta fuit die precedenti ad ueſperam: quia iam pertinebat ad primum diem azimorum. Ioannes autem euangeliſta hic diem feſtum paſche accipit pro illo die qui totus celebris erat. non autem pro illo cuius ueſpere ſolum erat celebre qui erat dies precedens paſcha. Et ideo dicit [Ante diem feſtum paſche.] Patet ergo ꝙ cena domini facta eſt luna decimaquarta ad ueſperam.

Reſpōſio grecorum ⁊ heretica.

Dicere ꝙ aliquid falſum inueniatur in euāgelijs uel in quacunqʒ canonica ſcriptura eſt hereticum.

Reſpōſio uera ⁊ approbata.

¶ Mors autē chriſti imminens erat tranſitus eius ex hoc mundo per paſſioneʒ. Et quantum ad hoc dicit [Sciens ieſus quenit hora eiᵘ.] Nam illa ſolemnitas iudeorum figura erat paſſionis chriſti. Omnia enim in figura contingebant illis. pͥᵉ Cor. 10. Et ideo ſtatim ponit ueritatem: ſ. paſſionem chriſti: ⁊ quaſi exponens ꝙ paſcha dicatur a phaſe. id eſt tranſitu: mentionem facit de tranſitu [ut tranſeat] inquit [ex hoc mundo ad patrem.] Ubi tria ponit circa paſſionem chriſti. Primo ꝙ fuit preuiſa. Secundo ꝙ fuit congrua. Tertio ꝙ fuit ꝓmotiua ⁊ exaltatiua. Preuiſa quidem fuit non caſualis. Et quantum ad hoc dicit. [Sciens Ieſus.] quaſi dicat. Non inuitus. Non inſcius: ſed [ſciens] ⁊ uoluntarius paſſus eſt ⁊c. infra 18. Sciens ieſus omnia que uentura erant. Econuerſo dicitur de nobis Ecc. 8. Multa hominis afflictio neſcit preterita: ⁊ que uētura ſunt nullo mō ſcire poteſt ⁊c. Congrua autem fuit quantuʒ ad tempus: ⁊ quantum ad hoc dicit [Quia uenit hora eius.] id eſt ipſe dies paſche quo trāſiret per crucē. Ecc. 8. Omni negocio tempus eſt ⁊ opportunitas. Hec eſt hora illa de qua dicitur ſupra. 2. Nondum uenit hora mea. Nec eſt intelligēda hora iſta fatalis: quaſi ſubiecta curſui ⁊ diſpoſitioni ſtellarum: ſed determinata diſpoſitione ⁊ prouidentia diuina. Ideo inqʒ determinata in paſcha iudeorum: quia congruebat ſolēnitati iudeorum ut ueritas ſequatur figuram: dum quando agnᵘ qui figurabat chriſtum: immolatur chriſtus: qui eſt uere agnus dei. ſupra p̊. pͥᵉ Petri p̊. Non corruptibilibus auro uel argento ⁊c. ſed precioſo ſanguine agni immaculati ⁊c̄. Congruebat etiam negocijs. Iam enim chriſtus clarificatus erat. infra eodem. Nunc clarificatus eſt filius hominis ⁊c. Iam patrem manifeſtauerat mundo. infra. 17. Pater manifeſtaui nomen tuuʒ ⁊c̄. Reſtabat ergo ut conſumaret opus paſſionis ⁊ humane redemptionis. De quo dicitur infra. 19. Conſumatum eſt. Et ſequitur. Inclinato capite emiſit ſpiritū. Promotiua fuit paſſio chriſti: ⁊ exaltatiua ⁊ non oppreſſiua. Quia [ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem.] id eſt faciendo humanam naturam participem paterne glorie. infra. 14. Aſcendo ad patrem meum ⁊c̄. Non autem intelligendum eſt ꝙ tranſeat de loco ad locum: cum deus pater non comprehendatur loco. Hier. 23. Celum ⁊ terraʒ ego impleo: ſed ſicut chriſtus dicitur ueniſſe a patre non eum deſerendo: ſed aſſumendo naturam inferiorem ſimilem nobis: ita ⁊ in tantum dicitur ad eum rediſſe inquantum etiam ſm humanitatem factus eſt conſors paterne glorie. Ro. 6. Quod autem uiuit uiuit deo. Phil. 2. Omnis lingua confiteatur: quia dominus ieſus chriſtus ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit [Cum dilexiſſet ſuos ⁊c.] Commendatur feruens chriſti dilectio. Et hoc quantum ad quatuor. Primo quantum ad hoc ꝙ fuit preueniens. ſm illud pͥᵉ Io. 4. Non quaſi nos dilexerimus deum: ſed quoniam ipſe prior dilexit nos. Et quantum ad hoc dicit [Cū dilexiſſet ⁊c.] quaſi antea dilexit inqʒ anteqʒ crearet. Sap. 11. Diligis omnia que ſunt ⁊c. Dilexit anteqʒ uocaret. Hier. 32. In charitate perpetua dilexi te ⁊c̄. Dilexit anteqʒ redimeret. infra eodem. Maiorem charitatem nemo habet ⁊c̄. Secundo commendatur eius dilectio quantum ad hoc: ꝙ fuit congrua. Quia [dilexit ſuos.] Ubi ſciendum eſt: ꝙ ſm ꝙ aliqui diuerſimode ſunt ſui: ſm hoc a deo diuerſimode diliguntur. Sunt autem aliqui ſui tripliciter. Primo ratione. Et hos diligit conſeruando eis bona nature. ſupra p̊. In ꝓpria uenit: ⁊ ſui per creationē eum non ⁊c̄. Aliqui uō ſunt ſui dedicatione: qui ſcilicet dati ſunt ei a deo patre per fideʒ. infra. 17. Tui erant ⁊ mihi eos dediſti ⁊c. Et hos diligit conſeruando in bonis gratie. Aliqui uō ſūt ſui ſpeciali deuotione. primi Paralip. 11. Tui ſumᵘˢ o Dauid ⁊c̄. Hos diligit ſpecialiter conſolando. Tertio commendatur dilectio chriſti quantum ad hoc ꝙ fuit neceſſaria. Quia [dilexit ſuos qui erant in mundo.] Nam aliqui ſunt ſui: qui iā erāt in gloria patris. Quia etiā antiqui patres ſui erāt inquantum ſperauerant liberari per euʒ. Deut. 33. Omnes ſancti in manu illius ſunt ⁊c̄. Sed iſti non tantū indigent huiuſmodi dilectione quantum hi qui erant in mundo. Et ideo dicit. [Qui erant in mundo] corpe ſcilicet: ſed non mente. Quarto

Finis ē dupl. ſ. intētio. et executionis. Finis intētio. ē ille ad quē nīa ordinat intētio.

commendatur quantum ad hoc ꝙ fuit perfecta. Unde dicit[In finem dilexit eos.] Finis autem dicitur dupliciter. Quia finis intentionis: ⁊ finis executionis. Ille quidem eſt finis intētionis ad qd̄ noſtra ordinatur intentio. Et huiuſmodi finis debet eſſe vita eterna ſm̄ illud Rom̄.6. Habetis fructum veſtrum in ſanctificationem: finem vero vitam eternam. Iterum finis huiuſmodi debet chriſtus eſſe. Rom̄.10. Finis legis chriſtus ⁊c̄. Et hec duo ſunt vnus finis: quia nihil eſt aliud vita eterna ꝙ̄ fruitio chriſti ſm̄ diuinitatem. Infra.17. Hec eſt vita eterna ⁊c̄. Secūdum hoc ergo dicit[In finem dilexit eos.] idest ut perduceret in ſe finem: vel in vitam eternam: que nihil aliud eſt. Hiere.31. In charitate dilexi te propterea ⁊c̄. Illud autem eſt finis executionis quod eſt terminus rei: ⁊ ſic mors poteſt dici finis. Ut dicatur[In finem dilexit eos.] idest in mortem: quod poteſt habere triplicem ſenſum. Uno modo ſm̄ Auguſtinum. Ut quodā humano modo dicatur chriſtus dilexit ſuos uſq; ad mortem tm̄: ⁊ non ultra. ſed hic ſenſus eſt falſus. Abſit enim ut dilectionem morte finierit: qui non eſt morte finitus. Alio mō poteſt intelligi ut li [in] indicat cauſam: ⁊ ſic eſt ſenſus[in finē dilexit eos.] idest uſq; ad mortem illum dilectio ipſorum pduxit. Ephe.5. Dilexit nos ⁊ tradidit ⁊c̄. Tertio modo poteſt intelligi: ut ſit ſenſus[in finem.] idest cū multa ſigna dilectionis oſtenderit eis ante[In finem.] idest circa mortem: maiora eis ſigna dilectionis oſtendit. Infra.16. Hec ab initio uobis nō dixi ⁊c̄. quaſi diceret. Non tunc neceſſarium fuit uobis ut oſtenderem quantum uos diligerem: niſi in receſſu: ut ſic amor ⁊ memoria mei in cordibus ueſtris profundius imprimeretur. ¶ Conſequenter cum dicit.

Finis executionis eſt termīnus rei.

¶ Et cena facta.

¶ Innuit factum in quo dabat exemplum. Et primo deſcribit horam facti. Secundo ſubdit dignitatem facientis ibi[Sciens itaq; ieſus ꝙ omnia dedit ei pater ⁊c̄.] Tertio ꝓſequitur defecti humilitatem ibi[Surgit a cena.] ¶ Tempus autem deſcribit ex duob'. Et vno qd̄ pertinebat ad eius charitatem. Et ex alio qd̄ exaggerabat iude iniquitatē ibi[Cū diabolus iam miſiſſet in cor ⁊c̄.] ¶ Dicit ergo quantum ad primū[Et cena facta.] Ubi ſciendum eſt: ꝙ aliter dicitur eſſe factum in permanentibus: ⁊ aliter in ſucceſſiuis. In permanentibus autem dicitur aliquid eſſe factum quando peruenit ad perfectionem proprie ſpeciei ⁊ forme: ſicut domus dicitur eſſe facta quando habet propriam formam. In ſucceſſiuis vero dicitur aliquid eſſe factum quando iam eſt cōſumatum: ſicut ludus factus eſſe dicitur quando eſt completus. Hoc etiam modo aliquid factum eſſe dicitur: quando accipit propriam ſpeciē. Cum ergo dicit[Et cena facta.] non intelligendū eſt ꝙ cena fuerit completa ⁊ parata: quia poſtq; lauit pedes diſcipulorū recubuit: ⁊ buccellam tradidit iude. Eſt ergo intelligēdū[Cena facta.] idest parata: ⁊ ad propriam ſpeciem iam perducta. Iam enim cenare inceperant: ⁊ poſtea ſurrexit. Unde intercenando lauit pedes diſcipulorum. De iſta cena habetur Luce.14. Homo quidam fecit cenam magnam. Differt autem prandium a cena. Prandium enim dicitur quod fit in prima parte diei. Cena vero que fit in ultima. Sic ergo

Aliqd dr̄ eſſe factū in permanētib' qn̄ peruenit ad pfectionē ꝓprie ſpēi vel forme. Aliqd dr̄ eſſe factū i ſucceſſiuis qn̄ iā cōſumatum eſt.

Prandiū dr̄ a cena. Prandiū dicit qd fit in prima parte diei. Cena qd fit in ultima pte diei.

ſpiritualis refectio dicitur prandium ſm̄ ꝙ cōgruit incipientibus. Cena vero ſm̄ ꝙ congruit perfectis ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Cū diabolus iam miſiſſet in cor ut traderet eum iudas ſimonis ſcariothis.

¶ Deſcribit tempus ex eo ꝙ exaggerat iniquitatē proditoris: quod quidem deſcribit euangeliſta ꝓpter duo. Primo quidem: ut oſtēdatur magis iniquitas iude: qui inter tot charitatis indicia: ⁊ tot humilitatis officia: tantam iniquitatem committere cogitabat. pſal. Qui manducat panes meos ⁊c̄. Secundo vero ut reddatur magis admirabilis charitas chriſti: qui lʒ hoc ſciret: tamen ei charitatis ⁊ humilitatis prebens officium: eius pedes lauit. pſal. Cum his qui oderunt pacem. ¶ Sed nunquid diabolus aliquid mittere poteſt in cor hominis? Uidetur ꝙ ſic. In pſal. enim dicitur. Immiſſiones per angelos malos. ¶ Sed ad hoc dicēdū ꝙ id dicitur eſſe in corde hominis: quod eſt in cogitatione ⁊ uoluntate eius. Unde qd̄ hic dicitur.[Cum iam miſiſſet in cor ⁊c̄.] Intelligendum eſt: idest in uoluntate eius. Sed ſic mittere in cor poteſt eſſe dupliciter. Directe: ⁊ ſic ſolus ille poteſt aliquid mittere in cor hominis: qui habet poteſtatē mouendi interius uoluntatem eius. Et hoc poteſt ſolus deus. Et ideo ſolus ipſe poteſt directe in uoluntatem hominis imprimere. Prouerb.21. Cor regum in manu: idest in poteſtate domini ⁊c̄. Quia vero uoluntas mouetur ſicut ab exteriori obiecto ſicut a bono appreheſo. Inde eſt ꝙ qui ſuggerit aliquid eſſe bonum dicit illud mittere in cor hominis. indirecte faciendo ipſum apprehendere aliqd ut bonum: ex quo uoluntas mouet. Sed hoc cōtingit dupliciter. Quia aut ſuggerēdo exterius ⁊ hoc modo etiam homo poteſt in cor aliquid mittere. Aut ſuggerendo interius: ⁊ hoc modo immittit diabolus. Nam vis imaginatiua cum ſit corporalis qn̄ deus ꝑmittit: ſubiecta eſt poteſtati demonis. Unde ſiue vigilando: ſiue dormiēdo format in ea aliquas ſpēs: ex quibus apprehenſis mouetur uolūtas hominis ad aliquid appetēdum. Sic ergo immittit diabolus in cor hois non directe per modum mouentis: ſed indirecte per modum ſuggerentis. ¶ Conſequenter cum dicit.

Dubitatio.

Solutio.

¶ Sciens qꝛ omnia dedit ei pater in manus ⁊ qꝛ a deo exiuit ⁊ ad deum uadit.

¶ Agit de dignitate facientis: qꝛ Ecc̄.3. dicit. Quāto maior es humilia te. Ideo euangeliſta dicturus de chriſti humilitate premittit eius maximam dignitatem. Et hoc quātum ad quatuor. ¶ Primo quātum ad ſciam. Et quantū ad hoc dicit[Sciēs qꝛ oīa ⁊c̄.] Talia enī ſunt ſpūalia dona: ꝙ data nō ignorant. i. Cor.2. Nos ſpūm nō huius mūdi accepimus: ſed ſpūm qui ex deo eſt: ut ſciam' ⁊c̄. Et ideo chriſtus ſciebat ea que ſibi data erant a deo. Hoc aūt ideo dicit: ut eius humilitas magis ſit cōmēdabilis. Quādoq; enim ꝯtingit ꝙ aliquis magne dignitatis eſt: ⁊ tn̄ ꝓpter ſimplicitatē ſuam dignitatē ſuā nō recognoſcit: talis ergo ſi faceret aliqd humile nō reputaret ſibi ad magnā laudē: ſʒ illud Cant.1. Si ignoras te pulcherrima ⁊c̄. Sʒ ſi aliqs cognoſcit ſue dignitatis ſtatū: ⁊ tn̄ afficit' et' ad humilia īclinat: eius humilitas cōmēdāda eſt. Et ideo dicit euāgeliſta[Sciēs qꝛ omnia.] tamen non omiſit que humilia ſunt facere. ¶ Secundo

quantum ad poteſtatem[qꝛ omnia dedit ei pater in manus.]ideſt in poteſtate eius dedit deus chriſto homini ex tempore:que tamen fuerant in poteſtate filij ab eterno. Mat.ultimo. Data eſt mihi omnis poteſtas in celo ⁊ in terra ⁊c̃. Dicit autem [Omnia dedit ei pater in man⁹.] propter duo: ut oſtendat ꝙ chriſtus non inuitus patiebatur. Nam ſi omnia erant in manu eius: ideſt in poteſtate: manifeſtum eſt ꝙ eius aduerſarij inde nihil ei ꝯtra eius uolūtatem facere poterant. ¶ Secūdo: qꝛ qn̄ aliquis parui momenti exaltatur de facili ſuperbit: nec aliquid humile facit ne videatur derogare ſue dignitati: ſed qui in magno ſtatu exiſtens exaltatur: non negligit humilia. Et ideo de dignitate chriſti mentionem facit. ¶ Tertio quantum ad nobilitatem eius. Et quātum ad hoc dicit[Quia a deo exiuit ⁊c̃.]Sap.3. Contubernium habēs. ¶ Quarto quantum ad ſanctitatē[qꝛ ad deū uadit.]In hoc eſt ſāctitas hominis ꝙ ad deū uadat. Et hoc ideo ponit.ſ. qꝛ ex quo ipſe ad deum uadit ꝓpriū eſt ſibi alios ad deum reducere: quod quidem ſpecialiter fit per humilitatem ⁊ charitatem. Et ideo humilitatis ⁊ charitatis eis exemplum prebuit.

LEC. II.

Surgit a cena: ⁊ ponit ueſtimēta ſua ⁊ cum accepiſſet lintheum precinxit ſe.

Poſtquam Euangeliſta cōmendauit chriſti maieſtatem. Hic cōmēdat eius humilitatem quam oſtēdit in pedum ablutione. Et primo premittitur ꝑparatio chriſti ad humilitatis obſequium Secūdo deſcribitur ipſum obſequm ibi[Deinde miſit aquam ⁊c̃.] ¶ Circa primum ſciēdū eſt ꝙ chriſtus in humilitatis obſequio ſe miniſtrū exhibet: ſm illud Mat.20. Filius hominis non uenit miniſtrari: ſed miniſtrare ⁊c̃. ¶ Ad bonum autem miniſtrum tria reqruntur. Primo ꝙ ſit circūſpectus ad omnia videnda que deeſſe poſſunt miniſterio: ⁊ hoc maxime impediretur ſi ſederet uel iaceret. Unde miniſtrorum eſt ſtare. Et ideo dicit[Surgit a cena.]Luce.22. Quis maior eſt qui recūbit: an q miniſtrat? ¶ Secundo ꝙ ſit expeditus ut poſſit oīa congrue peragere que neceſſaria ſunt miniſterio: ⁊ ad hoc multum impedit ueſtium multitudo. Et ideo dn̄s[ponit ueſtimēta ſua.]Quod quidem ſignificatū eſt Gen̄.18. ꝙ abraam elegit expeditos uernaculos. ¶ Tertio ꝙ ſit promptus ad ſeruiendum: ut ſcilicet omnia habeat que ad miniſteriū neceſſaria ſunt. Luc.10. dicitur de martha ꝙ ſatagebat circa frequēs miniſterium. Et inde eſt ꝙ dn̄s [cum accepiſſet lintheum precinxit ſe.]ut ſic paratus eſſet: non ſolum ad lauandū pedes: ſed etiam ad tergēdum: ex quo vniuerſum cōculcat timorē duꝫ is qui ad deum uadit: ⁊ a deo exiuit pedes lauit. ¶ Myſtice autem pōt hoc factum ad duo referri: ſcilicet ad incarnationem chriſti ⁊ ad paſſionē eius. Siquidem referatur ad incarnationem: ſic tria hic recipiuntur de chriſto. ¶ Primo quidē uolūtas ſubueniendi humano generi in hoc ꝙ[ſurgit a cena.] Nam deus q̄diu patitur nos tribulari reſidere videtur: ſed cum nos a tribulatione eripit: videtur exurgere. pſal. Exurge dn̄e adiuua nos. ¶ Secundo exinanitio eius: non quidem ꝙ ſue dignitatis maieſtatem deponeret: ſed eā occultaret paruitatem aſſumendo. Iſa.45. Uere tu es deus abſconditus. Et hoc ſignatur in hoc ꝙ [ponit ueſtimenta ſua.]Philip.2. Exinaniuit ſemetipſum ⁊c̃. ¶ Tertio aſſumptio noſtre mortalitatis in hoc ꝙ [precinxit ſe lintheo.]Phil.2. Formam ſerui accipiens ⁊c̃. ¶ Si vero referatur ad paſſionem chriſti: tunc ad litteraꝫ ueſtimēta depoſuit: quādo milites exuerunt eum: ⁊ ſuper ueſtem ſuam miſerūt ſorteꝫ. Infra.19. Tūc etiam lintheo ꝑcinctus eſt in ſepulchro In paſſione etiam depoſuit ueſtimēta noſtre mortalitatis: ⁊ aſſumpſit lintheum.i. candorem immortalitatis. Ro.6. Chriſtus reſurgens ex mortuis ⁊c̃. ¶ Conſequenter cum dicit.

Ad bonū miniſtrū tria reqruntur.

Miniſtrorū eſt ſtare.

Expō myſtica.

Alius ſenſus

¶ Deinde miſit aquam in peluim: ⁊ cepit lauare pedes diſcipulorū: ⁊ extergere lintheo quo erat precinctus.

Poſita prenūciatione future proditiōis. hic ponitur conſumatio ipſiꝰ rei prenunciate. ſ. perpetratio proditionis. Et primo permittit inde adimplere quod dixerat. Secundo oſtendit quomodo adimplet ibi [Cum ergo accepiſſet ille.] Circa primū tria facit. Primo ponit uerba domini permittentis. Secūdo manifeſtat ipſorum uerborum obſcuritatem. Tertio ſubdit quomodo illa uerba fuerunt ab apoſtolis intellecta. ¶ Uerba autē domini ſunt iſta [Quod facis: fac citius.] Que quidem uerba nō ſunt precipientis: ſed conſulentis: cum peccatū cadere nō poſſit ſub precepto ꝛ conſilio diuino. Quia dicit in p̄s. Preceptū dn̄i lucidū illuminās oculos. Sed ſunt uerba permittentis. Nam (ut dictū eſt) diabolus miſerat in cor iude: ut traderet eū. ſ. ieſum: quod iam tractauerat cum principibus. Sed iplere non poterat: niſi ipſe chriſtus permitteret. Quia ſupra. 6. Nemo tollet a me animā meā ꝛc̄. Et Iſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe uoluit ꝛc̄. Sunt etiam uerba crimen ꝓditionis exprobrantis: ut oſtenderet ꝙ dū ille cōferret beneficia: iſte intentaret mortem. p̄s. Arguam te: ſtatuam contra ꝛc̄. Sunt etiam uerba ad opus noſtre redemptionis anhelantis (ut Auguſtinus dicit) nō tamē precepit facinus: ſed predixit: nō tam in pernitiē perfidi ſeuiendo ꝙ̄ ad ſalutem fideliū feſtinando. Luc. 12. Baptiſma habeo baptiſari: ꝛ quomodo coartor ꝛc̄. ¶ Uerba autē domini obſcura erant quantū ad diſcipulos. Et ideo dicit [Hoc autē nemo ſciuit diſcūbentiū ad quid dixerit ꝛc̄.] In quo datur intelligi ꝙ uerba chriſti adeo ꝓfunda ſunt ꝛ humanūītellectū excedētia ꝙ nō plus inde capere poſſumus niſi ꝙ̄tū ipſe reuelat. Prou. 25. Gloria domini eſt celare uerbum.

Peccatū nō poteſt cadere ſub precepto.

Dubitatio.

¶ Sed hic oritur queſtio. Cum enim Ioanni dominus perſonā ꝓditoris deſignaſſet dicens Ille cui intinctū panē porrexero: ꝛ dediſſet panē intinctū iude. Nimiū videnť rudes fuiſſe diſcipuli: ꝙ uerbū dn̄i nō intellexerunt. ¶ Ad quod dicendū eſt ꝙ dominus uerba illa occulte dixerat Ioanni tm̄: ut non fieret proditor manifeſtus. Cuius rō eſt: quia petrus ita feruidus erat in amore chriſti ꝙ ſi pro certo ſciuiſſet iudā fuiſſe chriſtum traditurum ſtatim occidiſſet eum.

Solutio.

Alia dubiõ.

¶ Sed cū ioānes vnꝰ eēt ex diſcumbētibus. Adhuc incidit alia queſtio. Cur dixerit ꝙ [Nemo ſciuit diſcūbentiū.] ¶ Ad qd̄ dicendū eſt ꝙ conſuetudo boni animi ꝛ innocentis eſt: ut etiā alios procul ab iniquitate eē credant: a qua ſeipſos nouerant imunes. Quia igiť Ioannes innocētiſſimus erat ꝛ a proditionis iniquitate ſemotus: nequaꝙ̄ ſuſpicabatur ꝙ diſcipulus intātū iniquitatis prodiret.

Reſponſio.

¶ Qd̄ aūt diſcipuli uerā cauſam uerborū ignorantes de ipſis uerbis extimarent: ſubdit euangeliſta dicēs [Quidā aūt ex ipſis.] ſ. diſcipulis [putabāt q̄ꝛ loculos habebat iudas ꝛc̄.] Ubi ſciendū eſt ꝙ dominus deus celi qui dat eſcam omni carni loculos habuit: nō ꝙ poſſideret aliquid terrenum: ſed a fidelibus oblata conſeruans ſuis neceſſitatibꝰ ꝛ alijs indigētibus ſubueniret: quos quidē loculos iudas conferebat. In quo datur exemplū (ut Auguſtinꝰ dicit) ꝙ etiam pōt habere pecuniaꝫ ꝛ reſeruare pro neceſſitatibus imminētibus. In quo etiam inſtruimur ꝙ eccleſiaſtica pecunia ſit expendenda ſoluꝫ in duobus. Primo quidē in his que pertinent ad cultū diuinū. Unde dicit [Eme ea que opus ſunt nobis ad diem feſtum.] i. quibus deuꝫ colere poſſumus in die feſto. Malac. 3. Inferte oēm decimā in horreum meū: ꝛ ſit cibus in domo ꝛc̄. Deinde vo in his que pertinent ad pauperum ſuſtentationem ut ſubdit [Aut egenis aliquid daret.]

Pecunia eccleſiaſtica eſt expendenda ſolū in duobꝰ

Obiectio.

¶ Sꝫ ſi obijcias contra id quod dicit dn̄s Mat. 6. Nolite cogitare in craſtinū. ¶ Ad hoc reſpondet Auguſtinus ꝛ dicit ꝙ hoc non fuit preceptuꝫ a dn̄o ad hoc ut nihil pecunie ſeu aliarū rerū vnius diei a ſcis ſeruetur in craſtinū. Sed ideo dominus dixit. Nolite ꝛc̄. ne. ſ. predicaremus: ꝛ alia dei ſeruitia faceremus: ut prouideať nobis in poſteruꝫ: uel ne deſiſtamus ab his que virtutis ſunt ꝓpter diei craſtinꝫ ſolicitudinem. Ex quo patet ꝙ dominus dicens. Nolite ſoliciti eē de craſtino. duo prohibet. Unū ut nō faciamus bona ꝓpter craſtinum. Aliud ut non retrahamur a bonis ꝓpter timoreꝫ craſtine inopie ꝛc̄.

Solutio Auguſtini.

¶ Criſoſtomus autem planiꝰ exponit dicens. Nolite cogitare de craſtino i. curā que incūbit diei craſtino nolite anticipare in dieꝫ hodiernum (ſufficit enim diei malitia ſua.)

Rñſio Criſ.

Dubitatio:

¶ Dubitatur etiam hic ꝙ dominus precepit diſcipulis ſuis Mat. 10. Nolite portare in via ꝛc̄. Quomō ergo ipſe loculos habebat? ¶ Sed ſꝫ Criſoᵐ. dn̄s loculos ferebat ad inopum miniſterium: ut hinc diſcas: ꝙ quantūcūꝙ̄ pauperē ꝛ mundo crucifixum: oportet de pauperibus curam habere: ſm illud p̄s. diſperſit dedit pauperibus ꝛc̄.

Rñſio Criſ.

¶ Uel dicendū ꝙ hoc qd̄ dicit. Nihil tuleritis in via ꝛc̄. referendum eſt ad ſingulares predicatores ꝛ apoſtolos: qui nihil portare debent: quando ad predicandum uadunt. Non autem referenduꝫ eſt ad totum collegiū qd̄ oportet aliquid habere ꝛ pro ſeipſis ꝛ pro egenis. ¶ Conſequenter cū dicit.

Alia rñſio. Ipſe ſcdo reſpondet ꝙ uadētes ad predicandum nihil debēt ſecū portare iuxta illud Nihil tuleritis in via. Sꝫ alij debēt portare pro ſe ꝛ ꝓ egenis.

¶ Cum ergo accepiſſet ille bucellam: exiuit continuo. Erat autem nox.

¶ Ponitur adimpletio rei prenunciate. Et primo ponitur executio. Secundo temporis determinatio. Executio quidem feſtina: quia [cum bucellam accepiſſet exiuit continuo.] Ubi attēde ſm Orige. ꝙ non dicit euangeliſta: cum comediſſet bucellā: ſed [accepiſſet.] Quod poteſt dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ proditor in hoc tantū ſoliciťꝰ obedire magiſtro: accepto pane non comederit eum. Sed forte in menſa dimiſſo nullam traxit morā: uadens ad proditionē perpetrandam. Cuius quidem ratio eſſe poteſt ꝙ diabolus qui iam intrauerat in cor iude: timens ne ſi panem comederet euꝫ cedere oporteret: non ualentem in eodem loco cū

Ieſu eſſe nō permiſiſſe iudam panem comedere. 2ª Cor. 6. Que conuentio chriſti ad belial. pª Cor. 10. Non poteſtis ſimul eē participes rc̄. Alio mō pōt intelligi φ panē acceptū comedit. Et ſic eſt ſenſus. [Cū ergo accepiſſet ille bucellā.] nō ſolū in manu: ſed etiā comedēdo: ſic [exiuit cōtinuo] male utens bono. Sicut ꝛ qui indigne mādu cat panem dn̄i: aut bibit eius calicē: in ꝓiudiciū ſibi mādu cat atq3 bibit: ꝛ magis aggrauat peccatis. Sic panis a ieſu datus iude ſiue in damnū: ut poſt panē itraret in eū ſathanas. ¶ Tēpus autē ſeu hora determinat tenebroſa. Unde dicit [Erat aūt nox.] Qd̄ quidē determinat ꝓpter duo. Primo ad eius maliciā aggrauādā: que intātū inualuerat in cor eius: ut nec ꝓpter tp̄is inoportunitatē uſq3 mane perſtitiſſet. Iob 24. Mane primo ꝯſurgit homicida: ꝛ de nocte efficit fur. Secūdo ad deſignādā mētis qualitatē [erat enim nox.] Quia mēs iude ꝓditoris obſcura erat a luce diuina. Supra 11. Qui ambulat in die non offendit rc̄.

LEC. VI

Cum ergo exiſſet dixit ieſus: Nunc clarificatus eſt filius hominis: ꝛ deus clarificatus eſt in eo. Si de⁹ clarificat⁹ eſt in eo: ꝛ de⁹ clarificabit eū in ſemetipſo: ꝛ ꝯtinuo clarificabit eū.

Poſt Egreſſum iude ad mortē dn̄i ꝓcurandā agit dn̄s de receſſu ſuo ad gloriā. Et primo annūciat eis gloriā ad quā uadit: ut ide cōſolent. Secūdo ꝓnūciat eis ſuū receſſum ibi [Filioli adhuc modicū uobiſcū ſum rc̄.] ¶ Gloria autē ad quā uadit eſt glīficatio ꝛ exaltatio chriſti inquātū eſt filius hoīs. Et hoc eſt qd̄ dicit [Cū ergo exiſſet.] ſ. iudas. [Dicit ieſus diſcipulis ſuis. Nūc clarificatus eſt filius hoīs rc̄.] Ubi ſciēdū eſt φ clarificari idē eſt φ glīficari. Gloria enim dicit quaſi claria. Unde ſm Ambroſiū: gloria eſt clara cū laude notitia. Unde expoſitores ubi in greco eſt clarificare trāſtulerūt glorificare ꝛ ecōuerſo. Et ſic idē eſt qd̄ hic dicit [Nūc clarificat⁹ rc̄.] φ glorificat⁹. Pōt ergo exponi quadrupliciter. ſ. referēdo ad quadruplicē gloriā chriſti. Primo quidē ad glīam crucis. Secūdo ad gloriā iudiciarie poteſtatis. Tertio ad gloriā reſurrectionis. Quarto ad gloriā cognitionis chriſti in fide populoꝝ. Hāc enim quadruplicē glīam ſcriptura attribuit chriſto. ¶ Primo ergo chriſtus clarificat⁹ fuit in crucis exaltatione. vn̄ etiā Paulus in ip̄a cruce gloriā ſuā dicit eſſe. Gal. ultimo. Mihi abſit glīari rc̄. Et de hac glīa expoſuit Criſoſtom⁹. Un̄ circa hoc dn̄s quatuor tangit de glīa crucis. Primo ipſam gloriā. Secūdo glīe fructū. Tertio glorie actorē. Quarto glorie tēpus. Quātū ad primū dicit [Nūc clarificatus eſt filius hoīs rc̄.] ¶ Secūdū eſt enim φ qn̄ aliqd incipit fieri: videt quaſi eē factū. Iuda aūt exeunte ad ducēdū milites: videt negocium paſſionis chriſti per quā glorificādus erat incohatū eē. Et iō dic [Nūc glorificat⁹ eſt fili⁹ hoīs rc̄.] i. icipit paſſio in q glorificabit. Clarificatus eſt enim chriſtus per paſſionē crucis: qr per eā de inimicis. ſ. morte ꝛ diabolo triūphauit. Heb. 2. Per mortē deſtruet eū qui habebat mortis imperium. Itē qr per eā cōiūxit terrena celeſtib⁹. Col. 1. Pacificās per ſanguinē crucis. Itē qr per eā oīa regna obtinuit. Pſal. ſm aliā litterā. Dicite in gentib⁹ qr dn̄s regnauit a ligno. Itē qr in ea multa miracula oſtendit. Nam uelū templi ſciſſum eſt. Mota eſt terra. Petre ſunt ſciſſe: ꝛ ſol obſcuratus eſt: ꝛ multa corpora ſanctorum ſurrexerunt (ut dicit Mat. 27.) Propter hoc ergo imminente paſſione dicit [Nunc clarificatus eſt fili⁹ hominis.] quaſi nūc incipit paſſio mea: que eſt in ea glorificatio. ¶ Fructus autē huius glorie eſt φ inde deus glorificet. Et ideo dicit [Et deus clarificatus eſt in eo.] i. in filio hoīs glorificato. Quia gloria paſſionis ad hoc tendit ut deus inde glorificetur. Si enī de⁹ glorificatur de morte Petri. i. ultīo. Hoc dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet deū. multo magis clarificatus eſt per mortem chriſti. ¶ Actor autē huius glorie nō eſt angelus neq3 hō: ſed ipſemet de⁹. Et ideo dicit [Si de⁹ glorificatus eſt in eo.] i. ſi tanta eſt gloria φ deus inde glorificet. non debuit per aliū clarificari: ſed [ipſe deus clarificauit ipſum in ſemetipſo.] i. per ſemet ipſū. i. 17. Clarifica me pater claritate quā habui rc̄. ¶ Tēpus aūt huius glorie eſt feſtinū: qr [continuo.] i. ſtatim [clarificabit eū.] i. dabit ei clarificationē crucis. Crux enim iz gentib⁹: ꝛ his qui pereunt ſit ſtulticia: nobis tn̄ credentibus eſt maxima dei ſapientia ꝛ dei virtus. pª Cor. 1. ¶ Secunda autem gloria chriſti eſt gloria iudiciarie poteſtatis. Mar. 13. Tunc videbūt filium hominis uenientem in nubibus cum rc̄. Et de hac gloria exponit Aug⁹ (ut in gloſa tangitur.) Unde ſm hoc quatuor hic facit. Primo ponit gloriā iudiciarie poteſtatis. Secūdo oſtendit meritum: quo ad hanc peruenit. Tertio hoc exponit. Quarto demōſtrat huius glorie principiū. ¶ Dicit ergo quantū ad primū [Nunc clarificatus eſt filius hoīs.] Ubi ſciēdū eſt φ in ſacra ſcriptura res ſignate appellant noīe rerū ſignantiū ſignatione nō expreſſa. ſm illud Cor. 10. Petra aūt erat chriſtus. Ubi non dicit petra ſignificat chriſtū. In hoc autē facto φ iudas exiuit ab apoſtolis repreſentatur figura futuri iudicij: ubi mali ſeparabunt a bonis: cū ſtatuet oues a dextris: hedos autē a ſiniſtris (ut habetur Mat. 25.) In hoc ergo φ iudas exiuit: qr futurū iudicium figurabat. Ideo dn̄s poſt exitum iude agit de gloria iudiciarie poteſtatis: quia iudicaturus eſt dicens [Nūc clarificatus eſt filius hoīs.] i. per eius exitū repreſentata eſt gloria filij hoīs quā habebit in iudicio: ubi malorū nullus erit: ubi bonorū nullus perit. Non autē dicitur. Nunc ſignificata eſt glorificatio filij hoīs: ſed [nūc glorificat⁹ eſt rc̄.] more ſcripture ſacre predicto. ¶ Meritū aūt hui⁹ glorificatiōis eſt: ut deus glorificetur in eo. In illis enim clarificat deus qui querūt facere uolūtatē eius nō ſuam: talis aūt erat chriſtus. ſupra 6. Non ueni facere uoluntatē meā: ſed eius qui miſit me. Et ideo [deus clarificatus eſt in eo.] ¶ Exponit autē hoc cū dicit [Si deus clarificat⁹ eſt in eo.] i. ſi uoluntatem dei faciens dn̄ clarificauit. merito [deus clarificabit eū in ſemetipſo.] ut ſ. natura humana que a uerbo eterno ſuſcepta eſt etiam imortali eternitati debet. Et ideo [in ſemetipſo.] i. in gloria ſua. Phil. 2. Propter qd̄ exaltauit illum rc̄. Ipſa ergo glorificatio qua deus glorificatus eſt in chriſto: eſt meritū in quo chriſtus ſm φ homo glorificatus eſt in ſemetipſo. i. in gloria dei. Et hoc fuit quando humana natura depoſita infirmitate per mortē crucis accepit gloriā immortalitatis in reſurrectiōe. Unde ipſa reſurrectio fuit principiū: quo inchoata eſt iſta gloria. Unde

Clarificari idē eſt φ glorificari.
Gloria dicit quaſi claria.

Chriſtus glorificatus eſt quadruplici gloria.

Prima clarificatio chriſti.

Crux iz gentibus ꝛ his q pereūt ſit ſtulticia: nobis tn̄ credentib⁹ u eſt maxia dei ſapientia ꝛ dei virtus.
Secunda clarificatio chriſti.

dicit[⁊ continuo clarificabit eū]in reſurrectione: que.ſ.ſtatī erit.ſm illud ps.Exurgā diluculo. Et alibi.Nō dabis ſanctū tuū videre corruptionem.

Tertia clarifi catio chriſti.

℄ Tertia chriſti gloria eſt gloria reſurrectiōis de qua dicitur Ro.6.Quō ſurrexit chriſtus per gloriā patris:ita ⁊ nos ⁊c̄.Et de hac gloria exponit hic Hilarius ⁊ etiam partim Aug⁹.Et ſm hoc primo prenūciat chr̄s hanc ſuā gloriā dicens[Nunc clarificatus eſt.]⁊ loquit̄ de futuro per modū preteriti:quia que ſtatim fieri credim⁹:quaſi facta habem⁹.Gloria aūt reſurrectionis in ꝓximo īminebat.Et ideo dicit[Nūc clarificatus eſt.]quaſi corpus nature diuine conſolatiōe gloriā quodāmō diuinitatis adeptus eſt.℄ Secūdo ſubiūgit cām huius glorificatiōis:⁊ ualde ſubtiliter.Nā(ut ipē dicit)humanitas chriſti in reſurrectiōe glorificata eſt ex cōiunctiōe diuine nāe eā aſſumētis in perſona uerbi q̄r hoc dicitur in ps.Non derelinques animā meā in īferno:nec dabis ſanctū tuū(qui eſt ſanctus ſanctoꝝ)videre corruptionē. Debet etiaꝫ chriſto homini talis gloria inq̄tū eſt deus.(Nos etiā intātū gloriā reſurrectionis habebim⁹:inq̄tū ꝑticipes ſum⁹ diuinitatis.)Ro.8.Qui ſuſcitauit ieſum chriſtū a mortuis:ſuſcitabit ⁊ mortalia corpora noſtra ꝑꝑ inhabitantē.Et ideo dicit q̄[fili⁹ hoīs ⁊c̄.]ſ.chr̄s ſm humanā naturā[clarificatus eſt]per reſurrectionē.Et quis clarificabit eū?[Deus]inquit[clarificabit eū in ſemetipſo]ut.ſ.chriſt⁹ hō:qui regnat in gloria dei eſt ipſe ex inde in dei gloriā trāſeat.ſ.māſurus totus in deo:quaſi deificatus ex ea qua hō eſt diſpenſatiōe.Sicut ſi dicerē:Lāpas clara eſt:q̄r ignis clareſcit in ea.Illud ergo qd̄ emittit radios claritatis ad humanitatem chriſti eſt de⁹.Et ſic humanitas chriſti clarificatur a gloria diuinitatis eius:⁊ humanitas chriſti induitur in gloriā diuinitatis:nō per trāſumptionem nature:ſed per participationē glorie:inq̄tum ipē chriſtus hō adoratur tanq̄ de⁹. Phil.2. Propter qd̄ ⁊ deus exaltauit illū:⁊ dedit illi nomē: qd̄ eſt ſuper oē nomē:ut in noīe ⁊c̄. Et ideo dicit[Et ſi deus clarificatus eſt in eo.]i.ſi ita eſt q̄ gloria diuinitatis ad gloriā humanitatis redundet[de⁹ clarificauit eū.]fecit eū participem ſue glorie:eū ad ſuā gloriā aſſumendo.Phil.2.Oīs lingua confiteatur:quia dn̄s ieſus ⁊c̄.Et ſic duplex eſt gloria chriſti.Una que eſt in humanitate eius a diuinitate deriuata.Alia eſt diuinitatis ad quā quodāmō aſſumitur humanitas(ut dictū eſt)ſed aliter ⁊ alit̄. Nā prima gloria habuit principiū temporis. Et ideo de ipſo loquitur in preterito dicens[Et de⁹ clarificauit eū in ſemetipſo]qd̄ fuit in die reſurrectionis.Secūda gloria eſt perpetua:quia ab eterno uerbū dei eſt deus:ad quā humanitas chr̄i aſſumpta in perpetuū glorificabit̄.Unde de iſta loquit̄ in futuro dicēs[Et continuo clarificabit eū.] i.ſemp̄ .i.faciet eū in illa gloria in perpetuum eſſe.

Humanitas chriſti in reſurrectiōe glorificata eſt ex coniunctione diuine nature eā aſſumētis in ꝑſona ūbi.

Gloria chr̄i ē duplex.

Gloria p̄ia habuit principiū tp̄is. Gloria ſecūda eſt perpetua.

Quarta clarificatio chr̄i.

Glorie differētia ſm cōēꝫ uſum ⁊ ſ. ſcripturam ſm Orige.

℄ Quarta gloria chriſti eſt gloria cognitionis in fide populorū.Et de hac exponit Orige.℄ Ubi notādū eſt q̄ gloria ſm eū aliter accipitur in communi uſu hominū:⁊ aliter in ſcriptura.Naꝫ ſm cōmunē uſum gloria nihil aliud eſt q̄ a plurib⁹ collata preconia:uel clara cum laude notitia(ut Ambroſius dicit.)In ſacra ſcriptura gloria importat aliquod diuinum indicium ſuper homines. Unde Exo.Gloria domini apparuit ſuper tabernaculum.i.aliquod diuinum indicium requieuit ſuper ipſum.Et ſimiliter illud quod dicitur de facie moyſi q̄ glorificata eēt.Et ſicut gloria corporaliter dicit aliquod diuinū indiciū ſuper homines ita etiam ⁊ ſpiritualiter intellectus hominis dicit̄ glorificari:quādo ita deificatus ac tranſcendens omnia membra:eleuatur ad dei cognitionē.Per hoc enim efficitur particeps glorie ipſius.2.Coꝛ. 3.Nos autē reuelata facie gloriam domini ſpeculantes ⁊c̄.Si ergo quicunq̄ cognoſcat deum glorificatur:⁊ particeps glorie effectus eſt . Manifeſtum eſt q̄ chriſtus qui perfectiſſime deuꝫ cognouit:utpote totius diuine glorie ſplendor exiſtens Heb.1.Et totius glorie diuine fulgoreꝫ capere ualens.Mat.11.Si inq̄ ita eſt:chriſtus perfectiſſime eſt glorificatus:⁊ etiam omnes qui deum cognoſcunt:hoc a chriſto habent.Sed chriſtum ſic glorificatū eſſe in perfectiſſima cognitione ⁊ participatione diuinitatis:nōdū homines cognoſcebant. Et ideo lꝫ in ſe glorificatus eſſet:non tamen glorificatus erat in notitia hominum.Sed hanc gloriam incepit habere in reſurrectione ⁊ in paſſione: in quibus homines cognoſcere ceperunt ſuā virtutem:⁊ ſuam diuinitatem.De hac ergo ſua glorificatione dominus hic loquens dicit[Nunc clarificatus eſt filius hominis.]ſ.ſm humanitateꝫ in ſua paſſione que īminebat clarus effectus eſt in notitia hominū[⁊ deus.]ſ.pater[glorificat⁹ eſt in eo.] Filius enim non ſolū reuelat ſe: ſed etiā patrem.j.14.Pater manifeſtaui nomen tuuꝫ. Et ideo nō ſolum clarificatus eſt filius:ſed etiam pater.Mat.11. Patrē nemo nouit niſi filius ⁊c̄.Et dicit[In eo] quia qui videt filium:videt ⁊ patrem.j.14.Maioris autē eſt:ut aliquid.maius rependat.Et iō ſubdit[Et ſi deus clarificatus eſt in eo.]i.ſi ex claritate filij hominis quodāmō creſcat gl'ia deo patri in quantū magis ab omnibus cognoſcatur.[Et de⁹ clarificauit eum in ſemetipſo.]i.notificauit q̄ chriſtus ieſus eſt in ſua gloria.Et hoc non differt: q̄a [continuo clarificabit eū.]i.ſtatim ⁊c̄.

Filioli adhuc modicū uobiſcum ſum. LE. VII.

Supra poſuit dominus claritateꝫ quā adepturus erat per ſuum receſſum.Hic ipſum ſuum receſſum prenūciat eis.Et ꝑ̄ prenūciat eis ſuū receſſu.2⁹ oſ̄dit q̄ nōdū diſcipuli idonei erāt ad eū ſequendū ibi[Quereĉtis me.]3⁹ docet quō idonei fiant ibi[Mādatū nouū ⁊c̄.]Receſſum aūt futurū in breui prenunciat eis dicens[Filioli adhuc modicuꝫ ⁊c̄.]Et utitur ūbo filiationis ad maiorem īflamationem. Nam quando amici abinuicem diſcedūt:tūc maxime affectu amoris inardeſcunt.ſupra.c.Cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo ⁊c̄.Sed dicit[Filioli mei] in diminutiuo:ut oſtendat eoruꝫ imperfectionem.Nonduꝫ enim erant perfecte filij: quia nondum perfecte diligebant. Nondum erant in charitate perfecti.Galat.quarto.Filioli mei quos iterum parturio ⁊c̄.nihilominus tamen ſatis creuerant in perfectione:quia ex ſeruis facti ſunt filioli(ut hic habetur)⁊ fratres.infra ultimo. Uade ad fratres meos: ⁊ dic ⁊c̄.℄ Notandum tamen q̄ hoc quod dicitur[Adhuc modicum.]tripliciter exponi poteſt.ſꝫ q̄ chriſtus eſt tripliciter cum ſuis diſcipulis . Chriſtus enim cum ſuis diſcipulis erat corporaliter.℄ Corpus autem eius

Corp⁹ chri ſe ꝯſiderari du-plicᷣ.

poteſt conſiderari dupliciter. Primo ſm ſimilitudinem conditionis nature humane. Nam chriſtus ſm corpus mortalis erat ſicut ⁊ ceteri homines. Et ſic li [modicum] accipitur pro tempore quod erat inter uerba ſermonis huiuſmodi ⁊ mortē ſuam. Ut ſit ſenſus. [Adhuc modicū uobiſcum ſum.] i. modicum tēporis extat ꝙ capiar ⁊ moriar: ⁊ tūc reſurgam deinceps immortalis etiam ſm corpus exiſtēs. Ro. 6. Chriſtus reſurgēs ex mortuis iā nō morit ⁊c̄. Et ideo dicit Luc. ultimo. Hec dicebam uobis dum adhuc eſſem uobiſcū ⁊c̄. Secūdo fuit cum eis pñtia corpali. ſed ſm ꝙ corpus ei⁹ erat iā glorificatum. Et ſic li [modicum.] accipit pro tempore quod erat uſq; ad aſcēſionem. Infra. 16. Modicum ⁊ iam nō videbitis me. ⁊ iterū modicum ⁊ videbitis ⁊c̄. Agg. 2. Adhuc modicū: ⁊ ego mouebo ⁊c̄. Tertio exponit ſm ꝙ chriſtus fuit cum eis ſpiritualr ſm ſue diuinitatis pñtiam ⁊ in ſacramētis: ⁊ ſic li [modicum] accipit pro tēpore quod extitit uſq; ad cōſumationem ſeculi: quod quidem tēpus dicit eſſe modicū in cōparatione ad eternitatē. prime Ioā. 3. Filioli mei nouiſſima hora eſt. Et ſic eſt ſenſus [modicum ⁊c̄.] ſ. a uobis corporaliter diſcedam. tamē ſpiritualiter adhuc [ſum uobiſcum modicum] i. tāt tēporis quod extat uſq; ad cōſumationem ſeculi. Mat. ultimo. Ecce ego uobiſcum ſum uſq; ad cōſumationē ſeculi ⁊c̄. Sed hec expoſitio nō cōgruit ſm pñtiam diuinitatis ſue: q2 nō solū uſq; ad cōſumationē ſeculi: ſed etiam in ꝑpetuum erit cum eis. Et ideo Origenes aliter exponit dicēs. Quod chriſtus cum ꝑfectis non peccantib⁹ moraliter eſt ſemꝑ: ſed cum imꝑfectis nō eſt: quia cum peccāt recedit ab eis. Diſcipuli uero poſt modicū tēpus receſſuri erāt a chriſto: ⁊ ſcandalū paſſuri: ⁊ eū relicturi. Infra. Omnes uos ſcandalum patiemini ⁊c̄. Et ſic chriſtus ſpūaliter etiam recedebat ab eis. Et quantum ad hoc dicit [Adhuc modicū ⁊c̄.] id eſt modicum tpis eſt ꝙ uos fugietis me relicto: ⁊ ſic non ero uobiſcum. Conſequenter cum dicit.

Chriſtus eſt nō peccātib⁹ mō raliṫ p ɔ̄ſtā cū imꝑfectis nō ē q2 cū peccant recedit ab eis

Quęretis me: ⁊ ſicut dixi iudeis. Quo ego uado uos non poteſtis uenire. Et uobis dico modo.

Oſtēdit eorum inſufficiētiam ad ſequēdum. Et primo ponit eorum conatū dicēs [Queretis me.] quē ſpūaliter derelīquētis: ⁊ fugiētes: ⁊ negātes. [Queretis] in q; per penitētiam: ſicut petrus qui fleuit amare. Iſa. 4. Querite dnm dum inueniri pōt. Oſee. 6. In tribulatione ſua mane cōſurgent ⁊c̄. Vel [queretis me.] i. pñtiam corporalem per deſideriū. Luce 22. Uenient dies in quibus deſi. ⁊c̄. Secūdo eorum defectum oſtēdit dicēs [Et ſicut dixi iudeis.] Supra. 8. Quo ego uado ⁊c̄. ſed aliter ⁊ aliter. Quia cum inter iudeos eēnt aliqui qui nunq; cōuertēdi erant: de illis dictum eſt ſimplr: ꝙ nō poterant ire quo chriſtus ibat: ſed iam in ſua egreſſo: nullus erat inter diſcipulos a chriſto ſeparādus. Et ideo non dicit ſimplr: nō poteſtis uenire: ſed addidit [Uobis dico modo.] quaſi dicat. Iudeis dixi ꝙ nunq; ſ. quātum ad obſtinatos. Sed [uobis dico.] ꝙ [modo] nō poteſtis me ſequi: q2 nō eſtis ꝑfecti in charitate. ut uelitis mori pro me. Ego enī ꝑ mortem diſceſſurus ſum. Item ego iturus ſum ad gloriam patris ad quam nullus uenire pōt: niſi ſit in charitate ꝑfectus. Item ego ſum glorificādus modo: q2 (ut dictum eſt) nunc clarificatus eſt filius hominis: ſed nōdum eſt tempus: ꝙ corpora ueſtra glorificent. Et ideo [Quo ego uado: uos nō poteſtis uenire.] Cōſequenter cum dicit.

Mandatum nouum do uobis: ut diligatis inuicem ſicut dilexi uos: ut ⁊ uos diligatis inuicem.

Docet eos quomodo idonei efficiant ad ſequēdum. Et primo ponit cōditionem mādati. Secūdo oſtēdit cauſam quare illud debeāt implere ibi [In hoc cognoſcēt omnes ꝙ mei ⁊c̄.] Circa primū tria facit. Primo ponit mādati qualitatem. Secūdo eius tenorem. Et tertio tenoris exēplū. Sed qualitas mādati cōmēdat ex nouitate. Unde dicit [Mandatum nouum.] Sed nunq̄d in ueteri teſtamēto uel lege datum eſt mādatū de dilectione ꝓximi? Datum quippe eſt. Quia Mat. 22. Legis peritus interrogatus a chriſto quod eēt primum mandatum. Rñdit. Diliges dnm deum tuū. Et ſubdit: ⁊ ꝓximum tuum ⁊c̄. Quod habet Leuit. 19. Diliges ꝓximū ⁊c̄. Spūaliter autē mādatum iſtud dicit nouum ꝓpter tria. Primo ꝓpter effectū innouationis quē efficit. Col. 3. Exuētes uos ue. ⁊c̄. Hec aūt nouitas eſt per charitatē ad quam hortat chriſtus. Secūdo iſtud mādatum dicit nouum ꝓpter cauſam que hoc efficit: q2 eſt a nouo ſpū. Eſt enim duplex ſpūs. ſ. uetus: ⁊ nouus. Uetus quidem eſt ſpūs ſeruitutis. Nouus aūt ſpūs amoris. Ille gñat ſeruos: hic filios adoptionis. Ro. 8. Nō accepiſtis ſpiritū ſeruitutis ⁊c̄. Eze. 36. Dabo uobis cor nouum ⁊c̄. Et hic ſpūs inflāmat ad charitatē: q2 charitas dei diffuſa eſt in cordibus nris per ſpūm. Ro. 8. Tertio per effectū quem cōſtituit. ſ. nouū teſtamētum. Nam breuis differētia noui ⁊ ueteris teſtamēti eſt timor ⁊ amor. (ut enī dicit Hiere. 33.) Feriā dnī iſrl fedus nouū ⁊c̄. Quod aūt mādatū iſtud in ueteri teſtamēto ex timore ⁊ amore ſcō erat ꝑtīebat ad nouū teſtm: vñ hoc mādatū erat in ueti lege: nō tāq; ꝓpriū ei⁹: ſed ut ꝑparatiuū no. le. Tenor aūt mādati eſt mutua dilectio. vñ dicit [ut diligatis inuicem ⁊c̄.] De rōne enī amicitie eſt ꝙ nō ſit latēs: alr enim nō eēt amicitia: ſed beniuolētia q̄dā. Et ideo opz ad uerā amicitiā ⁊ firmā: ꝙ amici ſe mutuo diligāt: q2 tūc amicitia iuſta eſt ⁊ firma q̄ſi duplicata. Dñs ergo uolēs inter ſuos fideles ⁊ diſcipulos ꝑfecta amicitiā eē: dedit eis ꝑceptū de mutua dilectiōe. Ecc. 7. Qui timet deū hēbit amicitiā bonā. Exēplū tenoris ponit cū dicit [ſicut dilexi uos.] Triplr enim dilexit nos chrs. Gratuite: efficacit: ⁊ recte. Gratuite: q2 ipſe icepit: nec expectauit ꝙ nos inciperem⁹ amare. 1. Io. 4. Nō q̄ſi dilexerim⁹ deū. ſed qm ipſe ꝑor dilexit nos. ſic ⁊ nos debem⁹ prius dilige ꝓrios nec expectare ꝑueniri ſeu bñficiari. Efficaciter aūt dilexit: quod pz per op⁹. (Probatio enī dilectionis exhibitio eſt opis.) Mai⁹ aūt quod hō pro amico pōt facere: eſt ut det ſeipm ꝓ eo: quod ⁊ chrs fecit. Eph. 5. Dilexit nos: ⁊ tradidit ſemetipm ꝓ nobis Unde dicebat ſup. Maiorē hac dilectionē nemo hēt ⁊c̄. Nos ergo hi⁹ exēplo efficacit ⁊ fructuoſe inuicē diligam⁹. 1. Io. 3. Nō diligam⁹ ṽbo neq; ligua ⁊c̄. Recte uero: q2 cū oīs amicitia fundet ſuꝑ aliquam coicationem. Silitudo enim eſt cauſa amoris. Illa eſt recta amicitia que eſt ꝓpter ſilitudinē: ſeu coicationē in bono. chrs aūt tātū dilexit nos inquātum ſilēs ſum⁹ ei ꝑ grāz adoptiōis diligēdo ſm hanc ſilitudinē: ut ad deum traheret. Hiere. 31. In cha

Spūs eſt duplex ſ. uet⁹ ⁊ nouus.

De rōne amicitie ē ꝙ nō ſit latēs.
Ad uerā amicitiā requirit mutua dilcō.

Chrs dilexit nos triplr.

Amicitia fundat ſuꝑ aliq̄ coicationem. Silitudo e cā amoris.

ritate perpetua dilexi te: ideo attraxi te miserans.
Sic ergo ⁊ nos in amico nõ tm̃ qd̉ bñficij est seu
delectationis est: sed qd̉ dei est debemus diligere.
Et in tali dilectione ꝓximi includit etiam dilectio
dei. ¶ Cõsequẽter cum dicit.

¶ In hoc cognoscent omnes quia discipuli
mei estis: si dilectionem habueritis adinuicẽ

¶ Ponit rõnem implẽdi hoc ꝑceptũ. ¶ Sciẽdum
est aũt ꝙ quicũqȝ cõnumerat militie alicuius regis de-
bet portare eius insignia. Insignia aũt christi sunt
insignia charitatis. Quicũqȝ ergo vult annumera
ri militie christi: debet charitatis caractere insigni-
ri. Et hoc est qd̉ dicit [In hoc cognoscent omnes
ꝙ mei estis discipuli si dilectionẽ habueritis adin-
uicẽ.] Dilectionẽ inqȝ sanctã. Ecc. 24. Ego mr̃ pul-
chre dilectionis ⁊c̃. Attẽde aũt ꝙ cum apli multa
dona receperunt a christo: sicut vita ⁊ intellectus: ⁊ bo
na habitudo corporis. Quedã vero spũalia: sicut opa
miraculoꝝ. Luc. 10. Ego dabo vobis os ⁊ sapien
tiã ⁊c̃. Oĩa ista nõ sunt signa discipulatus christi cuȝ
possint eẽ cõia bonis ⁊ malis: sed spãle discipulatus
christi signũ est charitas: ⁊ mutua dilectio. 2ͤ Cor.
p̊. Signauit nos ⁊ dedit spũm.

Insignia christi sunt insignia charitatis.

Charitas est spãle signũ discipulatus christi similiter mutua dilectio.

L. VIII.

Dicit ei simon petrus. Domine quo
uadis? Respõdit iesus. Quo ego
uado non potes me modo sequi:
sequeris autem postea.

Posito defectu discipuli. s. inde tradentis.
hic ponit defectũ discipuli. s. petri
negãtis. Et ꝓmo ponit ꝓnũciandi occasio. Secun
do negationis ꝓnũciatio ibi [Rñdit iesus. Aiam
tuã ⁊c̃.] Circa primũ duo facit. Primo ponit petri
desideriũ. Scdo ponit eius fiduciã ibi [Dicit ei pe-
trus. Quare ⁊c̃.] Circa primũ duo facit. Prio po-
nit desiderij ostẽsionẽ. Scdo dilationẽ ibi [Rñdit
iesus. Quo ego uado ⁊c̃.] ¶ Ostẽdit aũt petri de
sideriũ in ꝓmpta interrogatione cũ dicit [Dicit ei
simon petrus. Dñe quo uadis?] Audierat enim a
dño ꝙ adhuc modicũ cũ eis eẽt: ex quo soliciti est
de christi recessu ab eis. Et ideo querit dicens [Quo
uadis] Ubi Crisostomus dicit. Magnus ꝑfecto est
petri amor: ⁊ ipso igne uehemẽtior: cui ꝑfecto nul
la ꝓhibitio ꝓmptũ impetũ ipedire põt. Et ide est
ꝙ etiã christo dicẽte Quo ego uado uos non pote-
stis uenire. supra eodẽ. Ipm petrus sequi uolebat
Et iõ interrogabat quo iret: q̄si vna de adolescẽti
bus querẽtibus in cãticis. Quo abijt dilectus o pul-
cherrima mulierũ: quo abijt ⁊ queremus eũ tecuȝ.
Dilatio aũt huius desiderij est: qr ad pñs impedit
a sequẽdo. Et hoc ẽ qd̉ dicit [Quo ego uado nõ
potes me mõ sequi: sequeris aũt postea.] q. d. Ad
huc imꝑfectus es: ⁊ ideo nõ potes me mõ seq. po
stea aũt qñ ꝑfectus eris: sequeris me. Sile est qd̉
dicit. j. ultimo. Amẽ dico tibi cũ eẽs iunior. q̄si imꝑ
fectus, cingebas te. Cũ aũt senueris ⁊ ꝑfectionis ar
cem cõscẽderis: extẽdes manus tuas ⁊c̃. ¶ Conse
quenter cum dicit.

¶ Dicit ei petrus. Quare non possum te seq
modo? Animam meam pro te ponam.

¶ Ponit petri fiduciã. Intellexerat enim petrus ꝙ
dñs vba ꝑdicta dixerat q̄si de ꝑfectione sui amo-
ris diffidẽs. Perfectus aũt amor est cũ qs seipsum
pro amicis exponit morti. j. Maiorẽ hac dilectiõeȝ
nemo hẽt: ut aiam suã ⁊c̃. Quia ergo petrus pa-
ratus erat pro christo mori: ostẽdebat se in amore ꝑfe-
ctũ cum dicit [Aiam meã ponã pro te.] i. paratus sum
pro te mori. Hoc dicebat quãtũ sibi videbat nõ fi
cto aio. Sed tñ nesciit hõ virtutẽ affectus sui: tunc
potissime cũ ꝑiculũ iminet. ꝓme Cor. 4. Nihil mi-
hi cõscius suȝ: sed nõ in hoc iustificatus ⁊c̃. ¶ Cõ-
sequenter cum dicit.

Amor ꝑfectus est cũ qs se ipsum ꝓ amicis morti exponit.

¶ Respondit ei iesus. Animam tuaȝ pro me
pones.

¶ Negationẽ petri ꝓnũciat. Et primo redarguit ꝓ-
sumptionẽ. Secũdo negationẽ ibi [Amẽ amen di-
co tibi. Nõ cantabit ⁊c̃.] ¶ Circa primũ sciẽdũ est
ꝙ petrus de se presumẽs christo sibi dicente. Non
potes me mõ sequi. dicebat se cũ seq posse ⁊ mori
pro ipso. Et ideo dñs eum reprimẽs dicit [Animã
tuã pro me pones.] q̄si diceret. Cõsidera qd loq̄-
ris. Magis scio qd in te sit q̄ȝ tu scias: cum nõ pos
sis põderare amoris tui põdus. Noli ergo te ultra
modũ ꝓsumere. Ro. 11. Noli altum sape: sed time.
Et huiusmodi rõ assignat Mat. 26. Spũs quideȝ
ꝓmptus est: caro aũt infirma. Permisit aũt domi-
nus petrũ tẽtari: ⁊ cadere: ut exaltatus ad principa
tũ eccle discat de se humilia sentire: ⁊ peccãtibus sub
ditis cõpati. Heb. 4. Nõ hẽmus pontificẽ qui non
possit cõpati infirmitatibus nr̃is tẽtatũ per oĩa ꝑ
similitudine absqȝ peccato. sed in petro inualuit tẽta
tio usqȝ ad culpã. In christo aũt fuit tentatio usqȝ
ad similitudinẽ pene: qr peccatum nõ fecit. ¶ Nega
tionem predicit dicens.

Dñs ꝑmisit petrũ tẽtari ⁊ cadẽ: ut exaltatus ad ꝑncipatũ eccle discat de se humilia sentire.

¶ Amen amen dico tibi: nõ cantabit gallus
donec ter me neges.

¶ Hic primo dubitat de hoc qd̉ dicit [Nõ cãtabit
gallus donec ter me neges.] Uidet enim eẽ falsuȝ:
qr statim post primã negationẽ petri gallus canta
uit (ut habet Mar. 14.) ¶ Sed ad hoc Augustinus
rñdet dupl'r. Uno mõ: ut dñs magis affectionem
petri q̄ȝ actus expssit. Nã aiam petri tãtus timor in-
uaserat: ꝙ paratus erat ad primũ cantũ galli: non so
lũ semel: sed ter negare. Et sic ẽ sensus [Anteq̄ȝ gal
lus cãtet.] paratus eris ter me negare. Alio mõ ut re
ferat ad negationis initiũ. Quia aliqd dr̃ fieri ante
aliqd: etiã si incipiat tm̃ fieri. Dñs aũt ꝑdixit trinã
negationẽ: que icipit añ ꝓmũ galli cantũ: lȝ nõ añ
ꝑfecta fuerit. Et tũc est sensus [Nõ cãtabit gallus.]
i. trinã negationẽ icipies anteq̄ȝ gallus cãtet. ¶ Itẽ
querit de loco ubi hec vba fuerit. Nã Matthe⁹ ⁊
Marcus dicũt ꝙ dñs dixit hec vba petro postq̄ȝ
exiuerat de loco ubi cũ discipulis cenauerat. Lucas
aũt ⁊ Joãnes dicũt ꝙ hec vba dixit in loco ubi ce-
nauerat. Nam post sermonem istũ dñs dixit. j. 14.
Surgite eamus hinc. ¶ Ad hoc aũt dicẽdũ ꝙ ue-
rum est ꝙ dominus hec uerba dixit in loco in quo
cenauerat. Matthe⁹ aũt ⁊ Marcus sequunt or-
dinẽ memorie nõ historie. ¶ Põt aũt dici sm̃ Au
gustinũ ꝙ dñs hec uerba ter dixit. Nam siqs dili-
gẽter cõsideret uerba dñi ex qbus ꝓcessum est ad
prenũciationẽ negationis petri: inueniet tripl'r eẽ
dicta. Nã in Mattheo ⁊ Marco habet ꝙ dixit do
minus: oẽs uos scãdalum patiemini in me in no-
cte ista. Et petrus rñdet. Et si oẽs scandalizati fue-
rint in te ⁊c̃. Et ait illi iesus. Quia hodie in hac no
cte ⁊c̃. In Luca aũt habet. Dicit ei iesus. Ecce sa-
thanas expetiuit uos: ut cribraret sicut triticuȝ ⁊c̃.
Et tunc petrus dixit ei. Domine tecum paratus
sum ⁊c̃. Et dominus illi. Dico tibi petre. Nõ can-
tabit ⁊c̃. Hic autem cum petrus quereret a domlo

Dubitatio.

Rñsio Aug.

Questio.

Responsio

Rñsio Aug.

Quo vadis ⁊c̃. Dixit ei dñs[Amen amē dico tibi ⁊c̃.]Unde colligit ꝙ pluries dñs negationem petri predixerat.

Lec.I.14c.

ET ait diſcipulis ſuis. Non turbetur cor veſtrum.

Supra dñs informauit diſcipulos ſuos exēplis. Hic cōfortat eos verbis. Et ꝑmo ponit multiplex verboꝝ exhortatio. Secūdo ipſoꝝ que dicta ſunt explicatio. cap.16.[Hec locutus ſuz vobis ut nō ſcādaliçemini.]Circa primū ſciēdum eſt ꝙ duo imminebāt diſcipulis: de qbus ↄturbari poterāt. Unū de pñti. ſ. receſſus chriſti imminēs. Aliud de futuro. ſ. tribulatiōes quas paſſuri erāt. Primo ergo cōfortat eos cōtra primū. ſ. cōtra eius receſſum. Secūdo cōtra tribulationes quas paſſuri erāt. 15 cap.[Ego ſum vitis vera ⁊c̃.]Circa primū duo facit. Primo cōfortat eos ex pte ipſoꝝ remanētium. Secūdo ex parte ſui recedētis ibi[Nō turbet cor veſtrū neqꝫ formidet.]Circa primū tria facit. Primo ꝑmittit ſuū acceſſum ad patrē. Secūdo ꝓmittit eis donū ſpūs ſcī ibi[Si diligitis me mādata mea ſeruate.]Tertio ſuā pñtiā ibi[Nō relinquam vos orphanos ⁊c̃.]Circa primū duo facit. Primo ꝑmittit ſuū acceſſuz ad patrē. Secūdo agit de via per quam acceſſurus erat ibi[Et quo ego vado ſcitis ⁊c̃.]Circa primū tria facit. Primo excludit turbationē. Secūdo innuit ſui poteſtatē ibi[Creditis in deum ⁊c̃.]Tertio ſubiūgit ꝓmiſſionē ibi[In domo patris mei.]❡ Circa primū ſciēduz eſt ꝙ diſcipuli ꝯturbari poterāt ex verbis dñi ſupradictis de ꝓditione iude: ⁊ negatione petri: ⁊ receſſu ſuo. Et vere oīa turbationē ⁊ doloreꝫ ingerebāt. pſal. Cōmouiſti terrā. ſ. cordiū diſcipuloruꝫ: ⁊ cōturbaſti eam. Et ideo dñs ſanare volēs coꝝ cōtritionē dicit[Nō turbet cor veſtrum.]

Obiectio.

❡ Sed cōtra Act. ꝑ. Cepit ieſus facere ⁊ docere. Sꝫ ſupra. 13. dicit. Turbatus eſt ieſus ſpū ⁊c̃. Quomō ergo docet nō turbari qui primo turbatus eſt? ❡ Reſpon

Solutio

ſio: dicēdum ꝙ nō docuit contrariū eius qđ fecit. De eo aūt dicit ꝙ turbatus eſt ſpū: nō ꝙ ſpūs eius ſit turbatus. Hic aūt nō ꝓhibet qn turbent ſpiritu ſed ꝓhibet ꝙ coꝝ cor. i. ſpūs nō turbet.

Duplex ē turbatio.

Eſt enim quedā turbatio ex ſpū ex rōne ꝓcedens: que laudabilis eſt: nec ꝓhibet. ſcđe Coꝝ. 7. Que enim ſm deū triſtitia eſt ꝑſentiā ⁊c̃. Alia eſt triſtitia ſeu turbatio ipſius rōnis: que nō eſt laudabilis: qꝛ abducit a ꝓpria rectitudine. Et hec ꝓhibet pſal. Iuſtꝰ nō cōturbabit: qꝛ dñs ⁊c̃. Nō enim turbari pōt q deuz ſemꝑ habet. ❡ Et ideo dñs ſue diuinitatis poteſtatem ſubiūgit dicens.

❡ Creditis in deum ⁊ in me credite.

❡ Ubi vnū ſupponit: ⁊ aliud ꝑcipit. ❡ Supponit qdem coꝝ fidē in deū dicēs[Creditis in deuz ⁊c̃.] In hoc enim iam inſtructi erāt ab ipſo. Heb. 11. Accedētem ad deū oportet credere. ❡ Precipit autē ut credāt in ipſum dicēs[⁊ in me credite.]Si enim in deū creditis. Ego aūt ſum deus. Cōſequēs eſt ꝙ in me credatis. Et tenet hec ↄñtia: ſiue li[deus] teneat eēntialiter: cū ipſe filius ſit deus: ſiue li[deꝰ] ſupponat pro ꝑſona pr̃is. Nullus enim pōt in patrē credere niſi credat in filiū. Supra. 5. Qui nō honorificat filiū nō honorificat patrē. In hoc autez qđ dicit[⁊ in me credite.]cōteſtat ſe verū eſſe deuz. Nam ſi hoi vel alicui creature credere liceat: in nullum tñ niſi in deuz credere debemus. Eſt ergo in chriſtū credēdū ſicut in deū. 1. Jo. ultimo. Ut ſitis in vero filio eius ieſu chriſto: hic eſt verus deus ⁊ vita eterna. Supra. 6. Hoc eſt opus dei: ut credatis in eum quē miſit ille. ❡ Cōñter eum dicit.

❡ In domo patris mei māſiones multe ſūt.

❡ Subiūgit ꝓmiſſionē que eſt ut per chriſtū accedant: ⁊ introducant ad patrē. ❡ Promiſſio autem de acceſſu aliquoꝝ ad aliquem locū duo includit. Unū eſt ꝑcedēs. ſ. loci ꝑparatio. Aliud ſequens. ſ. licet in locū introductio. Et ideo dñs duas hic ꝓmiſſiones facit. Unaꝫ que ꝑtinet ad loci ꝑparationem. Aliā ad loci introductionē. Prima aūt nō eſt neceſſaria: cū iaꝫ locus ſit ꝑparatus: ſed ſecūda. Et ideo circa hoc duo facit. Primo excludit neceſſitatē prime ꝓmiſſionis. Secūdo ponit ſcđam ꝓmiſſionem ibi[Et ſi abiero ⁊ ꝑparauero ⁊c̃.]Circa primum duo facit. Primo excludit neceſſitatē ꝑparationis. Secūdo oſtēdit facultatē ſuā ad ꝑparāduꝫ ſi neceſſe eēt ibi[Si quo minus dixiſſeꝫ ⁊c.]❡ Dicit ergo[In domo pr̃is mei ⁊c̃.]Ubi ſciēdum eſt ꝙ cum vniuſcuiuſqꝫ domus ſit in qua habitat: illa dicit domus dei in qua habitat deus. Deus aūt habitat in ſanctis. Hiere. 14. Tu in nobis es domine ⁊c̃. Sed in qbuſdā quidē per fidē. 2e Coꝝ. 6. In habitabo in illis ⁊c̃. Epheſ. 3. Habitare chriſtuꝫ ꝑ fidem ⁊c̃. In qbuſdā vō per fruitionē ꝑfectā. prime Coꝝ. 15. Ut ſit deus oīa in oībus.

Domus dei ē duplex.

Duplex eſt ergo domus dei. Una eſt militāe eccliā. ſ. congregatio fidelium. ꝑme Thim. 4. Ut ſcias ⁊c̃. Et hāc inhabitat deus per fidē. Apoc. 21. Ecce tabernaculū dei cum hoibus: ⁊ habitabo in illis. Alia eſt triumphāe. ſ. ſanctoꝝ collectio in gliā pr̃is. pſal. Replebitur ab ubertate domus tue ⁊c̃. Sed domus pr̃is dicit nō ſolū illa quā ipſe inhabitat: ſed etiaꝫ ipſemet: qꝛ ipſe in ſeipſo eſt. Et in hac domo nos colligit. Qđ aūt ipſe deus ſit domus habet ſcđe Coꝝ. 5. Domū habemus a deo ⁊c̃. Et hec domꝰ eſt gliā: que eſt ipſe deus. Hiere. 17. Soliū altitudinis glorie tue ⁊c̃. Manet aūt homo in hoc loco. ſ. deo quantum ad volūtatē: ⁊ affectū per fruitionē charitatis ꝑme Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet ⁊ deus in eo. Et quātū ad intellectū per notitiā veritatis. i. 17. Sāctifica eos in vītate. In hac ergo domo. i. in gliā que deus eſt: māſiones multe ſunt. i. diuerſe ꝑticipationes btitudinis ipſius. Quia qui plus diligit ⁊ plus cognoſcit maiorē locuꝫ habebit. Diuerſe ergo ꝑticipationes diuine cognitionis ⁊ fruitionis ſunt diuerſe māſiones.

Queſtio.

❡ Sed hic eſt queſtio. Utrū vnus poſſit eē beatior alio. Videt ꝙ nō. Beatitudo eſt finis: ⁊ ꝑfectū nō recipit maius ⁊ minus: ergo non pōt ⁊ magis ⁊ minus haberi.

Reſponſio

Perfectū duplr. ſ. abſolute: ⁊ ſm quid.

❡ Rñſio dicēdū ꝙ aliqd dicit ꝑfectū duplr. Abſolute: ⁊ ſm qd. ❡ Perfectio qdē btitudinis abſoluta eſt ſolius dei: quia ſolus ipſe tm̄ cognoſcit ſe: ⁊ amat quātū cognoſcibilis eſt: ⁊ amabilis. (Infinite enim cognoſcit ⁊ amat infinitā veritatē ⁊ bonitatē ſuam.) Et quātū ad hoc ipſum ſummū bonū qđ eſt btitudinis obiectū ⁊ cauſa nō pōt eē maius ⁊ minus. Nō enim eſt niſi vnū ſummū bonuꝫ: qđ eſt deus. ❡ Scđm qd aūt ſm aliquas cōditiones tpis nature ⁊ grē. Et ſic vnus pōt eſſe beatior alio ſm adeptionē huius boni: ⁊ capacitatē vniuſcuiuſqꝫ hois. Quia quāto hō magis eſt eius capax: tāto magis participat ipſam: inquātum. ſ. eſt melius

diſpoſitus ꝛ ordinatus ad eius fruitionem ad qḋ
Brimdo ꝯſiſti i duob⁹.ſ.i diuina viſiōe: ꝛ i fruitiōe delectationē.
diſponit̄.Cōſiſtit enim beatitudo in duobus:ſcilicet in diuina viſione.Et ad hāc diſponit̄ per mūdi
tiam.Et ideo quāto quis habet coꝛ magis denu
tū a terrenis:tāto magis ꝛ pfectius deum videbit
Itē in fruitionis delectatione.Et ad hāc diſponit̄
per amorē.Et ideo qui habet coꝛ magis feruens
amore dei:magis delectabitur in diuina fruitione
De pͥma dicit̄ Mat.5.Btī mūdo corde ꝛc̄.¶ Itē
Dubitatio.
querit̄ de hoc qḋ dicit̄ Mat.20.Qḋ vnus denarius dat̄ oībus laborātibus.Hic aūt denarius nihil
aliud eſt q̄ māſio in domo pr̄is.Nō ergo ſūt multe māſiones.¶ Rn̄⁰ dicēdū ꝙ merces vite eterne
Reſponſio.
ꝛ vna eſt ꝛ multe.Multe qdē ſm diuerſam capacitatē pticipātium:ſm quā ſunt diuerſe māſiones in
Diua eēntia ſe vna ꝛ eadē ē:ſꝫ ſꝫ diuiſa eē recipiētiū magis ꝛ minus recipit̄.
domo pr̄is.Una v̄o tripl'r.Primo qdē ꝓpter vnitatē obiecti.Idē enim eſt qḋ oēs btī videt̄: ꝛ quo
oēs fruunt̄.Et iō vnus denarius:ſed diuerſimode
videbūt ꝛ amabūt.Iob.22.Tūc ſup oīpotētē deliciis afflues.Iſa.28.In illo die erit domus exercituum ſceptrū ꝛc̄.Et ſiſe eſt ac ſi aliqs ꝓberet alicui fōtem ut ad libitū oēs biberēt:de quo qui mai⁹ uas
hēret plus acciperet:ꝛ qui minus minus.Unus ergo fons ex pte ſua eſt:ſed nō eadē mēſura recipientiū.Et hec ē ſentētia beati Gregorij.22.moral.Secūdo ꝓpter eādem eternitatis mēſurā:ſm Auguſtinū ꝙ oēs hēbunt eternā btītudinem:qꝛ ibūt iuſti in vitam eternā:ſed diuerſe ſunt ꝓpter capacitatem.Tertio ꝓpter charitatem que oīa vnit gaudia
ſingulorꝝ faciēs oīum:ꝛ ecōuerſo.Rom.12.Gaudere cum gaudētibus ꝛc̄.¶ Sed notādū ꝙ ex hoc v̄bo Pelagiani acceperūt occaſionē errādi.Dicunt
Pelagiāorū erroꝛ dicētiū pueros ñ baptiꝫatos decedētes futuros eē i domo dei nō ūi i regno dei.
enī ꝙ pueri nō baptiꝫati decedētes erūt in domo
dei ſaluati:ſed nō in regno:qꝛ ſupra.3.dicitur.Niſi
quis renatus fuerit ex aq̄ ꝛ ſpū ſcō non intrabit in
regnū dei.¶ Sed cōtra hoc dicit Aug⁹:ꝙ dn̄s dicit ꝙ māſiones huiuſmodi ſūt in domo dei:nihil
aūt magis eſt in regno q̄ domus.Nā regnū cōſtituit̄ ex ciuitatibus.Ciuitates aūt ex vicis.Vici aūt
Regnū ꝯſtitui ex ciuitatibus ciuitates ex vicis.vici ex domibus.
ex domibus.Si ergo māſiones ſunt in domo manifeſtū eſt ꝙ ſunt in regno.¶ Cōſequēter cū dicit

¶ Si quo minus dixiſſem uobis:quia uado parare uobis locum.

¶ Oſtēdit facultatē ſuā ad ꝑparādum eis locum ſi neceſſe eēt.Poſſet enim aliqs dicē.Verū eſt ꝙ i domo pr̄is tui māſiones multe parate ſunt:qḋ ſi nō
eēt:nō poſſet eas pare.Et ideo dn̄s hoc excludēs
dicit:ꝙ[ſi minus.]i.māſiones nō eēnt pate.[dixiſſem uobis qꝛ uado pare uobis locū.]Vel vidēdū
eſt qd eſt hoc qḋ dicit[pare uobis locū.]Paratur
Parat̄ locus dupliciter.
aūt locus dupl'r.¶ Uno mō cū in ſe diſponit̄:puta cū purgat̄ uel amplificat̄ locus.Iſa.34.Dilata locū
tētorij tui.¶ Alio mō cū dat̄ alicui facultas intrandi.Vn̄ pſal.petebat.Eſto mihi in deū ꝓtectorē ꝛ
in locū munitū.q̄ſi diceret.Semp ſit mihi facultas
intrādi.Et ſm hoc pōt dupl'r intelligi.Si enim locus iſte eēt tale aliqd:qḋ defectū hēret:aut quodcūqꝫ creatū:ſubiaceret mee ptāti ut pficerē illū.Nā
Oīs creatura dei ptāti ſub iecta eſt.
oīs creatura ptāti v̄bi ſubiecta eſt.Supra.1.Oīa ꝑ
ipſum facta ſunt.Si ergo ita eēt ꝙ hēret defectum
[dixiſſem uobis:qꝛ uado pare uobis locū.]Sꝫ locus in ſe patus eſt.Locus enim iſte eſt ipē de⁹(ut
dictū eſt)in quo eſt oīum pfectionū excellētia:ſed
forte nō eſt uobis facultas intrādi.Et iō[Si quo
minus.]i.ſi nō hēretis facultatē intrādi ꝛ nō eētis

ꝑdeſtinati ad locū illū[dixiſſē uobis:qꝛ uado parare ꝛc̄.]Naꝫ in ptāte mea eſt ut ꝑdeſtinarem uos
Fili⁹ cū pr̄e ꝛ ſ.ſ. ꝑdeſtinauit nos ad vitam eternam.
ad locū illū.Nam ipſe cū pr̄e ꝛ ſpū ſcō ꝑdeſtinauit
nos ad vitā eternam.Ephe.1.Elegit nos in ipſo.
¶ Sed qꝛ ſupra dixerat.Quo ego uado nō poteſtis me mō ſeq.Ne crederent ſe final'r ab eo abſciſſos eē.Ideo ſubiūgit.

¶ Et ſi abiero ꝛ preparauero uobis locum: iterum uenio ꝛ accipiam uos ad meipſum: ut ubi ſum ego ꝛ uos ſitis.

¶ Ubi ponit ſcḋam ꝓmiſſionē.ſ.inductionē in regnū.¶ Ubi videt̄ eē v̄borꝝ ꝯtrietas.Dixit enim.Si
Dubitatio.
quo minus dixiſſem ꝛc̄.Ubi innuit ꝙ nō uadit ad
parādū locū.Hic aūt dicit̄[Si abiero ꝛ ꝑparauero
uobis locū.]Ubi innuit ꝙ uadit ad parādū locuꝫ.
¶ Sed dicēdū ꝙ vno mō poſſet legi cōiūctum:ut
Reſponſio
ſit ſenſus.Si quo minus.i.ſi neceſſe eēt dixiſſeꝫ uobis:qꝛ uado pare ꝛc̄.Et iterū.Si quo minus .i.ſi
neceſſe eēt.dixiſſem uobis.i.[ſi abiero ꝛ ꝑparauero ꝛc̄.]Scḋm Aug̅m autē legit̄ diſtinctim:ut.ſ.hec
ſit alia clauſula ab illa:dn̄s ꝑparauit ab eterno ꝑdeſtinādo ꝑparauit exequēdo.Preparauit autē
per receſſum ſuū.Vn̄ illud qḋ ꝑmo dixit ꝙ māſiones parate erāt ab eterno intelligit̄ quātū ad ꝑmā
prepationē ab eterno.Qḋ aūt hic dicit[Si abiero
ꝛ ꝑparauero.]intelligit̄ quātū ad executionē eterne pdeſtinatiōis.¶ Prepauit aūt dn̄s per receſſuꝫ
ſuū nobis locū qnque modis.Primo qdē dādo
Dn̄s ꝑparat nobis locum qnque modis
locū fidei.Fides enim(cū ſit eorꝝ que nō vident̄.)
nō erat de chriſto apud diſcipulos:qn̄ eū pſonal'r
videbāt.Subtraxit ergo ſe eis:ut quē hēbāt ꝑſentia corpali:ꝛ videbāt oculis corpis:hērēt ꝑſentia
ſpūali ꝛ cernerēt oculo mētis:qḋ eſt hēre per fidē
¶ Scḋo demōſtrādo eis viā ad locū eūdi ꝛc̄.Michee.2.Aſcēdit pandēs iter an̄ eos.¶ Tertio pro
eis orādo.Heb.11.Accedēs per ſemetipm ad deuꝫ
ꝛc̄.Deut.33.Aſcēſor celi ꝛc̄.¶ Quarto ſurſuꝫ attrahēdo.Cant.1.Trahe me poſt te ꝛc̄.ꝛ Col.3.Si conſurrexiſtis cū chriſto ꝛc̄.¶ Quinto ſpūm ſcm̄ eis
mittēdo.ſupra.7.Nōdū erat ſpūs datus:qꝛ nōdū
erat ieſus glificatus.Cōplemētū aūt glificationis
chriſti fuit in eius aſcēſione.ꝛ id coſtatim cū aſcēdit
ſpūm ſanctū miſit diſcipulis.Sic ergo predixit eis
corpalē receſſum dicēs.[Si abiero ꝛ ꝑparauo uobis locū.]¶ Deinde ꝓmittit eis ſpūalē reditū dicēs[iterꝫ ueniā ꝛ recipiā.]Veniā in fine mūdi.Act.
1.Quēadmodū vidiſtis eū ꝛc̄.[Et accipiā uos ad
meipm.]glificatos in aīa ꝛ corpe.1.Theſ.4.Sil'r rapiemur ꝛc̄.]¶ Sed nunqd ſpūs aplorꝝ accipiunt̄
Dubitatio ꝯ⁹ grecorum.
a chriſto uſqꝫ in finē mūdi?¶ Ad qḋ dicēdum eſt
Grecorꝝ opio dicētiū ſcōs ñ ire ad padiſū uſqꝫ ad diem iudicij.
ꝙ grecorꝝ opinio eſt:ꝙ ſci nō uadūt ad paradiſuꝫ
uſqꝫ ad diē iudicij.Sed ſi hoc eēt tūc apl's fruſtra
hēret deſideriū eē cum chriſto.Phil.1.¶ Et ideo
Rāſio ueritatis.
dicēdū ꝙ ſtatim diſſoluta huius hītationis domo
quātū ad aīam ſumus cū chr̄o.Et ſic hoc qḋ dicit̄
[Iterū ueniā ꝛc̄.]pōt exponi de aduētu ſpiritualī:
quo chriſtus ſemp viuificat eccliam fideliū:ꝛ quēlibet ſanctorꝝ viuificat in morte.Ut ſit ſenſus[Iterum ueniā.]ad eccliam ſpūaliter cōtinue.[ꝛ accipiam uos ad meipm.]i.firmabo in fide ꝛ dilectione
mea.Cant.5.Dilectus meus aſcēdit ad areolā aromatū.i.ad cōgregationē ſanctorꝝ:ut paſcat̄.i.delectet̄ in virtutibus:ꝛ lilia colligat.i.aīas puras ad
ſe trahat:cū viuificat ſanctos in morte.¶ Deinde
ſubdit fructū dicēs.[Ut ubi ego ſum ꝛ uos ſitis.]

Lubi eſt caput ſint mēbra. Ubi magiſter: ſint diſcipuli. Mat. 24. Ubi fuerit corpus illic ꝯgregabuntur ⁊ aquile. ſupra. 12. Ubi ego ſum illic ⁊ miniſter meus erit.

LEC. II. ET quo ego vado ſcitis: ⁊ viā ſcitis. **Supra** dn̄s ꝯfortauit diſcipl'os de ſuo receſſu ꝓmittens eis q̄ acceſſum hērēt ad patrē. Hic ꝯñter agit de via per quā ad patrem accedūt. Uia aūt nō cognoſcit ſine termino. Et iō etiā agit de termino. Et p̄ ꝓponit viā ⁊ terminū ut eis nota. Scd̄o que propoſuit manifeſtat ibi [Dicit ei thomas: dn̄e ⁊c̄.] Circa primū ſciēdū q̄ dn̄s dixerat. Si abiero ⁊ p̄parauero ⁊c̄. Quia forte diſcipuli quererēt ab eo quo iret: ſicut ſupra. 13. queſiuit petrus. Dn̄e quo vadis? Jō dn̄s hec ſciēs dixit eis. [Et quo ego vado ſcitis: ⁊ viā ſcitis.] Uado enim ad patrē quē ſcitis per me vobis manifeſtatum. j. 17. Manifeſtaui nomē tuū hoib' ⁊c̄. Uia autē per quā vado ſum ego: quē ſcitis ſupra. 1. Uidim' gl'iam eius. Recte ergo dicit [Quo ego vado ⁊c̄.] q̄a patrē ſciebāt per chr̄m. Et chr̄m per ſuā ꝯuerſationē: ⁊ p̄ſētiā nouerāt. ¶ Conſequēter cum dicit.

¶ **Dicit ei thomas. Domine neſcimus quo vadis. Et quomodo poſſumus viam ſcire?**

¶ Manifeſtat dn̄s que p̄poſuit. Et primo p̄mittit manifeſtationis occaſio. Scd̄o ſubdit ꝓpoſitorū manifeſtatio ibi [Dicit ei ieſus. Ego ⁊c̄.] ¶ Occaſio aūt manifeſtationis fuit dubitatio thome interrogātis. Uñ [Dicit ei thomas. Dn̄e neſcimus quo vadis ⁊c̄.] Ubi attēde q̄ thomas utrūq̄ negat q̄d dn̄s affirmauit. Nā dn̄s dixit eos ⁊ viā ⁊ terminū vie ſcire. Thomas aūt negat ſe ſcire viā ⁊ terminū: tñ utrūq̄ verū eſt. Uerū eſt enim q̄ ſciebāt: tñ neſciebāt ſe ſcire. Multa enim ſciebāt de p̄re ⁊ filio: que a chr̄o didicerāt: ſed ignorabāt patrē eſſe ad quē chr̄s iret: ⁊ filiū eē viā qua iret. Difficile enī eſt q̄ eat ad patrē. Nec mirum ſi ignorabāt. Quia lʒ chr̄m ꝑfecte ſm̄ hoiem ſcirēt: eius tñ diuinitatē imꝑfecte cognoſcebāt. Job. 28. Semitā ei' ignorauit ⁊c̄. Et ſubdit [Quō poſſum' viā ſcire?] ¶ Cognitio enī vie dependet ex cognitione t̄mini. Quia ergo t̄min' ignot' eſt nobis. p̄' Thim. 6. Lucē habitat inacceſſibilē ⁊c̄. Et iō via ei' eſt nob' inueſtigabilis ſʒ illud Ro. 11. Inueſtigabiles vie ei'. ¶ Cont̄ cū dic̄.

Cognitio vie depē. ex cognitiōe t̄mini

¶ **Dicit ei ieſus. Ego ſum via ⁊ ueritas ⁊ vita**

¶ Hic ponit viſitatiōis fruct' qui eſt cognitio eoꝝ que apli ignorabāt (ut enī ſupra dictū eſt) Petr' ignorabat quo chrs iret. Uñ dicebat. Dn̄e quo uadis. Etiā Thomas hoc ignorabat: ꝛ viā per quā iret. vñ dicebat. Neſcimus quo uadis ꝛ quomō ꝛc̄. Philippus aūt patrē ignorabat. vñ petebat dicens. Dn̄e oñde nobis patrē ꝛc̄. Que qdē cū hant ex ignorantia vnius rei: ex hoc. ſ. ꝙ ignorabāt: quō pater in filio: ꝛ filius in patre. vnde ꝛ Philippo dixit. Non credis quia ego in patre: ꝛ pater in me eſt. Huius ergo notitiā promittit eis dn̄s dicēs hic [In illa die uos cognoſcetis: quia ego in patre ꝛc̄.] Ex quo ois dubietas a cordib' diſcipulorū excludit. Pōt aūt exponi de aduentu tpe reſurrectionis: ꝛ de aduētu ad iudiciū. Sed diſtinguēda eſt duplex cognitio myſteriorū diuinitatis. Una eſt imperfecta que habetur per fidem. Alia perfecta que habetur per ſpeciem. De quib' dicitur ꝑ' Cor. 13. Uidemus nūc per ſpeculum in enigmate: quātū ad primū. Tunc autem facie ad faciem: quātū ad ſecūdum. Dicit ergo [in illa die] poſt reſurrectionē meam [cognoſcetis: qꝛ ego ſū in patre.] Et h' cognitione fidei: qꝛ tunc videntes eū reſurrexiſſe ꝛ eſſe cum eis certiſſimam fidē de eo habuerūt: precipue qui acceperunt ſpiritū ſanctum: qui oia eos docebat. Uel [in illa die] ultime reſurrectiōis in iudicio [cognoſcetis.] ſ. manifeſte per ſpeciem. ꝑ' Cor. 13. Tunc cognoſcā ſicut ꝛ cognitus ſum. Sed quid cognoſcent? duo que dicit ſupra. Unū. ſ. ꝙ pater in me manens ipſe facit opera. Et q̄tū ad hoc dicit [Quia ego ſum in patre meo.] ſ. per cōſubſtantialitatē nature. Aliud ꝙ ſe perfecturū opera per diſcipulos dicens. Qui credit in me ꝛc̄. Opera que ego facio ꝛc̄. Et q̄tū ad hoc dicit [Et uos in me: ꝛ ego in uobis.] ¶ Ubi attendendū eſt ꝙ quia hic dominus videt ſimilē habitudinem ponere ſui ad patrem: ꝛ diſcipuloꝝ ad ipſum. Uolebant arriani ꝙ ſicut diſcipuli ſunt minores chriſto: ꝛ non conſubſtantiales eius ita eſſet filius minor patre: ꝛ alterius ſubſtantie ab ipſo. Et ideo dicendum eſt: ꝙ hoc quod dicit [Ego ſum in patre meo.] dicitur per conſubſtantialitatem nature. Supra. 10. Ego ꝛ pater vnum ſumus. ꝛ ſupra. 1. Uerbum erat apud deum. Hoc autem quod dicit [Et uos in me ꝛc̄.] Intelligitur vno modo: ꝙ diſcipuli ſunt in chriſto. Nam illud quod protegitur ab aliquo dicitur eſſe in eo: ſicut contentum in continente. Et hoc modo dicitur ꝙ in rege ſunt ea que ſunt in regno. Et ſm hoc dicitur Act. 17. In ipſo viuimus. mouemur ꝛ ſumus. [Et ego ſum in uobis.] manendo interius: ꝛ operando: ꝛ inhabitādo interius per gratiam. Eph. 3. Habitare chriſtum per fidem in cordibus ꝛc̄. Et 2' Corinthioꝝ 13. An experimentū eius queritis ꝛc̄. ¶ Alio modo ſm Hilariū. [Uos in me] ſupple in me eritis per naturam veſtram quam aſſumpſi. (aſſumendo enim naturam noſtram aſſumpſit nos omnes.) Heb. ſecūdo. Nuſquam enim angelos apprehendit ꝛc̄. [Et ego ſum in uobis] per mei ſacramenti ſumptionem: quia qui ſumit corpus chriſti: chriſtus eſt in eo. ſupra ſexto. Qui manducat meam carnem. ¶ Alio modo [Uos in me: ꝛ ego in uobis.] ſupple ſumus per mutuam dilectionem. Quia hoc dicitur prime Joannis quarto. Deus charitas eſt ꝛ qui manet in charitate ꝛc̄. Et hec uobis ignota erant: ſed tamen in illa die ea cognoſcetis.

¶ Qui habet mādata mea ꝛ ſeruat ea: ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me: dilige-

Obiectio Auguſtini.

Cognitio myſteriorū diuinitatis eſt duplex.

Illud qd' protegitur ab aliquo dicit eſſe in eo ſicut cōtentū in continente.

tur a patre meo. Et ego diligam eum: ꝛ manifeſtabo ei meipſum.

¶ Hic aſſignat viſitationis rō. Et ponit dñs duplicem rōnem: q̄re a fidelibus dñs videat ꝛ nō a mūdo. Prima eſt uera coꝝ dilectio ad deū. Scōa uera dilectio dei ad eos ibi[Qui autem diligit me ꝛc̄.] ¶ Quātū ad primū dicit[Qui hēt mādata mea ꝛ ſeruat ꝛc̄.] ¶ Ubi notādum eſt ꝙ illa eſt uera dilectio que ſe ꝓdit ꝛ ꝓbat in ope. Nam per exhibitionem opis dilectio manifeſtat. Cum enim diligere aliquem ſit uelle ei bonū: ꝛ deſiderare que ipſe vult: nō videt uere diligere qui nō facit uolūtatē amati: nec exequit que ſcit eū uelle. Qui ergo nō facit uolūtatem dei: nō videt eum uere diligere. Et ideo dicit[Qui habet mādata mea ꝛ ſeruat ea. ille eſt qui diligit me.] i. qui hēt ueraꝫ dilectionē ad me. ¶ Sed nota ꝙ aliq̄s habet mādata dei. P̄mo q̄dem in corde per memoriā ꝛ iugē meditationē pſal. In corde meo abſcōdi eloq̄a tua ut non peccem tibi. Sed hoc nō ſufficit niſi ſeruet in ope. P̄s. Intellectus bonus oībus faciētibus eū. Quidā q̄o hñt in ore docēdo ꝛ exhortādo. pſal. Quā dulcia faucibus meis eloq̄a tua. Et hi etiā debēt ea ſ̄uare in ope: q: qui fecerit ꝛ docuerit: hic magnus uocabit in regno celoꝝ. Mat. 6. Uñ vitupantur a dño illi qui dicūt ꝛ nō faciūt. Mat. 23. Quidā aūt hñt in aure ea libēter: ꝛ diligēter audiēdo. Supra 8. Qui eſt ex deo uerba dei audit ꝛc̄. Nec hoc ſufficit niſi ſeruēt. Quia non auditores legis ſed factores iuſtificabunt. Ro. 2. Infra. 16. Opamini non cibum qui perit ꝛc̄. Ergo qui ſic hēt mādata dei aliq̄lr ſeruat ea. Sed adhuc imponit ei ut ſeruet pſeuerādo. Uñ dicit Auguſtinus. Qui habet in memoriam ꝛ ſeruat in vita: qui habet in ſermonib⁹: ꝛ ſeruat in moribus: qui hēt audiēdo ꝛ ſeruat faciendo: qui habet faciēdo ꝛ ſeruat pſeuerādo: ipſe eſt qui diligit me. ¶ Quātū aūt ad ſcōꝫ dicit[Qui aūt diligit me diliget ꝛc̄.] ¶ Sꝫ hoc in p̄mo aſpectu videt abſurdum. Nunq̄d eni deus diligit nos q: diligimus eum? Abſit. Dicit enim. 1. Jo. 4. Non q̄ſi dilexerimus deū: ſed q̄m ipſe prior dilexit nos ¶ Et ideo dicēdū ꝙ ad intellectū huiuſmodi habemus ex his que dicta ſunt ſupra. ſ.[Qui habet mādata mea ꝛ ſeruat ꝛc̄.] Nō enim ibi dicit ꝙ ideo diligit: q: ſeruat mādata: ſed q: diligit ideo mandata implet: ꝛ hoc mō dicēdū eſt hic: ꝙ ideo quis diligit chriſtū: q: diligit a patre: ꝛ non ꝙ ideo diligat q: diligit. Diligimus ergo filiū: q: pater diligit nos. Habet enim hoc uerus amor: ut amatos ad amātis dilectionē trahat. Hiere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te ꝛc̄. Sed q: amor patris nō eſt ſine amore filij: cum idē ſit amor utriuſq;: quecūq; eni pater facit: hec ꝛ filius ſilr facit. Supra. 5. Ideo ſubdit[Et ego diligā eum.] ¶ Sed cū pater ꝛ fili⁹ oīa diligāt ab eterno: q̄re dicit[diligā] in futuro. ¶ Dicēdū eſt ergo ꝙ dilectio cōſiderata ꝓut eſt in diuina uolūtate ſic eſt eterna: ſed cōſiderata ſꝫ ꝙ manifeſtat executione opis effect⁹ eſt tpalis. Et iō eſt ſenſus[Et ego diligā eum.] i. effectu dilectiōis oñdam: q̄ſi. ſ.[manifeſtabo ei meipſum.] q̄ſi ad hoc diligam ut manifeſtem. ¶ Sciēdū eſt autē ꝙ dilectio alicuius ad aliquem aliquādo eſt ſm quid: aliquādo ſimpliciter. Secūdum quid q̄dem: quando vult ei aliq̄d bonum particulare. Simplr autē quādo vult ei omne bonum. Deus autem omnia cauſata diligit ſm quid: q: omni creature vult aliq̄d bonū etiā ipſis demonibus: ut. ſ. viuāt ꝛ intelligāt: ꝛ ſint: que ſunt quedā bona. Simplr aūt diligit illos: q̄bus vult omne bonū. ſ. ut habeāt ipſuꝫ deum: quē habere eſt hēre ueritatē: q: deus ueritas eſt. Sed ueritas tūc habet quādo cognoſcitur Illos ergo uere ꝛ ſimplr diligit q̄bus manifeſtat ſeipſum: qui eſt ueritas. Et hoc eſt q̄d dicit[manifeſtabo ei meipſum.] ſ. in futuro per gl̄iam: q̄d eſt ultimus future btitudinis effectus. Job. 37. Annūciat de ea amico ſuo ꝛc̄. Sap. 6. Preoccupat eos q̄ ſe ꝯcupiſcūt. ¶ Sed poſſet quis dicere. Nunq̄d pr̄ nō manifeſtabit ſe: imo ꝛ pater ꝛ filius. Nam fili⁹ ꝛ patrē ſimul: ꝛ ſe manifeſtat: cum ſit uerbuꝫ eius. Mat. 11. Neq; patrē q̄s nouit niſi filius ꝛc̄. Et tñ ſi interim filius manifeſtat ſe alicui aliquo mō: hoc ē ſignum diuine dilectionis. Uñ ꝛ hec pōt eē ratio q̄re mūdus eum nō videbit: quaſi. ſ. nō manifeſtabit eis ſeipſum: ꝛ hoc q: nō diligit eum.

Dicit ei iudas: non ille ſcariothis. Domine quid factuꝫ eſt: quia manifeſtaturus es nobis teipſuꝫ ꝛ nō mundo?

Supra ꝓmiſit dñs diſcipulis ſuam viſitationem. Hic remouet diſcipuli dubitationem. Et primo ponit diſcipuli dubitatio. Secūdo chriſti rñſio ibi[Rñdit ieſus ꝛc̄.] ¶ Sciēdum eſt circa primum ꝙ ſanctoꝝ ꝛ humilium cōſuetudo eſt: ut cuꝫ magna de ſe audiūt: ſtupeāt ꝛ admirent. Audierāt autem diſcipuli dñm dicētē. Adhuc modicum ꝛ mūdus me iam nō videt. Uos aūt videbitis me ꝛc̄. Ex quo videbat ap̄los toti mūdo ꝑferre. Et ideo iudas frater iacobi cuius ep̄la inter canonicas legit: in admiratione ꝛ ſtupore poſitus dicit[Domine quid factum eſt: quia manifeſtaturus es ꝛc̄.] quaſi diceret. Que cauſa erit. Nunquid nos ſupra totam mundum ſumus. Simile dixit Dauid. 2. Regū. 7°. Quis ego ſum: aut que eſt domus mea? Mat. 25. dicunt iuſti. Domine quando te vidimus eſurientem ꝛc̄. ¶ Conſequenter eum dicit.

¶ Reſpondit ieſus ꝛ dixit ei. Siquis diligit me ſermonem meum ſeruabit.

¶ Ponit chriſti rñſio. Ubi primo aſſignat cām ſue manifeſtationis diſcipulis: ꝛ nō mūdo. Scōo manifeſtat quoddā q̄d dixit ibi[Et ſermonē quē audiſtis ꝛc̄.] In p̄ma p̄mo oſtēdit q̄re manifeſtatur⁹ eſt ſe diſcipulis. Scōo oſtēdit q̄re nō manifeſtaturus eſt ſe mūdo ibi[Qui nō diligit me.] Et in p̄ma primo ponit idoneitas diſcipuloꝝ ad chr̄i manifeſtationē hñdā. Scōo inſinuat ꝓceſſus manifeſtationis ꝛ ordo ibi[Et pater meus.] Circa p̄mū duo ponit que reddūt hoīem idoneū ad dei manifeſtationē. Primuꝫ eſt charitas. Scōm eſt obedientia. ¶ Quātum ad primū dicit[Siq̄s diligit me ꝛc̄.] Tria enim neceſſaria ſunt hoī uolēti deum videre Primo ut deo appropiquet. Deut. 33. Qui appropinquāt pedibus eius accipiēt ꝛc̄. Secūdo ut ad eum videndum oculos eleuet. Iſa. 40. Leuate in excelſum oculos ueſtros ꝛc̄. Tertio ut viſioni uacet. Nam ſpiritualia videri non poſſunt: niſi quis uacet terrenis. Pſalmus. Uacate ꝛ videte quoniā ſuauis eſt dominus. Et hec tria facit charitas. Nā ipſa animam hominis deo coniungit. prime Jo. 4. Qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in

Dubitatio.
Solutio
Dubitatio
Reſponſio.
Dilcō alicu⁹ ad aliquē aliq̄ñ ē ſimplr: aliqñ ſm quid
De⁹ oīa eē diligit ſꝫ q̄d: etiā ipſos demones.
LE. VI.
Tria ſunt neceſſaria uolēti deū videre.

eo. Ipſa ipſum intuitū ad deum erigit. Matth. 6. Ubi eſt theſaurus tuus: ibi eſt cor tuum. Unꝯ dicit Ubi eſt amor tuus ibi oculus. Ipſa enim a mūdanis uacare facit. 1. Jo. 2. Qui diligit ſeculum nō eſt pfecta charitas dei in illo. Ergo econtrario: qui pfecte deum diligit: nō eſt in illo amor ſeculi. ¶ Ex charitate aūt ſ. quit obediētia. Unde dicit [ſermonem meū ſeruabit.] (ut dicit Gregorius.) Probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Nunq̄ eſt dei amor ocioſus. (opatur enim magna ſi eſt.) Si autem opari deſinit amor nō eſt. Uolūtas eniz: ꝛ maxime que eſt de fine mouet alias potētias ad act9 ſuos. Non enim geſcit hō niſi faciat ea per que ad finem intētum puentat: pcipue ſi eſt intēſa ad ipm Quādo ergo uolūtas hoīs intēſa eſt ad deuz: qui eſt finis eius: mouet oēs vires ad faciēdum ea que ad ipſum ducūt. Intēdit autem in deum per charitatem. Et ideo charitas eſt que nos ſeruare mandata facit. 2e Cor. 5. Charitas chriſti urget nos. Cātic. 6. Lāpades eius lāpades ignis. Et per obediētiam homo efficit idoneus ad vidēdum deuz. ps. A mādatis tuis ſ. a me ſeruatis intellexi. Et iterum Super ſenes intellexi: qꝛ mandata ꝛc̄. ¶ Cōſequēter cum dicit.

Uolūtas q̄ ē de fine mouet alias potētias ad actus ſuos

¶ Et pater meus diliget eum: ꝛ ad eum ueniemus: ꝛ manſionem apud eum faciemus.

¶ Ponit pceſſus ꝛ ordo manifeſtationis. Tria autem ſunt per que fit homini diuina manifeſtatio. Primū eſt diuina dilectio. Et quātum ad hoc dicit [Pater meus diliget eum.] ſupra eſt dictū: quare dicit [diliget.] in futuro: quātum videlicet ad effectū dilectionis: qui tamē ab eterno dilexit quātū ad uolūtatem bñ faciēdi. Mal. 1. Jacob dilexi ꝛc̄. Nō aūt dicit. Ego diligā eum: qꝛ hoc iam eis patuit ſupra. Prouer. 8. Ego diligētes me diligo. Reſtabat ergo ut iſinuaret eis: qꝛ pater diligeret eos. Deut. 4 Dilexit populos oēs ſcī i manu ꝛc̄. ¶ Secūdum eſt diuina viſitatio. Et quātum ad hoc dicit [ꝛ ad eum ueniemus.] ¶ Sed cōtra: uenire mutationem localē ſignificat. Sed deus nō mutat. ergo ꝛc̄. ¶ Rñſio: deus dicit uenire ad nos: non ꝙ ipſe moueat ad nos: ſed qꝛ nos mouemur ad ipꝫ. Dicit enim aliqd uenire in locū in quem prius non fuit hoc aūt deo non cōuenit cum ſit ubiq̄. Hier. 34. Celum ꝛ terrā ego impleo. Dicit etiā uenire aliquid ad aliquē locum inquātum eſt ibi nouo modo: ſm quem prius nō fuerat ibi. ſ. per effectū gratie. Et per hūc effectum grē facit nos ad ſe accedere. ¶ Sed attēdēdum ſm Auguſtinū: ꝙ trib9 modis deus uenit ad nos. Et iſdē nos imus ad eum. ¶ Primo qdem uenit ad nos implēdo ſuis effectibus: ꝛ nos imus ad eum capiendo ipſos. Ecc̄. 33. Trāſite ad me oēs qui cōcupiſcatis ꝛc̄. ¶ Secūdum illuminādo: ꝛ nos imus ad eum cōſiderādo pſal. Accedite ad euz ꝛ illuminamini. ¶ Tertio vo adiuuādo: ꝛ nos ad eū obediēdo: qꝛ nec obedire poſſumus: niſi adiuti a chriſto. Iſa. 2. Uenite aſcēdamus ꝛc̄. ¶ Sed quare nō fecit mētionē de ſpiritu ſancto? Auguſtinus dicit ꝙ nō dicit hoc ꝙ ipſe ſit excludēdus adueniēte patre ꝛ filio. qꝛ ſupra dicit. Ut maneat uobiſcū in eternum. Sed cum in trinitate ſint duo. ſ. pſonarum diſtinctio: ꝛ eētie unitas. Aliquādo qdem fit mētio de tribus perſonis ad inſinuādum diſtinctionē pſonaruz. Aliquādo vo facit mētionem de duabus ſine tertia: ad iſinuandum eētie vnitatē. ¶ Uel dicēdum ꝙ cū ſpūs ſanctus nihil ſit aliud q̄ amor patris ꝛ filij: poſito patre ꝛ filio intelligit ſpūs ſanctus. ¶ Tertiuz ad dei manifeſtationē eſt pſeuerātia utriuſq̄. ſ. in dilectione dei: ꝛ in eius viſitatione. Et quantū ad hoc dicit [ꝛ māſionē.] In quo duo tāgit. Primo qdez firmitatē adheſionis hoīs ad deum: cuz dicit [māſionem.] Nam deus uenit ad quoſdā per fidez: ſed nō manet: qꝛ ad tēpus credūt: ꝛ in tpe tentationis recedūt. Mat. 18. Ad quoſdā uenit per peccatī cōpūctionem: nō tamē manet cum eis: qꝛ reuertūtur ad peccata. Prouer. 26. Sicut canis qui uertitur ad uomitū ſuum ꝛc̄. Sed in ſuis pdeſtinatis pmanet ſemp. Mat. ultimo. Ecce ego uobiſcū ſuz ꝛc̄. ¶ Secūdo oñdit familiaritatē chriſti ad hoīes: qꝛ [apud eum.] ſ. diligētem ꝛ obediētē: inquātū ſ. delectatur nobiſcū ꝛ facit nos delectari in ipſo. Prouerb. 8. Delitie mee eſſe cum filijs hoīuz. Iſa. 61. Gaudebit ſup te dñs deus tuus. ¶ Criſoſtomus aūt referēs hoc ad aliam intētionem dicit: ꝙ iudas audiens. Nō relinquā uos orphanos ꝛc̄. Uos aūt videbitis me ꝛc̄. exiſtimauit ꝙ chriſtus poſt mortē uenturus eēt ad eos ſicut mortui ueniūt ad nos in ſomno. Unꝯ querit. Quid eſt factū qꝛ nobis manifeſtaturus ꝛc̄. q̄ſi diceret. Ue nobis qm̄ moriens: ꝛ ut mortuus debes nobis aſſiſtere. Ut ergo hoc excludat dicit. Ego ꝛ pater [ad eum ueniemus.] idest ſicut pater manifeſtat ſeipſum: ita ꝛ ego [ꝛ manſionem apud eum faciemus.] qđ ſomniorꝫ non eſt in qbus nulla mora contrahit.

Obiectio.

Solutio

De9 uenit ad nos trib9 modis.

Prim9 mod9

2s modus.

3s modus.

¶ Qui non diligit me ſermones meos non ſeruat.

¶ Hic ponit cauſam q̄re non eſt manifeſtaturus ſe mūdo: que qdem cauſa eſt remotio eorꝫ per que dicit ſe hoībus manifeſtaturū. Remota enim cauſa remouet effectus: ſed ipſi non habēt cauſam: ut diuina eis manifeſtatio fiat. Ergo mūdo ꝛ mūdanis deus nō eſt manifeſtaturus ſeipſum. Qđ non habeāt cauſam apparet: qꝛ mūdus nō diligit me. Et quātum ad hoc dicit [Qui nō diligit me.] Iterūz nō obedit mihi. Unde dicit [ſermones meos nō ſeruat.] Ut enim Gregorius dicit. de dilectione ꝯditoris lingua ꝛ mēs ꝛ vita requirat. Patet ergo cauſa quare ſuis manifeſtaturus eſt ſe: ꝛ nō alienis qꝛ hi qdem diligunt. Dilectio nāq̄ ſanctos diſcernit a mūdo. Job. 36. In manib9. ſ. ſupbis abſcōdit lucē: ꝛ ita āñūciat de ea amico ſuo ꝛc̄. Job. 28. Abyſſus dicit nō eſt in me mare i. turbulētus nō eſt mecum. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Et ſermonem quem audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris.

¶ Manifeſtat hoc qđ ſupra dixit. ſ. Siquis diligit me ꝛc̄. ꝛ pater meus diliget eum ꝛc̄. Poſſet eni aliquis dicere ꝙ hoc dictū nullā rōnem habet: quin potius rōnabilius dixiſſet. Ego diligaꝫ eum ꝛ ad eum ueniam. Et ideo hoc excludit dicēs [Et ſmonem quem audiſtis nō eſt meus.] i. non eſt mihi a meipſo: ſed eſt mihi ab alio. ſ. a patre: qui me miſit quaſi diceret. Nō me ſoluz: ſed nec patrē amat qui hunc non audit ſermonē. Et ideo qui eum diligit ꝛ patrem: ꝛ utriuſq̄ manifeſtationē meret. Dicit ergo [Et ſermonem.] ſiue ſermo [quē audiſtis.] a me hoīe. platū eſt qdē meus: inquātum ipſum pnuncio: ꝛ [non eſt meus.] inquātū eſt mihi ab alio. ſupra. 8. Mea doctrina nō eſt mea. ſup eo. Uerba q̄

ego loquor uobis a meipſo non loquor. ¶ Sed attēde ſm Auguſtinũ: ꝙ cum loquiš dominus de ſermonib⁹ ſuis pluraliter dicit [ſermones meos.] Ubi aũt loquiš de ſermone patris loqtur in ſingulari dicēs [Et ſermonē quem audiſtis nõ eſt me⁹.] q2 per uerbũ patris ſeipſuz intelligi uoluit: qui eſt vnicũ uerbũ eius. Unde nec ſuũ ſe eſſe dicit: ſed patris: q2 nec ſua imago eſt: nec ſuus filius: ſed pr̃is. Sermones aũt oẽs in cordibus nr̃is ſunt ab vnico uerbo patris.

¶ Hec locutus ſuz uobis apud uos manēs Paraclitus autem ſpiritus ſanctus quē mittet pater in nomine meo: ille uos docebit omnia: ꝛ ſuggeret uobis omnia quecũqꝫ dixero uobis.

¶ Hic dñs ꝓmittit diſcipulis ſuis dona. (Promiſerat enim eis ſpũm ſanctũ: ꝛ ſeipſum.) Et idõ hic primo oſtēdit qd̃ ↄ̃ñtur ex aduētu ſpũs ſancti. Secũdo quid ↄſequētur ex ipſo ibi [Pacez relinquo uobis.] Et aduētu ſpũs ſancti magna ↄſequētur ſ. intellectum oium uerboruz chriſti. Et ideo circa hoc primo cõmemorat eis ſua documēta. Secundo ꝓmittit eis intellectũ eorum ibi [Paraclit⁹ aũt ꝛc̃.] ¶ Dicit ergo quãtum ad primuz. [Hec.] ſ. que dixi [locut⁹ ſum uobis.] organo humanitatis. [manēs apud uos.] ꝑñtia corꝑali. Et hoc qdem maximum bñficiũ eſt: ut ipſe filius nobis loquaš ꝛ nos doceat. Heb. 1. Multipharie multiſqꝫ modis olim ꝛc̃. in filio. Deut. 5. Que eſt ois caro ut audiat dñz ſuum ꝛc̃. ¶ Intellectũ aũt ipſorum documentoꝝ ꝓmittit eis per ſpũm ſanctũ ſe daturũ. Unde dicit [Paraclitus aũt ꝛc̃.] Ubi tria facit circa ſpũm ſanctum. Primo deſcribit ipſum. Secũdo eius miſſionem. Tertio eius effectũ. ¶ Ipſum qdez deſcribit multipliř: q2 paraclitũ: ſpũm: ꝛ ſanctũ. ¶ Paraclitus qdem eſt: q2 ↄſolaš nos: ꝛ quãtum ad triſticias de turbationibus huius mũdi: de qb⁹ nos cõſolaš. 2. Coꝛ. 7. foris pugne: intus timores. 2. Coꝛ. 1. Qui cõſolaš nos in omni tribulatione nr̃a. Et h̄ facit inquãtum eſt amor: faciēs nos amare deum: ꝛ eum pro magno hr̃e: ꝓpter qđ cum gaudio cõtumelias patimur: ſm illud Act. 5. Ibant apl̃i gaudētes a cõſpectu cõcilij ꝛc̃. Mat. 5. Gaudete ꝛ exultate: q2 merces ueſtra ꝛc̃. Item cõſolaš nos cõtra triſticias de peccatis ꝑteritis. De qbus dicit Mat. 5. Beati qui lugēt. Et hoc facit inquãtum dat nobis ſpem ueniē. Infra 20. Accipite ſpũm ſanctum: quoꝝ remiſeritis peccata ꝛc̃. Iſa. 61. Ut ponerē cõſolationē. ¶ Spũs qdem eſt: q2 mouet corda nr̃a ad obediēdũ deo. Iſa. 59. Cum uenerit quaſi fluuius violēdus ꝛc̃. Ro. 8. Qui ſpũ dei aguntur ꝛc̃. ¶ Sanctus aũt eſt: q2 ↄſecraš nos deo. Oia autez deo cõſecrata dicunš ſcã. pme Coꝛ. 5. Neſcitis qm̃ corpora noſtra tēpluz ſunt ſpũs ſancti. pſal. Fluminis impetus letificat ciuitatē dei ꝛc̃. Sanctificauit. ¶ Cõſequēter cum dicit [Quē mittet pater in nomine meo.] agit de eius miſſione. Non eſt aũt intelligēdum ꝙ per motũ localē ad nos ueniat: ſed q2 quodam nouo modo in eis eẽ debeat: quo prius nõ fuerat. pſal. Emitte ſpũm tuũ ꝛ creabunš. ſ. in eẽ ſpũali. ¶ Sed attēde ꝙ ſpũs ſanctus a patre ꝛ filio mittiš. Et ideo ad hoc oſtendēdũ quãdoqꝫ dicit ꝙ pater mittit eum: ſicut hic. qñqꝫ ꝙ ipſe. Infra 15. Quem ego mittã uobis ꝛc̃. Sed nunqꝫ dicit eum a patre mitti: qn̄ faciat cõmemorationē de ſeipſo. Unde dicit [quem mittet pater in nomine meo.] Nec dicit eum mitti a ſe filio: qn̄ cõmemoret patrem. Uñ dicit. [Quē ego mittã uobis a patre.] ¶ Sed quid eſt hoc qđ dicit [In noie meo?] Nunqd ſpũs ſanctus noiabiš filius? ¶ Poſſet dici ꝙ hoc dicaš pro tãto: q2 ſpũs ſanctus dabaš fidelibus ad inuocationē nois chriſti. Sed meli⁹ eſt ut dicamus ꝙ ſicut filius uenit in noie pr̃is. Supra 5. Ego ueni in noie patris mei. ita ꝛ ſpũs ſanct⁹ uenit in noie filij. Filius aũt in noie patris uenit: non ꝙ eſſet pater: ſed ꝙ eſſet filius patris. ſiliter ſpirit⁹ ſanctus uenit in noie filij: nõ ꝙ diceret fili⁹: ſed ꝙ eẽt ſpũs filij. Ro. 8. Si qs ſpũm chriſti ꝛc̃. Gala. 4. Miſit deus ſpũm filij ſui ꝛc̃. nõ ꝙ diceret filius: ſꝫ ꝙ eẽt ſpũs filij. Ro. 8. filij ſui ꝛc̃. Et hoc qdem propter ↄſubſtãtialitatē filij ad patrē: ꝛ ſpũs ſancti ad filium. Itē ſicut filius ueniēs in noie patris fideles ſuos patri ſubiecit. Apoc. 5. Feciſti nos deo nr̃o regnum ꝛc̃. Ita ſpũs ſanctus cõfigurauit nos filio: inquãtum adoptat nos in filio dei. Gal. 3. Spiritũ ꝛc̃. in quo clamamus aba pater. ¶ Conſequenter agit de effectu ſpũs ſancti dicēs [Ille uos docebit oĩa.] Nam ſicut effectus miſſionis filij fuit ducere ad patrē: ita effectus miſſionis ſpũs ſancti eſt ducere fideles ad filium. Filius aũt cum ſit ipſa ſapiētia genita eſt ipſa ueritas. Supra 14. Ego ſum via: ueritas: ꝛ vita. Et ideo effectus miſſionis huiuſmodi eſt: ut faciat hoies ꝑticipes diuine ſapiētie ꝛ cognitores ueritatis. Filius ergo tradit nobis doctrinam cum ſit uerbũ. Sed ſpũs ſanctus doctrine ei⁹ nos capaces facit. Dicit ergo [Ille uos docebit omnia.] q2 quēcũqꝫ homo doceat extra niſi ſpũs ſanctus interius det intelligētiam: fruſtra laborat: q2 niſi ſpũs adſit cordi audiētis: ocioſus erit ſmo doctoris. Job. 32. Inſpiratio oipotentis dat intelligētiam: ꝛ intãtũ ꝙ etiã ipſe filius organo humanitatis loquēs: nõ ualeat niſi ipſemet interius operetur per ſpũm ſanctũ. ¶ Sed attende ꝙ ſupra 6. dicit. Ois qui audiuit a patre ꝛ didicit. Hic expedit qđ ſit [didicit] q2 non diſcit nõ docēte ſpũ ſcõ: q̃ſi ille qui recipit ſpũm ſanctũ a patre ꝛ filio: ille patrē cognoſcit ꝛ filium: ꝛ ad eos uenit. Facit aũt nos ſcire oia interius inſpirãdo: dirigēdo: ꝛ ad ſpũalia eleuãdo. Sicut enim qui habet guſtũ infectũ nõ hẽt ueram cognitionē de ſaporibus: ita ꝛ qui infectus eſt amore mũdi non põt guſtare diuina ſm illud 1. Coꝛ. 2. Aĩalis aũt hõ nõ ꝑcipit ꝛc̃. ¶ Sed cum ſuggere ſit minoꝝ: puta officialiũ in diuinis: nunqd ſpũs ſanctus qui ſuggerit nobis eſt nobis minor? ¶ Ideo dicēdum ſm Gregorium: ꝙ ſpirit⁹ ſanctus ſuggere dicit: nõ ꝙ nobis ſciētiã ab imo inferat: ſed ab occulto ſubminiſtrat vires ad cognoſcēdum. ¶ Uel docebit inquãtum nos facit participare ſapiētiam filij. Suggerit inquãtũ nos impellit prout eſt amor. ¶ Uel ſuggerit nobis omnia .i. ad memoriaz reducet. pſal. Reminiſcentur ꝛ conuertenš ꝛc̃. ¶ Sciēdum eſt enim ꝙ coruz que chriſtus dixit diſcipulis quedã non intellexerant: quorũdam autem memoriam non habebant. Dicit ergo dñs [Ille uos docebit omnia.] que intelligere nũc non poteſtis. [ꝛ ſuggeret uobis omnia.] que non poteſtis memorie cõmendare. Quomodo enim euãgeliſta Joãnes poſt quadraginta annos potuiſſet omnium uerborum chriſti que in euangelio ſcripſit habere memoriam: niſi ei ſpirit⁹ ſanctus ſuggeſſiſſet ꝛc̃.

Margin notes: S.ſ. vocaſ paraclitus q2 conſolatur nos. — Spũs ſanct⁹ vocaſ ſpũs q2 mouet corda noſtra. — S.ſ. vocaſ ſanct⁹ q2 ↄſecrat nos deo. — Queſtio. — Reſponſio. — Dubitatio. — Reſponſio.

LE. VII.

Pacem relinquo uobis: pacem meam do uobis.

Supra promiſit dñs diſcipulis ſuis qd ↄſecuturi erant ex pñtia ſpũs ſancti. hic ꝓmittit donũ qđ ↄſecuturi erãt ex aduẽtu ꝛ pñtia ſua. Sciẽdum tñ ꝙ ſi ↄſideret ꝓprietas ꝑſonarũ .ſ. filij: ꝛ ſpũs ſcĩ videt dñs alternare dona. Cum enim filius ſit uerbũ ad eũ appropriate ptinere videt ſapiẽtie ꝛ cognitionis donũ. Spũi vo ſcõ cum ſit amor: qui eſt cauſa pacis: pax appropriat. Verũtñ qꝛ ſpũs ſanctus eſt filij: ꝛ hoc qđ dat ſpũs ſanctus habet a filio: iõ ſpũi ſancto attribuit hoc donũ cognitiõis: ubi dicit. Ille uos docebit oĩa ꝛc̃. qđ tñ appropriat filio Quia vo ſpũs ſanct⁹ a filio ꝓcedit: ideo qđ ſpirit⁹ ſanctus appropriate facit attribuit filio. Et ꝫ hũc modũ chriſtus attribuit ſibi pacẽ dicẽs [Pacẽ ꝛc̃.] Ubi primo ꝓmittit donũ pacis quã relinqt. Secũdo diſtinguit pacẽ iſtã a pace mũdi ibi [Non quõ mũdus ꝛc̃.] Dicit ergo [pacẽ relinquo.] ¶ Sciẽdũ eſt ꝙ pax nihil aliud eſt ꝙ̃ tranqllitas ordinis: tũc enim aliq̃ dicunt pacẽ hẽre qñ eoꝝ ordo inturbatus manet. In hoie aũt eſt triplex ordo .ſ. hois ad ſeipm: hois ad deũ: ꝛ hois ad ꝓximũ. ¶ Et ſic triplex pax in hoie: quedã intrinſeca ꝫm quã pacificat ſibiipſi abſqꝫ ꝑturbatione viriũ. pſal. Pax multa diligẽtibus ꝛc̃. ¶ Alia eſt per quã hõ pacificat deo totalr eius ordinationi ſubiectus. Ro. 5. Juſtificati igit ex fide pacẽ hẽamus ad deũ. ¶ Tertia pax eſt ad ꝓximũ. Heb. 13. Pacẽ ſeqmini cuꝫ oĩb⁹ ſcĩs: ꝛ ſcimoniã. ¶ Sed notãdũ ꝙ in nobis tria ordinari debẽt .ſ. intellectus: uolũtas: ꝛ appetit⁹ ſenſitiuus. Ut vid3 dicet uolũtas dirigat ꝫm mẽtem ſeu rõnẽ. Appetitus vo ſenſitiuus ꝫm intellectũ ꝛ uolũtatẽ. Et ideo Aug⁹ in libro de vbis dñi. pacẽ ſcõrum diffiniẽs dicit. Pax eſt ſerenitas mẽtis: tranqllitas animi: ſimplicitas cordis: amoris vinculũ: cõſortiũ charitatis. Ut ſerenitas mẽtis referat ad rõnem: que debet eẽ libera nõ ligata: nec abſorta aliqua inordinata affectione. Tranqllitas animi referat ad ſenſitiuã: que debet a moleſtatiõe paſſionũ qeſcere. Simplicitas cordis referat ad uolũtatem: que debet in deũ obiectũ ſuũ totalr ferri. Amoris vinculũ referat ad ꝓximũ. Cõſortiũ charitatis ad deũ. ¶ Hãc aũt pacẽ hic ſcĩ hñt: ꝛ hẽbũt in futuro ſed hic qdem impſecte: qꝛ nec ad nos: nec ad deũ: nec ad ꝓximũ pacem ſine ꝑturbatione aliq̃ poſſumus hẽre. Sed in futuro hẽbimus eã pſecte: quãdo ſine hoſte regnabimus. Ubi nunqꝫ poterimus diſſentire. Et utrãqꝫ hic dñs nob ꝓmittit. Primaꝫ cũ dicit [Pacẽ relinquo uobis.] in hoc .ſ. ſeculo: ut hoſtẽ vincatis: ꝛ ut inuicẽ diligatis: qđ eſt quaſi teſtamẽtũ ſeruãdũ nobis ſtatutum a chriſto. Ecc. 45. Statuit illi teſtamẽtũ pacis ꝛ ꝓncipẽ ꝛc̃. Sicut Auguſtinus dicit nõ poterit ad hereditatẽ dñi ꝑuenire qui teſtm̃ eius noluerit obſeruare. Nec põt concordiã hẽre cũ chriſto qui diſcors eẽ uoluerit cum chriſtiano. Scđam vo cũ dicit [Pacẽ meã do uob.] .ſ. in futuro. Iſa. ultimo. Declinabo ſup eã .ſ. hieruſalem celeſtẽ: qſi flumẽ pacis. ¶ Sed cũ ſint in mũdo: ſi ue in pña tota pax ſcõꝝ ꝑueniat eis per chriſtum Infra. 16. In me pacẽ hẽbitis. Quare dñs loquẽs de pace ſcõrũ in via nõ dicit. Pacẽ meã do uobis ſed tñ cum loquit de pace ſcõꝝ in pña? ¶ Ad qđ dicẽdũ ꝙ utraqꝫ pax .ſ. pñs ꝛ futura eſt chri: ſed pñſens ut actoris tm̃. Futura aũt eſt eius ut actoris ꝛ poſſeſſoris. Nã ipſam ſemꝑ habuit: qꝛ ſemꝑ fuit abſqꝫ ↄ̃dictione. Pax aũt pñs (ut dictũ eſt) eſt cuꝫ ↄ̃dictione aliq̃. Et iõ lꝫ eã faciat: nõ tñ eã poſſidet. Et ꝫm p̃dicta: expoſitio ꝓcedit de pace tpis: ꝛ pace eternitatis. Sed ꝫm Aug.m põt utrũqꝫ exponi de pace tpis. Et dicit [Pacẽ relinquo ꝛc̃.] exẽplo. Sꝫ [do pacẽ meã.] ꝑtãte ꝛ vtute. ¶ Cõſeqnter cũ dicit.

¶ Non quõ mũdus dat: ego do uobis.

¶ Ipſam pacẽ a pace mũdi diſtinguit. Diſtinguit aũt pax ſcõꝝ a pace mũdi quãtũ ad tria. Primo qñ tum ad intẽtionẽ. Nã pax mũdi ordinat ad qeteꝫ ꝛ pacificã fruitionẽ tpaliũ. Quo fit ut qñqꝫ cooꝑetur hoib⁹ ad peccãdũ. Sap. 14. In magno viuentes in ſcĩe bello tot ꝛ tã magna ꝛc̃. Sed pax ſcõrũ ordinat ad bona eterna. eſt ergo ſenſus [Nõ quõ mũdus dat ego do.] .i. nõ ad eũdẽ finẽ: qꝛ mũdus dat qñtũ ad exteriora qete poſſidẽda. Ego vo do qñtum ad eterna adipiſcẽda. ¶ Scđo vo quãtuꝫ ad ſimulationẽ ꝛ vitatẽ: qꝛ pax mũdi eſt ſimulata: qa tm̃ exteri⁹. pſal. Loquunt pacẽ cũ ꝓximo ſuo ꝛc̃. Pax vo chri eſt uera: qꝛ eſt internus ꝛ exteri⁹. Et ſic eſt ſenſus. [Nõ quõ mũdus dat.] .i. ſimulatã paceꝫ do ſicut mũdus: ſed uerã. ¶ Tertio quãtũ ad ꝑfectionẽ: qꝛ pax mũdi eſt impſecta: cũ ſit tm̃ quãtuꝫ ad qetẽ exterioris hois: ꝛ nõ iterioris. Iſa. 59. Nõ eſt pax impijs dicit dñs. Sed pax chri qetat iteri⁹ ꝛ exterius. pſal. Pax multa diligẽtibus ꝛc̃. Et eſt ſẽſus [Nõ quõ mũdus dat.] .i. nõ ita impſectam.

LE. VIII.

Non turbetur cor ueſtruꝫ neqꝫ formidet. Audiſtis quia ego dixi uobis: uado ꝛ uenio ad uos. Si diligeretis me gauderetis utiqꝫ: quia uado ad patreꝫ: quia pater maior me eſt. Et nunc dixi uobis priuſqꝫ fiat: ut cum factum fuerit credatis.

Supra dñs ↄſolatus eſt diſcipulos ſuos rõnibus acceptis ex ꝑte ipſoꝝ diſcipulorũ ꝓmittẽdo eis acceſſuꝫ ad patrẽ: aduẽtũ ſpũs ſcĩ: ꝛ ſuũ reditũ. hic vo ↄſolat eos rõnib⁹ acceptis ex ꝑte ſuipſi⁹: ex qua poterat eis eẽ duplex cã ↄſolationis. Una ex utilitate fruct⁹ qui ſequebat ex receſſu chri. Alia ex cã mortis. Et iõ pmo ponit pmaꝫ. Scđo ſcđam ibi [Iã nõ multa ꝛc̃.] Fruct⁹ aũt qui ſequebat ex receſſu chriſti erat exaltatio ſua. Unñ diſcipuli poterãt ↄſolari inde. Mos enim amicorum eſt: ut cũ amicus ad ſuã exaltationẽ uadit: de eius receſſu minus deſolent. Et ideo dñs hãc cãm ponit ad eoꝝ ↄſolationẽ. Et pmo excludit cordis dubitationẽ. Scđo cõmemorat quoddã qđ eos in ꝑte ↄſolabat: ꝛ in ꝑte turbabat. Tertio oñdit cãꝫ totalr ↄſolantẽ. Quarto rñdet cuidã tacite qõni. ¶ Turbationẽ qdẽ cordis excludit dicẽs [Nõ turbet cor ueſtrũ ꝛc̃.] Turbatio ad triſtitiã refert. Formido ad timorẽ. Triſtitia aũt ꝛ timor in aliquo qdem cõueniũt in hoc .ſ. ꝙ utrũqꝫ eſt de malo: ſꝫ differũt: qꝛ triſtitia eſt de malo pſenti. Formido auteꝫ de malo futuro. Dicit autem dñs [Non turbet cor ueſtrũ.] de malo pſenti. pſal. Juſtus nõ cõmouebit. [neqꝫ formidet.] .ſ. de futuro. Iſa. 51. Quis tu ut timeas ꝛc̃. qđ intelligẽduꝫ eſt de timore humano Nam timorẽ diuinũ non excludit. ¶ Conſequẽter cũ dicit [Audiſtis quia ego dixi uobis ꝛc̃.] Turbabantur enim ex receſſu chriſti: ſed in parte cõſolabant qđ ſubdit [ꝛ uenio ad uos.] Supra. Uado ꝛ

Pax ẽ trãqllitas ordinis.

In hoie eſt triplex ordo.

Triplx ẽ pax

Pax itrinſeca ẽ ꝫm quã hõ pacificat ſibi ipſi.

Pax ad deũ ẽ ꝫm quã hõ totalr ordinationi ei⁹ ẽ ſubiectus.

In hoie tria debẽt ordinari.

Pax ꝫ aug. ẽ ſerenitas mẽtis: trãqllitas aĩ: ſimplicitas cordis: amoris vinculũ: ↄſortiũ charitatis

Nõ poſſit ad hereditateꝫ dñi ꝑuenire: q teſtm̃ ei⁹ noluerit obſeruare; nec põt ↄcordiaꝫ hẽre cũ chriſto: q diſcors eẽ uoluerit cũ chriſtiano.

Queſtio.

Reſponſio

Pax ſcõrũ a pace mũdi diſtinguit qñtũ ad tria.

Pax mundi ordinat ad qetẽ ꝛ pacificã fruitionẽ temporalium.

Pax ſcõꝝ ordinat ad bõa eterna.

Turbatio ad triſtitiã refert Formido ad timorẽ refert Triſtitia ꝛ timor i aliq̃ cõueniũt ꝛ i aliquo differunt

uenio ad uos. Nõ tñ ex hoc cõſolabant̃ totaliter: timẽtes ne forſitan gregẽ lupus hoc interuallo inuaderet paſtoris abſentia: ſm illud Zacha. 13. Percute paſtorẽ ⁊ diſpergent̃ ⁊c̃. Dicit ergo [Non turbet: q2 uado.] ſed [ne formidet: q2 uenio ad uos.] Uadit quidem ſua ptãte moriẽdo: ⁊ uenit reſurgendo. Mat. 20. Filius hoĩs tradet̃ principibus ſacerdotuȝ ⁊c̃. ⁊ tertia die reſurget. Iuit aſcẽdẽdo. Iſa. 63. Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens ⁊c̃. ueniet ad iudicãdum. Luc. 21. Uidebut filium hoĩs ⁊c. ¶ Tertio aũt cõſolat̃ eos cum dicit [Si diligeretis me ⁊c̃.] quaſi dicat. Si diligitis me nõ deberetis contriſtari: ſed potius deberetis gaudere de receſſu meo: q2 uado ad exaltationẽ meam. [q2.] ſ. [uado ad patrẽ qui maior me eſt.] ¶ Sed ex hoc Arrius inſultat dicẽs: patrẽ maiorẽ eſſe filio. Cuius error ex ipſis ṽbis dñi excludit̃. Nam ex intellectu eius quo intelligit̃. Uado ad patrẽ: ex eodẽ intelligitur [pater maior me eſt.] Filius aũt nõ uadit ad patrẽ nec uenit ad nos inquãtũ eſt filius dei: ſm q̃d cuȝ patre fuit ab eterno. ſupra. 1. In p̃ncipio erat ṽbuȝ ⁊ uerbũ erat apud deũ. Sed dicit̃ ire ad patrẽ ſm humanã nãm. Sic ergo hoc q̃d dicit [maior me eſt.] nõ dicit inquãtum filius dei: ſed inquãtum filius hoĩs: ſm q̃ nõ ſolum eſt minor patre ⁊ ſpiritu ſancto: ſed etiã ipſis angelis. Heb. 2. Eum autem qui modico q̃ angeli minoratus eſt uidem⁹ ieſum ⁊c̃. Item in quibuſdã hoĩbus. ſ. parẽtibus ſubditus erat quantum ad aliq̃d (ut legit̃ Luc. 2.) Sic ergo minor eſt patre ſm humanitatẽ: equalis ſm diuinitatem. Phil. 2. Non rapinã arbitratus eſt ⁊c̃. ¶ Pot etiã dici ſm Hila. q̃ pater etiã ſm diuinitatem maior eſt filio: ſed tñ filius nõ eſt minor: ſed eq̃lis. Et ſi enim pater maior filio nõ ptãte: eternitate: ⁊ magnitudine: ſed donãtis ſeu p̃ncipij auctoritate. Na pater nil ab alio accepit: filius aũt nãm (ut ita dicam) a patre accepit per eternã gñationẽ. Eſt ergo pater maior: q2 dat: ſed filius nõ eſt minor: ſed equalis: q2 totũ q̃d pater hẽt accepit. Phil. 2. Dedit ei nomen q̃d eſt ſup omne nomẽ (Minor enim iam non eſt donãte: cui unũ eẽ donat.) ¶ Criſoſtomus autem ita exponit dicẽs: q̃ dñs loquit̃ ſȝ ſuſpitionẽ apoſtoloȝ qui nõdũ nouerãt q̃d ſit reſurrectio: nec eũ equalẽ patri exiſtimabãt. Et ideo dicit eis. Etſi nõ creditis mihi q̃ nõ poſſum mihi aſſiſtere: nec cõfiditis q̃ poſt crucẽ rurſus uos uidebo: tñ credatis mihi [q2 uado ad patrẽ qui maior me eſt.] ¶ Attẽdẽdum aũt tacite q̃d ſit dicẽs [Et nunc dixi uobis ⁊c̃.] Poſſent enim querere q̃re iſta diceret. Et ideo preueniẽs [Nũc dixi uobis ⁊c̃.] ¶ Sed querit Aug⁹ cum fides ſit de his que nõ uident̃: nõ debet homo credere poſtq̃ factũ eſt: ſed añ. ¶ Sed dicẽdũ q̃ aliud uidebãt: ⁊ aliud credebãt. Uiderũt ante mortem chriſti: ⁊ eius reſurrectionẽ: quo uiſo crediderũt q̃ ipſe eſſet chriſtus filius dei. Unde cum factum fuit nõ crediderũt fide noua: ſed aucta: aut certe cum mortuus eẽt defecta: cum ſurrexiſſet refecta (ut Auguſtinus dicit.) ¶ Cõſter cum dicit.

¶ Iam non multa loquar uobiſcum. Uenit enim princeps mundi huius: ⁊ in me non habet quicq̃.

¶ Ponit aliam cauſam cõſolationis ex parte receſſus ſui: que ſumit̃ ex cauſa mortis. ¶ Sciẽdum eſt autem q̃ cauſa mortis quedã eſt inducẽs doloreȝ cum quis pro culpa occidit̃: quedã eſt inducẽs cõſolationem: cum quis. ſ. morit̃ pro bono virtutis. p̃me Petri. 4. Nemo uẽm patiat̃ ut fur: aut homicida. Circa hoc ergo primo oſtẽdit dñs q̃ peccatuȝ non fuit cauſa ſue mortis. Secũdo q̃ eius cauſa fuit virtus obediẽtie ⁊ charitatis ibi [Sed ut cognoſcat mũdus ⁊c̃.] ¶ Dicit ergo [Iam nõ mult. loquar uobiſcũ.] ppter tẽporis breuitatẽ. Supra. 13. Filioli adhuc modicũ ⁊c. Uel q2 nõdum capaces eſtis. Infra. 16. Adhuc multa habeo uobis loqui: ſed nõ poteſtis ⁊c̃. Et ideo [nõ multa loquar uobiſcum.] q2 in vno ⁊ breui ſermone explicabo uobis: q̃ nõ moriar ex culpa mea. ¶ Et hoc facit cõſequenter cum dicit [Uenit enim princeps mũdi huius: ⁊ in me nõ habet quicq̃.] ſ. diabolus qui dicitur princeps: nõ rõne creationis: ſeu per naturalẽ poteſtatem (ut Manichei blaſphemãt.) ſed rõne culpe. Unde dicit̃ princeps mũdi: ⁊ peccati. Ephe. ultimo. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus ⁊c. ſed aduerſus rectores ⁊ principes tenebrarum haruȝ. Nõ ergo eſt princeps creaturarũ: ſed peccatorum: ⁊ tenebrarũ. Job. 41. Ipſe eſt rex ſup oẽs filios ſuperbie. Hic ergo princeps uenit ad perſequenduȝ. Intrauit enim cor iude ut pderet. Iudeoȝ ṽo: ut occiderẽt. [ſed in me non habet quicq̃.] Nã in nobis non habet ptãtem niſi ppter peccatũ. Supra 8. Qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati. In chr̃o autem nullum peccatũ erat: neq̃ ſȝ aiam. p̃me Petri 2. Qui peccatũ nõ fecit ⁊c̃. Nam ſm carnẽ: q2 ex ṽgine abſq̃ originali peccato de ſpũ ſancto conceptus. Luc. 1. Q̃d enim ex te naſcet̃ ſanctũ ⁊c̃. Quia ergo diabolus chriſtũ in quo nullũ ius habuit etiam inuaſit perdere meruit quod iuſte poſſidebat. Mat. 5. Quid nobis ⁊ tibi ieſu ⁊c̃. Sic ergo patet q̃ cauſa mortis ſue nõ fuit culpa: ſed nec erat cur morit̃ ſi nõ habet peccatũ. ¶ Cõſequenter ueram cauſam adiũgit que eſt bonũ virtutis. Et ideo dic̃.

¶ Sed ut cognoſcat mũdus quia diligo patrem: ⁊ ſicut mandatum dedit mihi pater ſic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Q̃d ſm Auguſtinũ ſic punctuat̃ [Sed ut cognoſcat mũdus q2 diligo patrẽ: ⁊ ſicut mãdatum dedit mihi pater: ſic facio.] ſuſpenſiue. [Surgite ⁊c̃.] ¶ Ubi ſciẽdũ eſt q̃ duo mouerũt chriſtũ ad morteȝ ſuſtinẽdam. ſ. amor dei: ⁊ dilectio p̃ximi. Eph. 5. Ambulate in dilectione. Et hoc pbat per indicium: q2 mãdata ſua implet. Supra. Si diligitis me mãdata mea ſeruate. Et quãtũ ad hoc dicit [Sȝ ut cognoſcat mũdus q2 diligo patrẽ ⁊c̃.] Et hoc eſt̃ exequer: q2. ſ. morior. Uñ ſubdit [Et ſicut mãdatuȝ dedit mihi pater: ſic facio.] Q̃d eſt ſm q̃ pater monuit eum ad mortẽ ſuſcipiẽdam. ſ. obediẽtia que ex amore cauſat̃. Mãdatum aũt hoc dedit mihi pat̃ nõ filio dei: qui cum ſit uerbũ eſt etiã mãdatũ patris: ſed dedit filio hoĩs: inquãtũ aĩe eius inſpirauit neceſſariũ eſſe ſaluti humane ut chriſtus in humana nã moreret̃. Ut ergo hoc mundus cognoſcat [Surgite.] de loco ubi cenauerãt. [⁊ eamus.] ad locũ ubi ego ſum tradẽdus: ut uideatis: q̃ non ex neceſſitate: ſed ex charitate ⁊ obediẽtia morior. Job. 39. Audacter in occurſuȝ pgit armatis. ¶ Secundũ Criſo⁹ aũt aliter legit. Ut in hoc. ſ. q̃d dicit [ſic facio.] ſit finis ſñie. Et in hoc q̃d reſumit [Surgite ⁊c̃.] ſit p̃ncipiũ alteri⁹: ut ſit ſenſus. Nõ morior. q2 princeps mũdi hui⁹ hẽbeat in me q̃cq̃: ſed [q2 diligo patrẽ.] ĩõ hoc facio. [Uos aũt ſurgite ⁊ eam⁹

Expõ Hila.

Expõ Criſ.

Q̃ Aug.

Reſponſio

Dia'olus dicit princeps mũdi hui⁹ nõ rõne creatiõis: ſeu p nãlẽ ptãteȝ ſed rõne culpe.

Punctuatio Aug.

Duo mouerũt chr̃m ad mortẽ ſuſtinẽdã. ſ. amor dei ⁊ dilectio p̃ximi.

Punctuatio Criſoſtomi.

hinc.] Uidebat enim eos formidare: ꝛ ꝓpter tꝑe: q2 nox ꝓfunda erat: ꝛ ꝓpter locũ: q2 in villa mani feſte ſiſtebãt: ita ut ſemꝑ circũuoluerent ad oſtium oculos: q̃ſi expectãdo hoſtes eos inuadẽtes. Et ꝓpter hoc nõ attẽdẽtes his que dicebant. Et iõ ut melius vba que dicturus erat itelligerẽt ducit eos in locũ aliũ ſecretũ: ut eſtimãtes ſe ſecuros eẽ atten tius audiãt que diceret eis. Oſee. 2. Ducam eam in ſolitudinem ꝛc̃.

LE. I. 15c. Ego ſum vitis uera: ꝛ pater meus agricola eſt. Omnem palmitez in me non ferentem fructum tollet eum: ꝛ omnem qui fert fructũ pur gabit eum ut fructum plus afferat.

Dominus In hoc ſermone ſpãliter itẽdebat eos diſcipulorꝫ cõfortare ɔtra duo. ſ. ɔtra vnũ qd̃ iminebat in ꝑñti qd̃ erat paſſio eius: ꝛ aliud qd̃ timebat futurũ. ſ. tribulatio eis ſupuẽtura. Uñ ɔtra iſta duo dixerat eis. Nõ turbet cor ueſtrũ: quãtũ ad primũ. Neqꝫ formidet. quãtũ ad 2^{m}. Poſtq̃ ergo cõfortauit eos de receſſu ſuo: hic ɔfortat eos ɔtra tribulationes eis ſuperuẽturas. Et ꝑ ꝓponit eis quãdã ſilitudinẽ. Secũdo ex illa ꝓcedit ad ꝓpoſitũ ibi [Iã uos mũdi eſtis.] ¶ Silitudo aũt eſt de vite ꝛ agricola. Uñ ꝑmo ꝓponit vitẽ. Scd̃o itroducit agricolã. Tertio ſtudiũ agricole circa palmites cõmẽdat. ¶ Sed vitis eſt ipſe. Uñ dicit [Ego ſum vitis.] per quãdam ſilitudinẽ. Quia ſicut vitis lꝫ deſpecta videat: omnia tñ ligna excedit in dulcedine fructꝰ. Ita chriſtꝰ etſi mũdo deſpectus videret: q2 pauꝑ erat ꝛ ignobilis videbat ꝛ ignominiã ſuſtinẽs: tñ dulciſſimos fructꝰ ꝓtulit: ſm illud Cant. 2. Fructus eius dulcis gutturi meo. Et ideo chr̃s eſt vitis afferẽs vinũ interius inebriãs: qd̃ eſt vinũ cõpũctionis. pſal. Potaſti nos vino cõpũctionis ꝛc̃. Iterũ vinũ confortãs. ſ. nr̃e refectionis. ſupra. 6. Sãguis meus uere ẽ potus. Sic enim ſupra cõparauit ſe grano frumẽti: q2 caro eius uere eſt cibꝰ. Hec eſt vitis illa de qua dicit Gen̄. 40. Uidebã corã me vitẽ hñtem ꝓpagines tres. i. chr̃m in quo ſunt tres ſubeſ. ſ. corpꝰ ꝛ aĩa ꝛ diuinitas. Hec eſt etiaꝫ vitis de qua Jacob dicit Gen̄. penulꝰ. Ligabis ad vitẽ fili mi aſinã tuaꝫ. i. eccleſiã. ¶ Sed hec vitis eſt uera. Ubi ſciẽdũ ꝙ uera aliqñ diuidit ɔtra ſilitudinariũ: ſicut hõ uerus ab hoie picto. Aliqñ a corruptor: ſicut acetũ a vino: q2 eſt vinũ corruptũ. Hoc ergo qd̃ dicit [Ego ſum vitis uera.] accipit ſcd̃o mõ: ut diſcernat ſe a vite corrupta. ſ. a ꝑplo iudeorꝫ. De quo dr̃ Hier. 2. Quõ cõuerſa es in amaritudinẽ vitis aliene. Et hoc iõ: q2 nõ faciebat vuas: ſed labruſcas. Iſa. 5. Expectauit ut faceret vuas ꝛc̃. ¶ Sed notãdũ ꝙ in chriſto eſt duplex nã: diuina. ſ. ꝛ humana. Et ſm humanã cõuenit nobiſcũ: ꝛ eſt minor pr̃e. Scd̃ꝫ diuinã ɔuenit cũ deo: ꝛ eſt ſupra nos. Eſt ergo vitis uera ſꝫ hoc ꝙ eſt caput eccl̃ie hõ chr̃s ieſus. Et hoc iſinuat introducẽs agricolã qui eſt pr̃. Uñ dicit [Et pr̃ meus agricola eſt.] Si enim eẽt vitis ſm diuinã nãm: pr̃ vitis eẽt: ſicut ꝛ filius. q2 ergo ſm humanã nãꝫ vitis eſt: ideo pr̃ ſe hẽt ad ipm ſicut agricola ad vitẽ. Ipſe etiã ſm ꝙ deus agricola eſt (Dicit aũt agricola a cultura.) Uñ ꝛ vinitor inquãtũ colit agricola eſt. Sed cũ colere ſit ſtudiũ impẽdere dupl̃r aliqd colimus: uel ut id qd̃ colimus melior eſt: ꝛ hoc mõ colimus agrũ: uel aliqd tale. Alio mõ ut nos meliorem̃ per ipſum. Et hoc mõ hõ colit ſapiẽtiam. Deus ergo colit nos: ut nos ex eius opꝑe melioremur: inquãtũ extirpat mala ſemina de cordibꝰ noſtris. Aꝑit cor nr̃m aratro ſermonis: plãtat ſemina ꝑceptorꝫ: colligit fructũ pietatis (ut dicit Auguſtinus.) Nos aũt colimus eũ: ut nos per ipm melioremur: ſed hoc adorãdo nõ arãdo. ſupra. 9. Si qs dei cultor eſt ꝛc̃. Eſt ergo pr̃ agricola huius vitis ad bonũ alterius.) Ipſe eniꝫ plãtat) Hiere. 2. Ego te plãtaui ꝛc̃. Ipſe augmẽtat. ꝑme Corꝫ. 3. Ego plãtaui: apollo rigauit: deus aũt ꝛc̃. q2 ſolus deus interius augmẽtat ꝛ fructificare facit quãticũqꝫ hõ cooꝑet exterius: ipſe cuſtodit ꝛ cõſeruat. Mat. 21. Et Iſa. 5. dicit: ꝙ edificauit in vinea turrim ꝛ ſepẽ circũdedit. ¶ Studiũ aũt agricole eſt circa duo: circa vitẽ: ꝛ circa palmites. Sed vitis de qua hic agit ꝑfecta erat nõ indigẽs agricole ſtudio. Uñ totum ſtudiũ agricole erat circa palmites impẽdendum. Et ideo dicit [oẽm palmitẽ ꝛc̃.] Palmites aũt ſunt de nã vitis. Uñ adherẽtes chriſto ſũt palmites huius vitis. Ez̃e. 17. Facta eſt vitis in palmites. Circa hoc ergo duo facit. Primo ponit ſtudiũ huiꝰ agricole circa palmites malos. Secũdo circa palmites bonos. ¶ Studiũ aũt eius circa malos eſt: ut ſcindant a vite. Uñ dicit [oẽm palmitẽ.] i. oẽm fidelem [nõ ferentẽ fructũ.] ſ. in vite. [in me.] ſine quo nihil fructificare põt. [tollet eũ.] ſ. a vite. Ex quo apparet ꝙ nõ ſolum a chr̃o exſcindunt aliq q2 mala faciũt ſed etiã qui bona facẽ negligunt. 2^{e} Corꝫ. 6. Hortamur uos ne in uacuũ ꝛc̃. Uñ de ſe dicebat Aplus ꝑ^{e} Corꝫ. 15. Grã dei ſum id qd̃ ſum: ꝛ grã eiꝰ in me uacua nõ fuit. Et Mat. 25. dicit ꝙ ablatũ eſt talẽtũ ei qui ex eo nõ fructificauit: ſed abſcõdit illud. Luce. 13. Dñs ficũ ſterilẽ ꝑcepit abſcidi. ¶ Studium autẽ eius circa bonos palmites eſt: ut foueant ad magis fructificãdũ. Uñ dicit [Et oẽm qui fert fructum ꝛc̃.] Ad lr̃am enim in vite nãli ɔtingit ꝙ palmes multos ſurculos hñs minus fructificat propter humoris diffuſionez ad oẽs: ꝛ ideo cultores ut magis fructificet: purgãt eũ a ſupfluis ſurculis. Ita eſt in hoie. Nã hõ bñ diſpoſitus ꝛ deo ɔiũctꝰ ſi ſuũ affectũ ad diuerſa inclinet vꝰtus eius minoratur: ꝛ magis ineffica x ſit ad bñ opꝑandũ. Et ide eſt ꝙ deus ut bñ fructificet frequẽter ꝑcidit ꝛ huiuſmodi impedimẽta: ꝛ purgat imittẽs tribulationes ꝛ tẽtationes qbus fortior ſiat ad opꝑandũ: ꝛ ideo dicit [purgabit eũ.] etiã ſi purus exiſtat: q2 nullus eſt adeo purus in hac vita: ut nõ ſit magis magiſqꝫ purgãdus. 1. Jo. 5. Si dixerimus q2 pctm̃ non hẽmus ꝛc̃. Et hoc [ut plus fructũ afferat.] i. creſcat in vꝰtute: ut tãto ſint fructuoſiores quãto ſunt mũdiores. Apoc̃. ultimo. Qui iuſtus eſt iuſtificet adhuc ꝛc̃. Col. 1. Uerbũ euangelij fructificat ꝛc̃. pſal. Ibunt de virtute in virtutem.

Palmites ſt de nã vitis.

In vite mlti palmites multos hñs ſurculos minꝰ fructificat pp humoris diffuſionem.

Hõ ſi affectũ ſuũ ad diuſa iclinet vꝰ eiꝰ minorat ꝛ ſit magis ineffi cax ad bñ operandum.

¶ Iam uos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum uobis.

¶ Hic ex ſilitudine ꝓſequit intẽtum. Duo autem in ꝑdicta ſilitudine tãgebant in cõparatione palmitum ad vitẽ. Unũ eſt palmitũ ad vitẽ inheſio. Secũdum eſt palmitũ purgatio. Primo ergo agit de inheſione. Secũdo de purgatione ibi [Si mũdus uos odit ꝛc̃.] Circa primũ primo mouet diſcipulos ut vite inhereãt. Secũdo rõnes inheſionis adducit ibi [Sicut palmes ꝛc̃.] Tertio modũ inheſionis aſſignat ibi [Sicut dilexit me ꝛc̃.] Circa primũ

duo facit. Primo cōmemorat eis ſuſceptū benefi-
ciū. Secūdo monet: ut in eo permaneant ibi[Ma-
nete in me ꝛc̄.] Beneficiū ſuſceperūt mūdatiōis.
Vñ dicit[Iā uos mundi eſtis.] q.d. Talia dixi de
palmitibus. Sed uos eſtis palmites ꝑparati pur-
gari ad fructū ferendū: ꝛ hoc[ꝓpter ſermonē quē
locutus ſum uobis.] ℂ Uerbū enī chriſti mundat

Uerbum chriſti mūdat ab erroribus inſtruendo.

ꝑmo q̄dē ab erroribꝰ inſtruēdo. Titū ꝑ. Amplectē-
tē eū qui ſm doctrinā ē fidelē ſermonē ꝛc̄. ut po-
tens ſit ꝛc̄. Et hoc ideo: qꝛ in uerbis dei nulla falſi-
tas inuenit. Prou. 8. Recti ſunt ſermones mei. Di-
cit ergo[mundi eſtis] ab erroribꝰ iudaicis. ℂ Se-
cūdo mūdat a terrenis affectibꝰ ad celeſtia inflam-
mādo. Uerbū enī dei cor hoīs ad terrena depreſ-
ſum cōcutit ſua virtute ex quo inflāmat Hiere. 23.
Nūquid uerba mea ſunt quaſi ignis ꝛc̄. ℂ Ter-
tio mūdat ſermo dei a peccatis inuocatꝰ in baptiſ-
mo. Nā hoīes in baptiſmo purgant: qꝛ in aqua

Uerbuꝫ chriſti mundat a terrenis affectibus ad celeſtia īflāmādo. Uerbuꝫ chriſti inuocatuꝫ in baptiſmo mūdat a peccatis.

uerbū mundat. Quia(ut dicit Augꝰ) detrahe uer-
bū ꝛc̄. ꝛ q̄d eſt aqua niſi aqua: accedit uerbum
ad elemētū ꝛ fit ſacramentū. Uerbū ergo facit: ut
aqua corpus tangat: ꝛ cor abluat. Uerbum inq̄s
nō qꝛ dicit: ſed qꝛ credit. Hoc enim uerbū fidei tā-
tū ualet in eccl'ia: ut etiā ipſos paruos īfantes mū-
det: q̄uis credere nō ualentes ex fide credentium
offerentiū: benedicentiū: tangentiū ꝑlatū. Mat.
ultio. Baptiçātes eos in noīe patris ꝛc̄. ℂ Quar-
to mūdat per virtutē fidei. Act. 20. Fide purificās
corda eoꝝ. Dicit ergo eis[Uos iā mūdi.] inſtructi:
iā cōmonitiā baptiçati: iam in fide firmati[mundi
eſtis propter ſermonē quē locutus ſum uobis.] Su-

Uerbuꝫ chriſti mundat ꝑ virtutē fidei: uerbum inq̄s non qꝛ dicit: ſed qꝛ credit.

pra eodē. Uos mundi eſtis ꝛc̄. Sed cū ſupra dixe-
rit officiū agricole eē purgare manifeſte oſtendit
ſe eē agricolā dicēs: ſermonē ſuū purgatiuū. Et ue-
re ipſe inquātū deus mundator eſt palmitum ꝛ
agricola.

ℂ Manete in me ꝛ ego in uobis.

ℂ Hic inducit eos ad perſeuerātiā: q̄ſi diceret: q̄a
mundi eſtis ꝛ tātū b̄nficiū recepiſtis debetis in eo
perſeuerare. Unde dicit[Manete in me] per cha-
ritatē ꝑꝰ Io. 1. Qui manet in charitate in deo ma-
net. ꝛ per ſacramentorū participationem. ſupra 6.
Qui manducat carnē meā ꝛ bibit ſanguinē meū
in me manet. Dicit ergo[Manete in me] gratiam
ſuſcipiēdo[ꝛ ego in uobis] uos adiuuādo. ℂ Cō-
ſequenter cū dicit.

ℂ Sicut palmes nō pōt ferre fructū a ſemet-
ipſo niſi manſerit in vite: ſic nec uos niſi in
me manſeritis. Ego ſū vitis: uos palmites.

ℂ Inducit rōnes inheſionis que ſunt q̄tuor. Pria
ſumit ex inherentiū ſanctificatione. Secūda ex nō
inherentiū punitione ibi[Siquis in me nō man-
ſerit.] Tertia ex uoluntate inherentiū aſſecutiōe
ibi[Si manſeritis in me ꝛc̄.] Quarta ex dei glori-
ficatione ibi[In hoc clarificatus eſt pater ꝛc̄.] Cir-
ca primum duo facit. Primo oñdit ꝙ inheſio ad
chriſtū eſt neceſſaria ad fructificandū. Secūdo ꝙ
eſt efficax ibi[Qui manet in me ꝛc̄.] Circa primū
duo fac̄. Prio ꝓponit ſilitudinē. Scdo oſtēdit eā
eē conuenientē. ℂ Dicit ergo quātū ad primū. Di-
co ꝙ debetis in me manere: ad hoc ꝙ fructificetis
Quia[ſicut palmes ꝛc̄.] Ad litterā. Palmes mā-
lis[nō pōt ferre fructū a ſemetipſo niſi manſerit in
vite.] ex cuꝰ radice humor ad uegetationē palmi-
tū aſcēdit.[Ita ꝛ uos] ſupple nō poteſtis ferre fru-
ctū[niſi in me manſeritis.] Manſio ergo in chřo
eſt rō fructificatiōis. Unde de his qui in chřo non

Māſio i chřo ē rō fructificatiōis.

manēt dicit Ro. 6. Quē ergo fructuꝫ habuiſtis in
his ꝛc̄. Iob. 15. Congregatio hypocritarū ſterilis.
Hec aūt ſimilitudo cōueniēs eſt: q̄a[ego ſuꝫ vitis
ꝛ uos palmites.] q̄ſi diceret: talis eſt cōparatio
ueſtrū ad me: qualis palmitū ad vitē. De hac pal-
mitibus dī in ps. Extēdit palmites ſuos uſq̄ ad
mare.

ℂ Qui manet in me ꝛ ego in eo hic fert fru-
ctū multū: q̄a ſine me nihil poteſtis facere.

ℂ Hic oſtendit ꝙ manſio in chřo ſit efficax. Et pri-
mo oſtendit eius efficaciā. Secūdo ſubdit effica-
cie cām. Dicit ergo primo. Dico ꝙ nō ſolū neceſſa-
ria eſt homini manſio in me: ut fructificet: ſꝫ etiaꝫ
eſt efficax: quia[Qui manet in me] credēdo: obe-
diendo: perſeuerando[ꝛ ego in eo] illuminando:
ſubueniendo: perſeuerantiā dādo.[Hic] ꝛ nō aliꝰ
[fert fructū multū.] Fert inq̄ triplicē fructū in vita
iſta. Primꝰ eſt abſtinere a pctis. Iſa. 26. Hic eſt ois
fructus ut tollat peccatū. Secūdus eſt uacare ab
opibꝰ ſanctitatis. Ro. 6. Habetis fructū ueſtrū
in ſanctificatione ꝛc̄. Tertius fructꝰ eſt uacare edi-
ficatiōi aliorū. ps. De fructu operū tuorū ꝛc̄. Fert
etiā quartū fructū in vita eterna. ſupra 4. Fructū
cōgregat in vitā eternā. Hic eſt ultimꝰ ꝛ ꝑfectus
fructus laborū noſtroꝝ. Sap. 3. Bonorū laborū

Fructꝰ primꝰ quē qui in chřo manent facit eſt abſtinere a peccatis. ſecūdus ē uacare operibus ſanctitatis. tertius eſt uacare edificationi aliorū.

glorioſus eſt fructus. ℂ Rōnē aūt huiꝰ efficacie eſt
[Quia ſine me nihil poteſtis facē.] In quo ꝛ cor-
da inſtruit hūiliū: ꝛ ora obſtruit ſuperboꝝ: ꝛ pre-
cipue pelagianoꝝ: qui dicunt bona opa virtutū
ꝛ legis ſine dei adiutorio ex ſeipſis facere poſſe: in
quo dū liberū arbitriū aſſerere uolūt: eum magis
precipitāt. Ecce enī dñs hic dicit. ꝙ ſine ipſo nec n
ſolū magna: ſed nec minima: imo nihil facere ꝑoſ-
ſumus. Nec mirū q̄a nec deus ſine ipſo aliq̄d fa-
cit. ſupra. 1. Sine ipſo factū eſt nihil. Opera enī no-

Pelagiani dicebant: ꝙ bona opera virtutū ꝛ legis ex ſeipſis ſine dei adiutorio facē poterant.

ſtra aut ſunt virtute nature: aut ex gratia diuina.
Si virtute nature: cū oēs motꝰ nāe ſint ab ipſo uer-
bo dei: nulla nā ad aliq̄d faciēdū moueri pōt ſine
ipſo. Si vō virtute gratie: cuꝫ ipſe ſit actor gratie:
q̄a gratia eſt ueritas per ieſū chřm facta eſt(ut dī
ſupra. 1. Manifeſtū eſt ꝙ nullū opus meritorium
ſine ipſo fieri pōt. 2ª Coꝝ. 3. Non ꝙ ſufficientes ſi-
mus aliquid cogitare ex nobis ꝛc̄. Sic ergo nec
etiam cogitare poſſumus niſi ex deo: multo minꝰ
nec alia.

ℂ Siquis in me non manſerit: mittetur fo-
ras ſicut palmes ꝛ areſcet ꝛ colligent eū: ꝛ in
ignem mittent ꝛ ardet.

ℂ Hic ponit ſecūda rō inheſionis que ſumit ex cō-
minatiōe pene: q̄a niſi māſerimꝰ in ipſo nō euade-
mꝰ penā. ℂ Et ponit quinq̄ que pena illā exaggra-
uant: quoꝝ quedā pertinēt ad penā dāni. ſ. expul-
ſio a gloria. Vñ dicit[Mittet foras.] Sed aliquā-

Prīa pena.

do videmꝰ ꝙ in vite mali aliq̄s palmes manet ꝑ
exteriorē coniūctionē: nō aūt per humoris parti-
cipationē. Sic ꝛ aliqui manēt in chřo ſolū per fidē
nō tñ participāt humores vite: qꝛ nō ſūt in cha-
ritate. Vñ tales mittent foras. i. ſeꝑabunt a ſocie-
tate bonoꝝ. Eze. 34. Stabo ꝛ ſeꝑabo ꝛc̄. ℂ Secū-

Scda pena.

da pena dāni eſt areſcere. Vñ dic̄[ꝛ areſcet.] Vñ
ſiquid habebat a radice amittet denudatus eius
auxilio ꝛ vita. Nā mali chriſtiani viriditatem ali-
Prima q. — *Rñſio Aug.* — *Solus fecit opa q nullus ali' fecit. et hoc in trib'. p' i magnitudie. 2' in multitudine. tertio in mō.* — *Solis moriēs lunā retrocedere fecit et totū curſū firmamēti mutauit* — *Scda queſtio* — *Reſponſio.*

¶ Nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum.

¶ Hic oſtendit ex qua radice peccatum infidelitatis incurrerēt: ſcilicet ex odio: propter qd operib' viſis non credebāt. Unde dicit [Nunc autem viderunt.] ſcilicet opera que in eis feci [et oderūt me et patrem meū.] Prouer. 5. Eo q exoſā habuerūt diſciplinam rē. Et ſicut Gregorius dicit: ſunt nonnulli in eccleſia qui non ſolum bona nō faciūt: ſed etiam perſequunt: et que ipſi facere negligūt: etiam in alijs deteſtant horum peccatum: non ex infirmitate: aut ignorātia: ſed ex ſolo ſtudio perpetratur.

¶ Sed ut adimpleatur ſermo qui in lege eorum ſcriptus eſt: quia odio habuerunt me gratis.

¶ Quia poſſet dicere. Si ita eſt q iudei oderunt te et patrem tuum. Quare in eis miracula facis? Ideo reſpōdēs dicit: q hoc facit [ut impleat ſermo rē.] ¶ Sed hic dubitat de hoc: q cum ſcriptum ſit in pſal. dicit q in lege eorum ſcriptum eſt. ¶ Ad qd dicēdum eſt q lex in ſcriptura accipitur tripliciter. Quādoq enim cōmuniter pro toto ueteri teſtamento. Et ſic accipitur hic: qz tota doctrina ueteris teſtamēti ordinatur ad obſeruātiam legis. Mal. ultimo. Memētote mei rē. ¶ Quādoq ſumitur ſm q diuidit contra agyographa et pphetas. Luc. ultimo. Oportet impleri omnia que ſcripta ſunt in pphetis et lege .ſ. Moyſi et pſalmis: qbus etiā numerant agyographa. Quandoq autem ſumit lex prout diuiditur ſolum cōtra pphetas. Et tūc agyographa numerant cum prophetis. Dicit ergo [ut impleatur ſmo qui in lege eoꝝ .i.] in pſalmis [ſcriptus eſt. Quia odio habuerūt me gratis.] id eſt nō pter cōmodum conſequēdum: uel incōmodum vitandū: pter hoc enim homo aliquis odit que non fuerūt in chriſto: immo dabat eis occaſionē amoris ſanans et docēs eos. Act. 5. Pertrāſiēs benefaciebat rē. Hiere. 32. Nunqd redditur pro bono malum rē. Hiere. 2. Quid iniquitatis inuenerūt in me patres ueſtri rē.

Dubitatio — *Reſponſio. Lex accipit tripliciter.*

¶ Cum autem uenerit paraclitus quem ego mittam uobis a patre ſpiritum ueritatis qui a patre procedit: ille teſtimoniū perhibebit de me. Et uos teſtimonium perhibebitis qz ab initio mecum eſtis.

¶ Hic oſtēdit q nō ſunt excuſabiles pter ea que poſt eum ſupuētura erāt: qz habituri erāt alia teſtimonia .ſ. ſpūs ſancti: et etiam aploꝝ. Et pmo ponit id qd ſupuēturū erat ex parte ſpūs ſancti. Scdo id qd futurū erat ex parte aploꝝ ibi [Et uos teſtionium phibebitis rē.] ¶ Quātum ad ſpūm ſanctū quatuor tāgit. Primo qdem libertatē. Scdo ſuauitatē. Tertio pceſſionē. Quarto opationē. ¶ Libertatem qdem ſeu ptātē cum dicit [Cum uenerit rē.] Ille enim pprie uenire dicit qui ſpōte et ppria auctoritate uadit: et hoc ↄuenit ſpūi ſcō q ubi vult ſpirat. Supra. 3. Sap. 7. Inuocaui et uenit in me rē. Hoc ergo qd dicit [mittā.] nō coactionē deſignat: ſz originē. ¶ Suauitatē tāgit cū dicit [paclit'.] i. cōſolator. Nā cū ſit amor dei fac nos etnā cōtēnē: et deo adherē. Un dolorē et triſtitiā de nob excludit et gaudiū de diuinis miniſtrat. Gala. 5. Fructus

ſpūs eſt charitas gaudiū pax. Act.9. Eccl'ia reple
bat conſolatione ſpūs ſancti ꝛc. ¶ Tertio ponit
ꝓceſſionem ſpūs ſancti duplicē. Primo quidem
temporalē cum dicit [Quē ego mittā uobis a pa
tre ꝛc.] ¶ Ubi ſciendum eſt ꝙ ſpūs ſanctus mitti di
cit: non quaſi locū mutās: cum ipſe impleat orbē
terrarū (ut dicit Sap.1.) Sed q2 nouo mō per gra
tiam incipit habitare in eis quos tēplum dei facit.
p̄me Cor.3. Tēplum dei eſtis: ꝛ ſpūs dei habitat ī
uobis. Nec eſt ꝯtrariū ꝙ ſpūs ſanctus dicit̄ mitti:
ꝛ uenire. Nam in hoc ꝙ uenire dicit̄: manifeſte ap
paret maieſtas diuinitatis ipſius qui opat̄ prout
uult. p̄me Cor.12. Dicit̄ aūt mitti ut oſtendat ꝓceſ
ſio ipſius ab alio. Qḋ enim creaturā rōnalem in
habitando ſanctificet: ab alio habet: a quo habet
ut ſit: ſicut fili⁹ ab alio habet qcqd operat̄. ¶ Eſt
etiam attēdendum ꝙ miſſio ſpūs ſancti cōiter eſt
a patre ꝛ filio. Qḋ ſignat̄ Apoc. ultimo. Oſtendit
mihi fluuiū aque uiue .i. ſpūm ſanctū ꝓcedentem a
ſede dei ꝛ agni .i. chriſti. Ideo circa miſſionem ſpi
ritus ſancti facit mētionem de patre ꝛ filio: a q̄bus
equali ꝛ eadē virtute mittit̄. Et ideo quādoq̧ itro
ducit patrem mittētem: nō tamē abſq̧ filio. Sicut
ſupra.14. Paraclitus aūt ſpūs ſancti quē mittet pa
ter in noīe meo. Quoniā aūt introducit ſeipm̄ mit
tētem nō ſine patre: ſicut hic cum dicit [Quē ego
mittam uobis a patre.] q2 ſ. filius quicqd opat̄ ha
bet a patre. Supra.5. Non pōt filius a ſe facere q̄c
q̄. ¶ Secūdo ponit ꝓceſſionem eternā: ubi ſimili
ter ſpūm ſanctū oſtēdit ꝑtinere ad filium cū3 dicit.
[Spūm ueritatis.] Ipſe eni3 eſt ueritas. Supra.14.
Ego ſum via ueritas ꝛ vita. Et ad patrē cum dicit
[qui a patre ꝓcedit.] Sic ergo qḋ dicit [ſpūm ueri
tatis.] idem eſt ac ſi diceret ſpūm filij. Gal.4. Miſit
deus ſpūm filij ſui in corda ꝛc. Et q2 hoc nomen
ſpūs quādam impulſionē importat. Omnis autē
motus habet effectū ꝯuenientem ſuo principio. Si
cut calefactio facit calidū: ꝯſequēs eſt ut ſpūs ſan
ctus eos in quos mittit̄ ſimiles facit ei: cui⁹ eſt ſpi
ritus. Et ideo cum ſit ſpūs ueritatis docet oēm ue
ritatē. Infra.16. dicit̄. ꝛ Iob.32. Inſpiratio oipotē
tis dat intelligētiā. Et ſimiliter q2 eſt ſpūs filij facit fi
lios. Ro.8. Accepiſtis ſpūm adoptionis filioꝝ. Di
cit aūt ſpūm ueritatis: ad differētiā ſpūs menda
cij. Iſa.19. Dn̄s miſcuit in medio egypti ſpūm erro
ris. 3. Reg. ultimo. Egrediar ꝛ ero ſpūs mendax
ꝛc. ¶ Sed q2 dicit [qui a patre ꝓcedit.] ꝛ non ad
dit a patre ꝛ filio: dicūt Greci ꝙ ſpūs ſanctus nō ꝓ
cedit a filio: ſed ſolū a patre. Qḋ omnino eſſe non
pōt. Non eni3 poſſet ſpūs ſanctus diſtingui a filio
niſi uel ipſe ꝓcedat a filio: uel ecōuerſo fili⁹ ab eo:
qḋ nullus dicit. Non enim pōt dici ꝙ in diuinis ꝑ
ſonis: que ſunt oīno immāles ꝛ ſimplices ſit mate
rialis diſtinctio que eſt ſm diuiſionē quātitatis cui
ſubſtat materia. Un̄ oportet ꝙ diſtinctio ꝑſonarū
diuinarū ſit ad modū diſtinctionis formalis quā3
oportet eſſe ſm aliquā oppoſitionē. Na3 quecūq̧
forme non oppoſite ſe cōpatiunt̄ adinuicē in eodē
non diuerſificāt ſuppoſitū: ſicut album ꝛ magnū.
Unde in diuinis ꝑſonis: q2 innaſcibilitas ꝛ pater
nitas nō opponunt̄ pertinēt ad vnam ꝑſona3. Si
igit̄ filius ꝛ ſpūs ſanctus ſunt ꝑſone diſtincte ꝓce
dentes a patre: oportet ꝙ aliq̄bus ꝓprietatib⁹ op
poſitionis diſtinguant̄: non aūt oppoſitis ſ3 affir
mationē ꝛ negationē: aut ſm priuationē ꝛ habitū
q2 ſic filius ꝛ ſpūs ſanctus ſe haberēt adinuice3 ſi

Miſſio ſ.ſ. ē a patre ꝛ filio

Error grecoꝝ

Forme q̄cūq̧ ñ oppoſite ſe cōpatiunt̄ in eodē nō diuerſificāt ſuppoſitū. Innaſcibilitas ꝛ pīnitas nō opponunt̄ l diuerſō ptinēt ad eādē ꝑſonā .ſ. patris

cut ens ꝛ non ens: ꝛ ſicut ꝑfectum ꝛ priuatū: qḋ re
pugnat equalitati ipſoꝝ: nec etiam ſm oppoſitio
nem ꝯtrarioꝝ quoꝝ vnus eſt ꝑfectius altero. Un
de relinquit̄ ꝙ per ſolam oppoſitionē relatiua3 di
ſtinguat̄ ſpūs ſanctus a filio. Hec autē oppoſitio
non pōt niſi ex hoc eſſe ꝙ vnus eoꝝ refert̄ ad alte
rum. Nam diuerſe relationes duoꝝ ad aliqḋ terti
um non directe ſibi opponunt̄ niſi forte ex conſe
quēti per accidēs. Unde relinquit̄ ad hoc ꝙ diſtin
guat̄ ſpūs ſanctus a filio oportet attribui eis op
poſitas relationes: q̄bus adinuicē opponant̄. Nec
poſſunt alie inueniri: niſi relationes originis ſ3 ꝙ
vnus eſt ab alio. Ergo impoſſibile eſt ſuppoſita tri
nitate ꝑſonarum: quin ſpūs ſanctus ſit a filio. ¶ Di
cūt aūt q̄dam ꝙ ſpūs ſanctus ꝛ filius diſtinguitur
ſm differētiam ꝓceſſionū in quātu3 filius eſt a pa
tre naſcēdo: ꝛ ſpūs ſanctus ꝓcedendo. ¶ Sed ad
huc redit eadē queſtio que orit̄ ex opinione pre
miſſa: quomō differant hee due ꝓceſſiones. Non
enim pōt dici ꝙ diſtinguat̄ per diuerſa per genera
tionem accepta. Sicut gn̄atio hoīs ꝛ equi differūt
ſm diuerſas naturas coīcatas. Eandē eni3 diuinā
nām accipit filius a patre naſcēdo: ꝛ ſpūs ſanctus
ꝓcedēdo. Un̄ relinquit̄ ꝙ ſolum ſm ordinē origi
nis diſtinguant̄: in quātum .ſ. natiuitas filij eſt prin
cipiū ꝓceſſionis ſpūs ſancti. Un̄ ſi ſpūs ſanct⁹ nō
eſſet a filio: nec diſtingueret̄ a filio: nec ꝓceſſio a na
tiuitate. Un̄ etiam greci aliquem ordinē cōfitent̄:
filij ꝛ ſpūs ſancti. Dicūt enim ſpūm ſanctū eſſe filij:
ꝛ filium opari per ſpūm ſanctū: ſed non ecōuerſo.
Et aliqui etiā ꝯcedūt ꝙ ſpūs ſanctus eſt a filio: no
lunt tamē cōcedere ꝙ ſpūs ſanctus ꝓcedat a filio
Sed in hoc manifeſte ꝓteruiūt. (Utimur enim v̄
bo ꝓceſſionis in oībus: que quocūq̧ modo ſunt
ab alio.) Et ideo hoc uerbū rōne cōitatis eſt accō
modatum ad ſignādum exiſtētiam ſpūs ſancti a fi
lio: que nō habet exēplu3 in creaturis: ex quo poſ
ſet aſſumi aliqḋ ꝓprium nomē eius: ſicut accipit̄
nomē gn̄ationis filij. Nō enim in creaturis inueni
tur aliqua ꝑſona ꝓcedēs per modum uoluntatis
ut amor. Sicut inuenit̄ aliq̄ ꝑſona ꝓcedēs per mo
dum nature: ut filius. Et ideo quocūq̧ modo ha
beat ordinem ſpūs ſanctus ad filium: pōt cōcludi
ꝙ ab eo ꝓcedat. Dicūt tamē aliqui grecoꝝ ꝙ non
eſt dicēdum ſpūm ſanctū ꝓcedere a filio: q2 hec ꝑ
poſitio a. uel ab. apḋ eos deſignat pricipiū nō de
principio: qḋ cōuenit ſoli patri. Sed hoc nō cogit
q2 filius cum patre eſt vnum principiū ſpūs ſancti
ſicut etiam creaturarū: q̄uis autē filius hēat a pr̄e
ꝙ ſit principium creaturarum: cum dicunt̄ creatu
re eſſe a filio. Unde eadem rōne pōt dici ꝙ ſpirit⁹
ſanctus ꝓcedat a filio. Nec obſtat qḋ hic dicit̄ [qui
a patre ꝓcedit.] Nō aūt a patre ꝛ filio: q2 ſimilr̄ di
cit [quem ego mittam.] ꝛ tamē intelligit̄ pater mit
tere per hoc qḋ addiḋ [a patre.] ita ꝛ per hoc quod
addit̄ [ſpūm ueritatis.] i. filij: intelligit̄ ꝙ a filio ꝓ
cedit. Semꝑ enim (ut dictum eſt.) ꝯiūgit̄ filius pa
tri: ꝛ ecōuerſo circa ꝓceſſionem ſpūs ſancti. Et ſic
diuerſo modo loquēdi ad deſignādum diſtinctio
nem ꝑſonarum. ¶ Quarto ponit opationes ſpūs
ſancti cum dicit [Ille teſtimonium perhibebit.] Et
hoc tripliciter. Primo quidem inſtruendo diſci
pulos ꝛ fiduciam eis prebendo ad teſtificandum.
Mat.10. Non enim uos eſtis qui loquimini ꝛc. Se
cundo ſuam doctrinā coīcādo credētib⁹ in chriſtū
Heb.2. Conteſtāte deo ſignis ꝛ ꝓdigijs: ꝛ varijs

Opio grecoꝝ

N. uſ eb' ſpū nō apud grecos ſigt pa nō ee pa filius cū pr̄e eſt vnū pncipiū.

ſpūs ſancti diſtributionibus. Tertio emolliendo audientium corda. pſal. Emitte ſpūm tuum ⁊ creabunt. ¶ Ultimo ponit qḋ futurum erat ex parte diſcipuloꝝ cum dicit [Et uos teſtimoniū ꝑhibebitis ⁊c.] ſpū ſancto inſpirati. Act. 1. Eritis mihi teſtes ⁊c. Et de hoc duplici teſtimonio dicit Actuū. 5 Nos huius rei teſtes ſumus ⁊ ſpūs ſanctus ⁊c. Et addit teſtimonij idoneitatē cum dicit [q̄ꝛ ab initio mecum eſtis.] ſcilicet ꝑdicationis ⁊ opationis miraculoꝝ: ut poſſint teſtari de viſu ⁊ auditu: ſm illḋ ꝑme Jo. ꝑmo. Qḋ vidimus ⁊ audiuimus ⁊c. Ex quo etiam pōt accipi ꝙ chriſtus nō fecit miracula in pueritia: ut in q̄buſdam apocriphis habet: ſed ſolum extūc ex quo diſcipulos cōgregauit ⁊c.

LE. I. 16. c.

Hec locutus ſum uobis ut nō ſcandalizemini.

Supra conſolatus eſt dn̄s diſcipulos q̄buſdam rōnib' de ſuo receſſu: ⁊ de ꝑſecutionibus ⁊ tribulationibus eis ſupuēturis. Hic eaſdē rōnes manifeſti' explicat. Et ꝑmo ponit rōnuȝ explicatio ſupra poſitarum. Secūdo inſinuat effectus explicationis in diſcipulis ibi [Dicūt ei diſcipuli. Ecce nūc palaȝ loqueris ⁊c.] Dn̄s autem ſibi cōſiderent ea que in ſupioribus duobus capl'is dicta ſunt diſcipulos cōſolari intēdebat de duobus. De receſſu ſuo Et tribulationibus eis ſupuenturis. Et rationes ad hec duo hic explicat ordine retrogrado. Cuius ratio eſt: q̄ꝛ cum receſſus ſuus ſtatim immineret: nec adhuc eis tribulationes ſupuenturas prenūciauerat. Ideo primo cōſolatus eſt eos de receſſu. Sed q̄ꝛ iam ex prenūciatis eis tribulationibus videbātur magis affici ad tribulationes q̄ȝ ad receſſū chriſti. Ideo hic primū conſolat eos de his tribulationibus ſupuenturis. Secūdo de receſſu ſuo ibi [Et nunc uado ad eum ⁊c.] Circa primū tria facit. Primo manifeſtat ſuam intētionem. Secūdo prenūciat diſcipulis tribulationū ꝑſecutionem ibi [Abſq; ſynagogis faciēt uos ⁊c.] Tertio ſubdit ꝑſecutionis rōnem ibi [Et hec faciēt uobis.] ¶ Dicit ergo Dixi ꝙ iudei oderūt me ⁊ uos: q̄ꝛ nō cognouerūt eum qui me miſit ⁊c. Et ſunt inexcuſabiles. Et ſpiritus ſanctus ⁊ uos teſtificabimini cōtra illos. Sȝ [hec] oīa ideo [locutus ſum uobis: ut nō ſcandaliçemini.] i. ut cum venerint tribulationes quas ꝑnuncio uobis ſitis abſq; ſcandalo. Et merito poſt ꝓmiſſionem ſpūs ſancti ſcandalū ꝓhibet: q̄ꝛ ſpūs ſanctus eſt amor. Amor aūt dei diffuſus in cordibus noſtris per ſpūm ſanctū qui datus nobis: oē ꝓpellit ſcādalum. pſal. Pax multa diligētibus legem tuam ⁊ nō eſt illis ſcandalū. Amicoꝝ autē eſt negligere dānum ꝓpter amicū (ut dicit Prouerb. 12. Amicis ergo dei non eſt ſcandalū penas ⁊ damna pati pro chriſto. Quia vō ante mortē chriſti diſcipuli ſpūm ſanctū non acceperūt. Ideo in paſſione chriſti ſcandaliçati ſunt. Infra. Omnes uos ſcādalū patiemini in me in nocte iſta. Sed poſt aduentum ſpūs ſancti oīno abſq; ſcandalo fuerunt.

¶ Abſq; ſynagogis facient uos. Sed uenit hora ut omnis qui interficit uos arbitretur obſequium ſe preſtare deo.

¶ Sed poſſent dicere diſcipuli. Nūquid eſt nobis materia ſcandali. Immo q̄ꝛ tribulationes multe ſupuenient nobis. Et primo quidem excluſionis. Secūdo interfectionis. ¶ Excluſionis quidē a cōſortio iudeoꝝ. Unde dicit. [Abſq; ſynagogis ⁊c.] Supra. 9. Iam conſpirauerāt iudei ut ſiqs cōfiteret ipſuȝ eē chriſtū extra ſynagogā fieret. Et hoc intātum inualuit ꝙ aliqui ex principibus in chriſtum credentes timebāt ꝓpter hoc publice ꝯfiteri (ut habet ſupra. 12.) Hāc excluſionē ꝑnūciat Luc. 6. Beati eritis cum uos oderint hoīes: ⁊ eiecerit nomen ueſtrū ⁊c. ¶ Sed nunq̄d malū erat aplīs extra ſynagogā iudeoꝝ fieri: cum ipſi eēnt ab ea receſſuri? ¶ Ad qḋ dicēdum ſm Auguſtinum: ꝙ in hoc erat eis tribulatio: q̄ꝛ per hoc dabat dn̄s itelligere ꝙ iudei nō erāt recepturi i chriſtum. Nam ſi chriſtū recepiſſent eadem fuiſſet ſynagoga iudeoꝝ ⁊ eccl'ia chriſti: ⁊ qui ꝯuerterent ad eccl'iam chriſti cōuerſi ad ſynagogā iudeoꝝ fuiſſent. ¶ Interfectionis aūt [Sed uenit hora ut oīs qui interficit uos ⁊c.] Hec q̄dem uerba pn̄t accipi q̄ſi in ꝯſolationē diſcipuloꝝ dicta: ut li [ſed] accipiat aduerſatiue. Ut ſit ſenſus: quaſi cōſolari debetis ex hoc qḋ uobis facient. [Sed uenit hora ⁊c.] ¶ Sed q̄lis ꝯſolatio poterat eis eſſe hec. ſ. ut oīs qui interficeret eos arbitreret ſe obſequm ꝑſtare deo ¶ Ad qḋ dicēdū ſm Auguſtinū: ꝙ per hoc qḋ dixerat [Abſq; ſynagogis ⁊c.] dabat itelligi ꝙ illi qui ꝯuerterētur ad chriſtum ſtatim a iudeis occidēdi erāt. Et ideo ad coꝝ ꝯſolationē dicit eis dn̄s: ꝙ tam multos chriſto acq̄ſituri erant: expulſi de iudeoꝝ cōgregationibus: ut eos extirpare nō poſſent. Et ꝓpter hoc mortem eis intētare ſtuderet: ne omnes ad nomen chriſti ſua ꝑdicatione cōuerterēt. ¶ Uel dicendū ꝙ in hoc ꝑdixit eis tribulationē interfectionis. Dicit autē [arbitret obſequm ſe preſtare deo.] Nō dico: ut det intelligere hoc dici ſolum de ꝑſecutione iudeoꝝ. Mat. 23. Ecce ego mitto ad uos ſapientes Nam martyres chriſti occiſi ſunt a gētilibus: non tamē illi arbitrati ſunt deo: ſed dijs ſuis ſolum obſequm ſe preſtare. Ideo aūt iudei chriſti ꝑdicatores occidētes putabāt deo ſe ꝑſtare obſequm: q̄a çelum dei habebāt: ſed non ſm ſciētiam. (Credebant enim ꝙ deſereret deū iſrl' quicūq; cōuerteret ad chriſtum.) De iſta interfectione dicit in ꝑs. Propter te mortificamur tota die. ¶ Rōnem dictoruȝ aſſignat dicens.

¶ Et hec facient uobis quia non nouerunt patrem neq; me.

¶ Et primo rōnem future ꝑſecutionis. Secūdo rationem ꝑnūciationis ibi [Sed hec locut' ſum uobis.] ¶ Dicit ergo. Perſequent uos. [Et hec facient uobis.] nō ꝓpter çelum ueritatis. [ſed q̄ꝛ non nouerūt patrem.] inquātum. ſ. eſt pater. [neq; me.] filium ſuū. ſupra. 8. Si me ſciretis ⁊ patrē meū forſitan ⁊c. ꝑme Thim. 1. Qui prius fui blaſphemus ⁊ ꝑſecutor ⁊c. Ignorās feci ⁊c. ¶ Sed poſſet dici ſi per ignorātiam fidei iudei nos ſunt ꝑſecuti: q̄re ergo ꝑdixit uobis. Et ideo cum dicit.

¶ Sed hec locutus ſum uobis ut cum uenerit hora eorum reminiſcamini: quia ego dixi uobis.

¶ Primo ponit cauſam ꝑnūciationis. Scḋo cāmdilationis ad ꝑnūciādū ibi [Hec aūt ab initio ⁊c.] ¶ Dicit ergo. Ideo aūt [hec locutus ſum uobis: ut cuȝ uenerit hora ⁊c.] Hora aliquoꝝ uenire dicitur: qn̄ pn̄t iplere qḋ deſiderāt: ⁊ facere qḋ uolūt. Sap. 3. Non ꝑtereat uos flos tp̄is. ſ. apta ad uoluptates exercēdas. Hora ḡ iudeoꝝ tūc ueniet qn̄ pote

Queſtio.

Rn̄ſio Aug.

Dubitatio

R.ⁿ ſm Aug.

Alia reſpōſio

Martyres chri ſūt occiſi a gētilibus

rūt exercere pſecutiones in nobis. Sʒ hec eſt hora nocturna. Luc. 22. Hec eſt hora nr̄a ꝛ poteſtas tenebrarū ꝛc̄. [Reminiſcamini qꝛ ego dixi uob.] Q̄ḋ quidē ad duo ualet. Quia ſ. quādo recordati ſunt in tribulationibus exiſtētes ꝙ eas chriſtus p̄dixerat eis: cognouerūt eius diuinitatē: ꝛ magis ꝯfiſi ſunt de eius adiutorio. Itē per hoc ꝙ aliqs p̄uidit tribulationes ſibi iminētes minus affligitur (qꝛ p̄uiſa iacula minus feriūt.) Et rōnē huius aſſignat Tullius in libro de tuſculanis qōnibus. Bona enim ꝛ mala tp̄alia quāto magis cognoſcūtur tāto minora reputant. Diuitie enim maiores reputant a nō hn̄tibus eas ꝙ̄ ab eiſdēmet poſtq̄ʒ habētur. Similr̄ etiam tribulationes anteq̄ʒ habeātur magis timent ꝛ cōtriſtatim credunt anteq̄ʒ ſupueniāt: q̄ʒ poſtq̄ʒ ſupuenerūt: ꝛ p̄ñtes ſunt. Malū autem qn̄ p̄meditat efficiat q̄ſi p̄ſens: ꝛ ex ipſa p̄ñtia minus reputat. Uñ dicit ꝙ ſapiēs ex p̄meditatiōe pōt accipe ꝯſolationē de triſtitia ſupuētura: quaʒ aliq recipiūt aſſiduitate triſtitie imminētis. Sic ergo duplici de cauſa eius tribulationes prenunciat ad ſpem coꝝ ſubleuādaʒ de eius adiutorio. Et ad triſtitiam minuendam.

Tullius li. de tuſculanis qōnibus affligi rōne ꝙre iacula p̄uiſa minus feriunt. Diuitie maiores reputant a nō hn̄tibus eas ꝙ̄ ab eiſdem met poſtq̄ʒ habentur. Mala q̄ſi p̄meditata efficiuntur q̄ſi p̄ntia: ꝛ ipſa p̄ntia ex minus reputant.

¶ Hec autem uobis ab initio non dixi: quia uobiſcum eram.

¶ Hic aſſignat cauſam q̄re nō ante eis p̄dixit hanc ſcilicet [qꝛ uobiſcū eram.] Q̄ḋ pōt referri ad duo p̄dicta. Primo ad ſubleuādam ſpem. Nam cū uobiſcū eram de meo adiutorio cōfiſi nō dubitabatis. Modo aūt quādo videbitis me mori dubitare poteritis de mea ptāte. Et ideo neceſſariū eſt ut p̄nūciem futura per que cognoſcatis meā diuinitatem ꝛ ptātem. ¶ Uel pōt referri ad ſcđm: Ut ſit ſenſus [Uobiſcū eram.] ꝓtegēs uos ꝛ totum pondus ſup me ſuſcipiēs. Infra. 17. Pater cum eēm cū eis ego ſeruabā eos quos dediſti mihi. Sed ꝙ receſſurus ſum a uobis totū pōdus tribulationis remanebit uobis. Et ideo opʒ ut non ſint uobis improuiſe. ¶ Sed videt ꝙ dñs ante hāc horā predixerat: qꝛ alij tres euāgeliſte narrāt dñm ante hoc tēpus p̄dixiſſe diſcipulis ꝙ tradēdi eēnt añ reges ꝛ p̄ſides: ꝛ in ſynagogis iudeoꝝ flagellādi. ¶ Sʒ dicēdum ꝙ hoc nō ꝯriat huic q̄ḋ dñs dicit [Hec uobis ab initio nō dixi.] Quia illi dicūt dñm hoc dixiſſe in mōte oliueti: q̄ḋ fuit imminēte paſſiōe tribus diebus anteq̄ʒ uētum eſt ad cenā. Uñ hoc q̄ḋ dicit [ab initio.] nō refert ad tēpus paſſionis: ſʒ ad tēpus quo primo fuit cum diſcipulis. (ut Auguſtinus dicit.) ¶ Sed cōtra hoc eſt q̄ḋ Mat. 10. dicit: ꝙ dñs p̄nūciauit diſcipulis tribulationes ſupuenturas: nō ſolū iminēte paſſione: ſed ab initio electionis coꝝ. Ecce ingt mitto uos ſicut oues ī medio lupoꝝ ꝛc̄. ¶ Et ideo dicēdum ꝙ hoc q̄ḋ dicit [ab initio.] non eſt intelligēdum ſolum de tribulationibus ſupuēturis: ſed de aduētu ſpūs ſancti: quē nō prenūciauit eis ab initio (ut Auguſtinus dicit.) Uel dicēdum ſm Criſoſtomū ꝙ intelligēduʒ eſt de tribulationibus. Et tūc q̄ḋ dicit [ab initio.] dicit propter duo que hic eis de nouo p̄dixit. Unum ſcilicet ꝙ eēnt paſſuri tribulationes a iudeis: quod eis ante nō dixerat: ſed ſolum a gētibus (ut pʒ Mat. 10.) Aliud qꝛ ſupra predixit eis ꝙ flagella paſſuri eſſent. Hic autem addit unum quod maxime poterat eos attonitos facere: ſcilicet ꝙ mors coruʒ reputaretur iudeis obſequium.

Dubitatio

Solutio

Dubiū aliud.

Solutio.

Et nūc uado ad eum qui miſit me: ꝛ nemo ex uobis interrogat me quo uadis?

Supra explicauit dñs rōnes cōſolatorias cōtra tribulationes diſcipulis ſupuenturas. Hic explicat rationes cōſolatorias de receſſu ſuo. Cōſolatus eſt aūt eos dñs de receſſu ſuo triplici ratione. Primo ratione acceſſus eorum ad patrem queʒ promittebat. Unde dicebat. Non turbet coꝛ ueſtruʒ. In domo patris mei ꝛc̄. Secūdo ratione paracliti quem miſſurus erat. Unde dicebat. Et ego rogabo patrem ꝛc̄. Tertio rōne iterate ſue viſionis quaʒ aſſerebat. Non relinquam inq̄ʒ uos orphanos. Ueniam ad uos. ¶ Has autem tres rōnes explicat hic: ſed ordine retrogrado. Et primo ꝓmiſſionem ſpūs paracliti. Secūdo iteratam ſui viſionem ibi [Modicuʒ ꝛ iam nō videbitis me ꝛc̄.] Tertio introductioneʒ ad patrem ibi [Et in illo die me non interrogabitis. Circa primum duo facit. Primo p̄mittit neceſſitatem cōſolationis. Secūdo ponit eam ibi [Sed ego ueritatem dico ꝛc̄.] Circa primum duo facit. Primo prenunciat ſuum receſſum. Secūdo oſtendit huius prenunciationis effectum ibi [Sed qꝛ hec locutus ſuʒ uobis ꝛc̄.] ¶ Recedit ergo ad patrem uadens. Et ideo dicit uobiſcum erā uſq̄ modo. [Sed nunc uado ad eum qui me miſit.] ideſt ad patrem. Q̄ḋ quidem perfectionis eſt. Tūc eniʒ vnaqueq̄ʒ res perficit cum ad ſuum principiuʒ redit. Thob. 12. Tēpus eſt ut reuertar ꝛc̄. Ecc. 5. Ad locum vnde exeunt flumina reuertunt. Ibat quidem ſm humanitatem ad eum apud quē ab eterno erat ſm diuinitatem. Et hoc diffuſius expoſitum eſt in precedētibus. Sed addit [Nemo ex uobis interrogat me quo uadis?] ¶ Sed q̄d eſt hoc quod dicit. Nōne petrus interrogauit. Supra. 13. Dñe quo uadis? Et thomas ſupra. 14. Neſcimus quo uadis. ¶ Et ideo huic qōni reſpōdet Criſoſtomus: ꝛ Auguſtinus: ſed aliter ꝛ aliter. Criſoſtomus enim dicit ꝙ diſcipuli audiētes ꝙ deberent interfici: ꝛ abſq̄ʒ ſynagogis fieri: ita triſtati ꝛ attoniti facti ſunt: ut quaſi obliti de receſſu ꝛ locutionē amittentes: cum de ſuo receſſu non interrogarent. Unde ſubdit. Sed hec locutus ſum uobis ꝛc̄. Et ſic dominus dicens [ꝛ nūc uado ꝛc̄.] eos pot. us increpat ſm Criſoſtomum. Et de hoc non interrogabant. Deut. 33. Interroga patrem tuum ꝛc̄. Ecc. 6. Inueſtiga illam. ¶ Auguſtinus autem vult ꝙ hoc q̄ḋ dicit [Nunc uado ꝛc̄.] non ſit pro illo inſtanti quo loquebatur: ſed pro tempore quo aſcenſurus erat in celuʒ: quaſi diceret. Superius interrogaſtis me quo irem: ſed nunc ita uado; ꝙ non eſt neceſſe ut aliquis ueſtrum interroget me: quo uadis. Quia (ut dicit Act. p̄.) Uidentibus illis eleuatus eſt.

Dubium.

Solutio. Aug.

¶ Sed quia hec locutus ſum uobis: triſtitia impleuit coꝛ ueſtrum.

¶ Hic ponit triſtitia que eſt effectus prenunciationis ſm Criſoſtomum. Sed ſm Auguſtinum triſtātur de receſſu. Gaudebant enim de p̄ſentia chriſti quodāmodo carnali: affecti ad humanaʒ eius ſpeciem. Sicut homo delectat de preſentia amici. Et ideo de receſſu eius triſtabant. pſal. Ad ueſperam. ſ. paſſionis demorabit fletus in ap̄lis: ꝛ ad matutinum reſurrectionis letitia. Sed qꝛ humanuʒ eſt ꝙ triſtitia coꝛ tangat. Uitioſum autem ꝙ coꝛ imple-

at: q: per hoc ratio ꝓbatur. Ideo quaſi arguens dicit [triſtitia impleuit coꝛ ueſtrum.] Ecc. 30. Non des triſticiam anime tue. Supra. 14. Non turbetur coꝛ ueſtrum.

¶ Sed ego ueritatē dico uobis: expedit uobis ut ego uadam. Si enim non abiero: paraclitus non ueniet ad uos. Si autē abiero mittam eum ad uos.

¶ Hic ponit ratio conſolationis que eſt promiſſio ſpūs ſancti. Et primo ꝓmittit ſpūm ſanctum. Secūdo prenūciat eius effectum ibi [Et cum uenerit ille ꝛc.] Circa primū duo facit. Primo oſtēdit receſſus ſui neceſſitatem. Secundo receſſus utilitatem. ¶ Dicit ergo: triſtitia impleuit coꝛ ueſtrum: ſcilicet de receſſu meo: ſed eſt magis uobis gaudendum. Quia [expedit uobis ut ego uadam.] i. ualde uobis eſt neceſſarium. Quia [ſi non abiero paraclitus non ueniet ad uos.] Item eſt uobis fructuoſum ꝛ utile. Quia [ſi abiero mittam eum ad uos.] ſcilicet ſpūm ſanctum. ¶ Sed nunquid non potuiſſet chriſtus dare ſpūm uiuēs in carne? ¶ Dicendum ꝙ ſic q: etiam ſuper eum baptiʒatū ſpūs ſanctus in ſpecie colūbe deſcendit: ꝛ nunq̄ ab eo receſſit: quem ab inſtanti ſue cōceptionis recepit non ad menſuram. ¶ Sed noluit eum dare diſcipulis exiſtēs cū eis quadruplici rōne. ¶ Primo ꝑpter eoꝝ indiſpoſitionem. Nam ſpūi ſancto (cum ſit amoꝛ ſpiritualis) cōtrariaꝭ amoꝛ carnalis. Diſcipuli autem quodam carnali amore afficiebanꝭ ad chriſti humanitatem: necdum eleuati erāt ſpūali amore ad eius diuinitatem. Et ideo nō dū capaces erāt ſpiritus ſancti. 2ᵉ Coꝛ. 5. Et hoc iam neminem ſm carnem noſcimus. i. ſm carnem affectū: ꝛ ſi cognouimus ſm carnem chriſtū: ſcilicet ante paſſionem: ſed nūc iam nō nouimus. ¶ Secūdo ꝑpter diuini auxilij cōditionem: qḋ maxime adeſt in neceſſitatibus. pſal. Adiutoꝛ in oppoꝛtunitatibus. Et iterū Quoniam pater meus ꝛ mater mea dereliquerūt me: de inimicis autem aſſumpſit me. Quādiu aūt chriſtus erat cum eis ſufficiēs adiutorium erat cū eis: ſed eo recedēte multis tribulationibus exponebanꝭ: ꝛ ideo datus eſt eis ſtatim alius cōſolatoꝛ ꝛ adiutoꝛ. Unde ſignāter dicit. Et alium paraclitum dabit uobis. Iſa. 29. Quem docebit ſcietiam ꝛc. ablactatos a lacte auulſos ab uberibus. ¶ Tertio ex dignitatis chriſti cōſideratione. Nam (ut Auguſtinus dicit in libro de trinitate.) Chriſtus inquātū homo non habet ꝙ det ſpūm ſanctum: ſed inquātum deus. Quādo autem cū diſcipulis erat uidebatur eſſe quaſi homo unus ex eis. Ne ergo uideretur ꝙ homo eſſet qui daret ſpūm ſanctum: ideo ipſum ante aſcēſionem ſuam non dedit. Supra. 9. Nōdum erat ſpūs datus q: nondū ꝛc. Sapiētie. 9 Emitte illam a ſede magnitudinis tue. ¶ Quarto ꝑpter unitatem eccleſie cōſeruandam. Nam (ut ſupra. 4. habeꝭ.) Joānes ſignum fecit nullū. Quod ideo fuit ne populus diuidereꝭ a chriſto: ꝛ ut euidentioꝛ appareret eminētia ad ioānem. Diſcipuli aūt ipſo ſpiritu replēdi erant: ut etiam opa maioꝛa facerēt q̄ chriſtus fecit. ſupra. 14. Et maiora hoꝛum faciēt. Et ideo ſi ante paſſionem fuiſſet eis datus: potuiſſet uerti in dubium apud populum quis eſſet chriſtus: ꝛ ſic fuiſſet in eo diuiſio. Pſal. Aſcendens in altum ꝛc. dedit dona hoībus ꝛc. ¶ Sed ſm Criſoſtomū pōt hic ſumi argumētum contra

Queſtio.
Reſponſio.

Chriſtus noluit dare ſ. ſ. diſcip. eū exiſtēti cū eis rōe q̄druplici. Amoꝛ carnalis Contrariaꝭ ſ. ſ. q amoꝛ ſpūal.

Macedones dicētes ſpūm ſanctum eſſe creaturā ꝛ miniſtrū patris ꝛ filij. Si enim ſic eſſet nō eēt ſufficiēs cōſolatio de receſſu chriſti aduētus ſpūs ſancti. Sicut nō eſſet ſufficiēs cōſolatio de receſſu regis: ſi dareꝭ unus de miniſtris ſuis loco eius. Quia ergo ſpūs ſanctus equalis eſt filio: ideo dominus eos per ꝓmiſſionem ſpūs ſancti conſolaꝭ. ¶ Sed ſi equales ſūt filius ꝛ ſpūs ſanctus: q̄re expedit ꝙ filius recedat: ut ueniat ſpūs ſanctus? ¶ Ideo ſcilicet: q: recedebat coꝛpaliter ac ſimul cum ſpū ſancto ueniebat inuiſibiliꝭ. Si enim filius habitaſſet inuiſibiliꝭ: ꝛ diceret: expedit ut recedam: quia ueniet ſpūs ſanctus: utiq̄ maioꝛ eo ſpiritus ſanctus reputaretur ꝛc.

Macedonū erroꝛ dicētiū ſ. ſ. eē creaturā ꝛ miniſtrū patris ꝛ filij.
Queſtio.
Reſponſio.

Et cū uenerit ille arguet mūdū de peccato: ꝛ de iuſtitia: ꝛ de iudicio.

Supra conſolatus eſt dñs apoſtolos per ꝓmiſſionē ſpiritus ſancti. Hic oſtēdit utilitatem quam ſpūs ſanctus aduenięs affert eis. Et ponit triplicem utilitatem. Unam ex parte mūdi. Aliam ex parte diſcipulorum. Et tertiam ex parte chriſti. ¶ Ex parte quidem mūdi: q: ſpūs ſanctus adueniēs mūdum arguet. Et ex parte diſcipuloꝝ: q: eos inſtruet ibi [Adhuc multa habeo uobis dicere ꝛc.] Ex parte chriſti: q: ipſū clarificabit ibi [Ille me clarificabit ꝛc.] Circa primum duo facit. Primo ponit utilitatē aduētus ſpūs ſancti quātum ad mūdum. Secūdo exponit eam ibi [De peccato quidē ꝛc.] Dicit ergo expedit uobis ut ego uadam: q: mittam ſpūm ſanctum ad uos. [Et cum uenerit ille arguet ꝛc.] Quod dupliciter legiꝭ. Uno modo ſm Auguſtinū. Alio modo ſm Criſoſtomū. ¶ Secūdum Auguſtinū quidem hoc modo. [Cum uenerit.] ſ. ſpūs ſanctus. [ille arguet.] i. reprehendet [mūdum.] Prouerb. 9. Argue ſapiētem ꝛ diliget te. ¶ Sed nunquid non etiā chriſtus arguit mundū? Arguit quidē ſupra. 8. Ex patre diabolo eſtis. ꝛ Mat. 23. Multa cōtra phariſeos ꝛ ſcribas dicens. Quare ergo dicit. Ille arguet. quaſi ipſe nō arguerit. ¶ Sed forte diceret aliquis ꝙ chriſtus ſolos iudeos arguit: ſpūs autem ſanctus in diſcipulis: ꝛ per diſcipulos arguit totū mūdum. ¶ Sed huic ꝯtrariaꝭ ꝙ chriſtus loquiꝭ in apoſtolis ꝛ per apſos ſicut ſpūs ſanctus 2. Coꝝ. ultimo. An experimētum queritis eius qui in me loquiꝭ chriſtus? ¶ Et ideo dicēdū ꝙ dixit [ille arguet mūdum.] q: inuiſibiliꝭ penetrans corda ueſtra diffundet in eis charitatē: qua timore depulſo arguēdi habebitis ꝑtātem. Quādiu enim diſcipuli carnaliter ad chriſtū afficiebanꝭ: ſpūs ſanctus nō erat in eis (ut dictū eſt) eo modo quo poſtea fuit. Et ideo nō erāt ita audaces ſicut poſt eius aduētū fuerūt. pſal. Spū oris eius oīs uirtus eorum. ſ. apoſtoloꝝ. 2. Paral. 24. Spūs dñi induit ʒachariam. [ille] etiam [arguet mūdum.] q: corda que ante mūdana fuerāt replens fecit ꝙ ea ſe reprehenderēt. Iob 13. Arguam uias meas corā illo ꝛc. Et hoc facit ſpiritus ſanctus. pſal. Spūm rectum innoua in uiſceribus meis. ¶ Sed de quo arguet? De tribus [De peccato] qḋ cōmiſerunt. Iſa. 58. Annūcia populo meo ſcelera eoꝝ ꝛc. Et hoc apli fecerunt. pſal. In oēm terram exiuit ſonus eoꝝ. Itē [de iuſtitia] quā neglexerūt. Iſa. 26. Juſtitiā nō fecerūt ꝛc. Et hoc apoſtoli fecerūt. Rom. 3. Nō eſt iuſtus quiſq̄ ꝛc. Itē [de iudicio] qḋ contēpſerunt (ut enim dicit Pro-

Queſtio.
Reſponſio.
Argumētū cōtra eſt ſolutū.
Ratio uera.

uerb.18.) Impius cum in ꝓfundum peccatoꝝ ue‑nerit contẽnet. Eze.9. Contẽpſit iudicia mea ⁊c̃.

¶ De peccato quidem: quia non crediderũt in me. De iuſtitia vero: quia ad patrem uado: ⁊ iam non videbitis me. De iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicat⁹ eſt

¶ Hic exponit. Et ṗmo q̃ð dicit de peccato. Et hoc [qꝛ non crediderũt in me.] Solum de peccato infi‑delitatis arguit: qꝛ per fidez oĩa alia peccata dimit‑tunt. Mat.25. Dñs dãnatis ſolum defectũ miſeri‑cordie imputat: qꝛ per miſericordiã omnia pecca‑ta purgant. Prouer.15. Per miſicordiã ⁊ fidẽ pur‑gant peccata ⁊c̃. Sic ergo ⁊ hic qꝛ infidelitate ma‑nẽte peccata ⁊ cetera detinent: ⁊ ea diſcedẽte cetera dimittunt. Dicit autem [qꝛ non crediderũt in me.] ⁊ nõ dicit mihi uel me: qꝛ demones credũt chriſtũ eſſe ⁊ cõtremiſcũt. Jac̃.2. Sed [in me.] per fidez for‑matam ſperãdo ⁊ diligẽdo. ¶ Scðo [de iuſtitia.] Et hoc [qꝛ ad patrem uado ⁊c̃.] Q̃ð q̃dẽ põt du‑pliciter exponi. Quia uel de iuſtitia chriſti: uel de iu‑ſtitia apl'orum. De iuſtitia q̃dem apl'orum ſic. De iuſtitia nr̃a ꝙ non ſunt imitati. Juſtitiã dico nõ ex lege: ſed ex fide. Rom̃.3. Juſtitia aũt dei per fidem ieſu chriſti. Fides aũt de inuiſibilibus eſt. Heb.11. Di‑ſcipuli aũt aliq̃d videbãt. ſ. eius humanitatẽ: ⁊ ali‑quid non videbãt. ſ. eius diuinitatem: ſed hoc pro‑mittit eis in ṗmium. Supra.14. Manifeſtabo ei me ipſum. Habebant ergo diſcipuli fidem de chriſto quãtum ad diuinitatẽ tm̃: ſed quãdo ſubtracta fu‑it eius humanitas chriſti tunc eorũ fides erat de utroq;. Et ideo ſm Auguſtinũ ſup ioannem dicit.

Expõ Aug. ſup Jo.

[qꝛ uado ad patrem ⁊c̃.] quaſi dicat. Uos creditis in me ſm diuinitatẽ: ⁊ etiam [qꝛ uado ad patrem.] credetis in me etiam quãtum ad humanitatẽ: quã quidem fidei iuſtitiam mũdus nõ imitat. Sed di‑cit [⁊ iam nõ videbitis me.] Non ꝙ nunq̃ ſint euz viſuri: ſed qꝛ non viſuri ſunt euz in iſta carne mor‑tali. Uiderũt eum in reſurrectione: ſed immortalez exiſtẽtem. Et videbũt eum in iudicio: ſed in maie‑ſtate uenientem. De iuſtitia q̃dem chriſti exponit de uerbis dñi. Judei enim noluerũt recognoſcere ꝙ chriſtus iuſtus eſſet. Supra.9. Nos ſcim⁹ quia hic homo peccator eſt. Arguet eos de hac iuſtitia di‑cens [qꝛ ad patrem uado.] qꝛ hocipſum ꝙ ad pa‑trem uado: iuſtitie mee eſt. Q̃ð enim chriſt⁹ deſcẽ‑dit miſericordie fuit: ſed ꝙ aſcẽdit eius iuſtitie de‑bitum. Phil.2. Propter q̃ð ⁊ deus exaltauit illuz ⁊c̃. ¶ Tertio arguit mundum de iudicio. Et hoc [qꝛ princeps huius mũdi.] i. diabolus qui eſt prin‑ceps mũdi. i. mũdanoꝝ: non creatione: ſed ſugge‑ſtione ⁊ imitatione. Sap.2. Imitant eum qui ſunt ⁊c̃. Job.41. Ipſe eſt rex ſup omnes filios ſuperbie Hic ergo princeps [iam iudicatus eſt.] i. expulſus foras. Supra.12. Nũc iudicium eſt mũdi. i. pro mũ‑do. Et hoc dicit ut tolleret excuſationẽ hoĩum qui ſe de peccatis excuſant ꝑpter tẽtationem diaboli. q. d. Excuſari non poſſunt qꝛ expulſus eſt diabolus per gr̃am ⁊ fidem chriſti ⁊ ſpũm ſanctũ a cordib⁹ fidelium: ita ut iam nõ tẽtet interius ſicut ante: ſed ſolum exterius per exercitationẽ ꝑmiſſus. Et ideo reſiſtere poſſunt ei qui nolunt adherere chriſto. Et inde eſt ꝙ debiles femine diabolũ vicerũt: a quo tamen fortiſſimi viri ſuperati ſunt. De hoc ergo iudi‑cio mũdus arguit: qꝛ a diabolo vincit reſiſtere no‑lens: ⁊ a ſe expulſum per confeſſionẽ peccati redu‑

Q̃ð chr̃s deſcẽdit p̃tiet ad miſericordiam ei⁹: ſʒ ꝙ aſcẽdit p̃tiet ad ei⁹ iuſtitiam.

cens. Rom.6. Non regnet peccatum in noſtro mor‑tali corpore. Uel aliter ſm eũdem in libro de v̈bis domini. Ut q̃ð dicit [iam iudicatus eſt.] intelligat de iudicio condẽnationis. i. iam cõdẽnatus eſt ipſe Et per ꝯſequẽs omnes qui adherẽt. Mat.25. Ite maledicti in ignem eternũ qui paratus eſt ⁊c̃. Ar‑guit etiam mundus de iudicio. Quia ſciens mũdi huius principem cõdẽnatum eſſe: nõ euadit etiaz ipſe hoc iudicium: ſed cum ſuo principe iudicatur quoniam ſupbum atq; impium imitat. ¶ Scðm

Expõ Criſ.

Criſoſtomum aliter a capite exponit [cum uenerit ille arguet ⁊c̃.] i. ſpũs ſanctus [ille arguet.] i. cõuin‑cet [mũdum de peccato.] quaſi diceret. Ipſe ſpirit⁹ ſanctus erit argumẽtum quoddã cõtra mundum Heb.2. Conteſtãte deo ſignis ⁊ ꝓdigijs ⁊c̃. Et de hoc peccato oſtẽdet eos grauiter peccaſſe. [qꝛ non crediderunt in me.] cum videbũt ꝙ ſpũs ſanct⁹ in nomie meo dabit fidelibus. Act.5. Nos teſtes hu‑ius rei ſumus: quoniã ſpũs ſanct⁹ dedit. [De iuſti‑tia.] quam ſcilicet ego habeo. quam tamẽ mũdus non reputauit me habere. Et hoc [qꝛ uado ad pa‑trem.] ⁊ mittam uobis ſpũm: ſcilicet qui oſtendet me iuſtum ⁊ irreꝑhenſibilem duxiſſe vitam. ſupra 15. Quez ego mittam uobis a patre ⁊c̃. Quia hoc dicit in pſal'. Poſtq̃ aſcẽdit chriſtus in altuz dedit dona hoibus ⁊c̃. [De iudicio: qꝛ pṙĩceps ⁊c̃.] i. ex hocipſo ꝙ per ſpũm ſanctum iudicat. i. expellitur a cordibus fidelium. Zacha.13. Spũm immunduz eiciam. ṗme Cor.2. Nos ſpũm huius mũdi non accepimus: ſed ſpũm qui ex deo eſt. Et de hoc iu‑dicio arguet: qꝛ ipſi male iudicauerũt: ꝙ demoni‑uz haberet: ⁊ ꝙ in beelzebub eiceret demonia: de quo conuincent: qꝛ ſpũs ſanctus quez ego mittã ipſum demonem condẽnauit ⁊ eiciet.

¶ Adhuc multa habeo uobis dicere: ſed nõ poteſtis portare modo.

¶ Hic ponit utilitatem ⁊ aduẽtus ſpũs ſancti ex ꝑ‑te diſcipulorum que eſt ipſoꝝ inſtructio. Et primo ponit inſtructionis neceſſitatem. Secũdo ꝓmittit inſtructionem ibi [Cum aũt uenerit ⁊c̃.] Tertio ex‑cludit dubitationẽ ibi [Nõ enim loquet ⁊c̃.] ¶ Di‑cit ergo utilis erit aduẽtus ſpũs ſancti mundo: qꝛ arguet eum. Sed ⁊ uobis utilis erit ad inſtruẽduz qua q̃dem inſtructione indigetis. [quia multa ha‑beo uobis dicere ⁊c̃.] quaſi dicat. Ego uos inſtru‑xi: ſed non adimplemini. Job.26. Ecce hec ex par‑te dicta ſunt uerboꝝ eius ⁊c̃. Querere autem que ſunt iſta multa que portare nõ poterãt eſt ſtultuz (ut dicit Auguſtinus.) Nam ſi ipſi portare nõ po‑terãt: multo magis ⁊ nos nõ poſſumus. Ex hoc ta‑men q̃ð dicit [non poteſtis portare modo.] ſoluer ſi heretici aſſumũt ad ſui erroris uelamentum dñ‑bis qui eis adherẽt quedã in occulto dicũt turpiſ‑ſima: que non auderet dicere in manifeſto: q̃ſi hec ipſa ſint que cum diſcipuli portare non poterant: ⁊ ea docuerit ſpũs ſanctus que palam docere atq; predicare ſpũs hominis erubeſcit. Non eſt ergo in‑telligẽdum ꝙ aliqua ſecreta doctrine taceant fide‑libus paruulis ſeorſum docẽda maioribus: ſed oĩ‑bus fidelib⁹ ꝓponunt ea que fidei ſunt. Mat.10. Quod in aure audiſtis ⁊c̃. Sed aliter ꝓponenda ſunt rudibus: aliter peritis: ſicut que ſubtilia ſunt de myſterio incarnationis: ⁊ alijs: non ſunt rudib⁹ proponẽda: qꝛ cum intelligere nõ poſſent ſcanda‑lizarent. Omnia ergo que fidei erãt dñs ꝓpoſuit.

eis: ſed non eo modo quo poſtea reuelauit: ⁊ precipue in vita eterna. Sic ergo que portare non poterāt ſunt plena cognitione diuinorum quam nō habebāt tunc: puta equalitatem filij ad patrem: ⁊ huiuſmodi. Unde Paulus ſecūde Cor. 12. Audiuit archana uerba ⁊c̄. Que non erant de alia ueritate ꝙ̄ fidei: ſed altiori modo. Item ſpūalis intellectus omnium ſcripturarum: quem tunc nō habebant: ſed quando aperuit eis ſenſum: ut intelligerent ſcripturas. Luc. ultimo. Item paſſiones ⁊ pericula que paſſuri erant: que tūc non poterant: qa animi eorum imbeciles erāt. Ecc. 6. Subice humerum tuum ⁊ porta ⁊c̄. Sic ergo neceſſaria erat eis inſtructio.

¶ Cum autem uenerit ille ſpiritus ueritatis: docebit uos omnem ueritatem.

¶ Hic pmittit eis inſtructionem quam cōſequētur in aduētu ſpiritus ſancti: qui docebit eos omnem ueritatem (Cum enim ſit a ueritate eius eſt docere ueritatem: ⁊ facere ſimiles ſuo principio.) Et dicit [omnem ueritatem.] ſcilicet fidei quā docebit poſt per quādam eleuatam intelligētiam in vita iſta: ⁊ eandem plenarie in vita eterna. Ubi cognoſcem⁹ ſicut ⁊ cogniti ſumus. 1. Cor. 13. Pme Jo. 3. Unctio docebit uos ⁊c̄. ¶ Uel [omnem ueritatē] figurarum legis: quam adepti ſunt diſcipuli per ſpiritū ſanctum. Unde Dan. dicit. Qō dedit dn̄s pueris illis ſapiētiam ⁊ intelligētiam.

¶ Non enim loquetur a ſemetipſo: ſed quecūqz audiet loquetur: ⁊ que uentura ſunt annunciabit uobis.

¶ Hic excludit dubitationē que poterat eſſe. Si ſpiritus ſanctus docebit eos: videt ſcilicet ꝙ eſſet maior chriſto: quod non eſt: qꝛ docebit eos v̄tute patris ⁊ filij [quia non loquetur a ſemetipſo.] ſꝫ a me quia a me erit. Sicut enim filius non operatur a ſemetipſo: ſed a patre: ita ſpiritus ſanctus qꝛ eſt ab alio: ſcilicet a patre ⁊ filio. [non loquet a ſemetipō ſed quecūqz audiet.] accipiendo ſcītiam: ſicut ⁊ eſſentiam ab eterno [hec loquet.] non corporalr: ſed intrinſecus in mente illuminando. Oſee. 3. Ducam eam ad ſolitudinem: ⁊ loquar ad cor eius. pſal. Audiam quid loquat in me ⁊c̄. ¶ Sed cum audierit

Dubitatio

ab eterno quid eſt hoc qō dicit [audiet.] in futuro

Reſponſio. Eternitas includit oē tpſ.

¶ Sed dicēdum ꝙ eternitas includit omne tempus. Et ideo pōt ſpiritus ſanct⁹: qui ab eterno audit dici audire in pſenti: in preterito: ⁊ futuro. Sed tamē aliquādo dicit audire in futuro, ppter hoc qꝛ illa quorum notitiam habet ſunt futura. [Loquet ergo quecūqz audiet.] quia ſolum nō docebit eterna: ſed futura. Et ideo ſubdit [Et que uētura ſunt annunciabit uobis.] qō eſt ppriū diuinitatis. Sapiē. 8. Signa ⁊ mōſtra ⁊c̄. Iſa. 41. Que uētura ſunt

Propriū diuinitatis ē annūciare futura. Apli hūerūt ſpūm pphie

annūciate nobis ⁊c̄. Hoc enim eſt pprium ſpiritus ſancti. Johel. 2. Effundam de ſpū meo ſup omnē carnem ⁊c̄. Apoſtoli aūt habuerunt ſpiritum prophetie. ¶ Uel [docebit omnem ueritatem.] ſ. figurarum. Sed ne dubitarēt quomodo ſcirent de futuris tribulationibus: quas eis prenunciauerat ſō ſubdit [Et que uētura ſunt.] ſcilicet ſuper uos [annunciabit uobis ⁊c̄.]

LE. IIII.

Ille me clarificabit.

Supra poſitus eſt duplex fruct⁹ aduētus ſpūs ſancti. ſ. mūdi arguitio: ⁊ diſcipulorum inſtructio. Hic ponitur tertius fructus. ſ. chriſti clarificatio. Et primo pponit fructum clarificationis. Secūdo manifeſtat rōnē ipſius ibi [Quia de meo accipiet.] Tertio ſubdit manifeſtatio rōnis ibi [Omnia que habet pater.] ¶ Dicit ergo docebit omnem ueritatē qꝛ [ille me clarificabit.] in quo eſt omnis v̄itas. Supra. 14. Ego ſuꝫ via: ueritas: ⁊ vita. Col. 2. In quo ſcilicet chriſto ſūt omnes theſauri ſapiētie ⁊c̄. [clarificabit me.] i. meam notitiam clarā faciet. ¶ Primo quidem diſcipulos illumināndo: qꝛ adhuc carnales erāt: ⁊ ad chriſtum afficiebant ſm carnem. i. ſm infirmitatem carnis non cognoſcētes diuinitatis eius maieſtatem: cuius poſtmodum per ſpūm ſanctuꝫ ſunt capaces effecti. pme Cor. 2. Nobis autem reuelauit deus per ſpūm ſuum. ¶ Secundo fiduciam dare annūciandi prebendo. Nam diſcipuli ante timidi erant: ita ut non auderēt chriſtum publice confiteri: ſed ſpiritu ſancto repleti timore depulſo annūciauerunt hoībus chriſtum ab ipſo ſpiritu quodāmodo impulſi. Iſa. 59 Cum uenerit quaſi fluuius violētus ⁊c̄. Unde ⁊ apoſtolus dicebat. Charitas chriſti urget nos. ¶ Tertio opa mirifica in apoſtolis ⁊ per apoſtolos faciēdo. prime Cor. 12. Hec oīa opat vnus atqz idem ſpiritus.

¶ Quia de meo accipiet ⁊ annūciabit uobis

¶ Hic ponit ratio clarificationis: que eſt qꝛ filius ē principium ſpūs ſancti. Omne eniꝫ qō eſt ab alio manifeſtat id a quo eſt. Filius enim manifeſtat patrem: qꝛ eſt ab ipſo. Quia ergo ſpūs ſanctus eſt a filio: pprium eſt ut clarificet eum. Dicit ergo. Ideo me clarificabit [qꝛ de meo accipiet.] Accipe auteꝫ hoc non eſt intelligēdum eo modo quo in creaturis. Tria enim ſunt in acceptione creaturaruꝫ: quoruꝫ duo non ſunt in diuinis: ſcilicet qꝛ in creaturis aliud eſt qō accipit: ⁊ aliud qō accipit: qō nō eſt in diuinis: cum pſone diuine ſimplices ſint: nec in eis ſit aliud ⁊ aliud: immo a quocūqz accipit ſpiritus ſanctus accipit totam ſubſtātiam ſuam. Similr ⁊ filius. Aliud eſt ꝙ in creaturis accipiēs aliquando fuit non habēs id qō accipit: ſicut ſi materia accipiat formam: uel ſubiectum accidēs. Aliquādo eniꝫ materia fuit ſine tali forma: ⁊ ſubiectum ſine tali accidente. Et hoc qdem non eſt in diuinis: quia fili⁹ ab eterno eſt habēs qō accipit a patre: ⁊ ſpūs ſanctus qō a patre ⁊ filio accipit. Ergo ſpūs ſanctus a filio: ſicut filius accipit a patre. Supra. 10. Pater qō dedit mihi maius ⁊c̄. Sic ergo accipere in diuinis dicit ordinem originis. ¶ Sed nota ꝙ cum dicit [de meo accipiet.] li [de] nō importat participationem: ſed cōſubſtātialitatem: qꝛ totum accipit qō filius habet. Sic enim filius dicit de ſubſtātia patris: qꝛ accipit totam ſubſtātiam patris: ita ⁊ ſpiritus ſanctus de ſubſtātia filij: quia accipit totam ſubſtātiā eius. Quia ergo [de meo accipiet.] ⁊ ego ſum uerbum dei. Ideo [annūciabit uobis.] Spiritus enim animalis nullo modo poteſt eſſe niſi ſꝫ ꝙ procedit a uerbo interius cōcepto.

In creaturis aliud ē qō accipit ⁊ aliud qō accipit: qō in diuinis locuꝫ non habet.

In creaturis id qō ē accipiens aliqū fuit ⁊ nō hñs id qō accipit: qō in diuinis locuꝫ non habet.

De ſpū ſ. hoc loco nō īportat participationeꝫ ſꝫ ꝯſubſtātialitatē

¶ Omnia quecūqꝫ habet pater mea ſunt.

¶ Hic ponitur rationis manifeſtatio: ubi chriſtus pbat ꝙ ſpūs ſanctus accipiebat de ſuo ppter vnitatem ⁊ conſubſtātialitatem patris ⁊ filij. Ubi primo ponit conſubſtātialitatem patris ⁊ filij. Secundo infert cōcluſionem intentam ibi [Propterea dixi qꝛ de meo ⁊c̄.] ¶ Dicit ergo. De meo accipiet qꝛ [omnia que habet pater mea ſunt.] quaſi dicat.

Lꝫ a patre ꝓcedat ſpiritus ueritatis: tamen qꝛ [om nia que habet pater] mea ſunt: ꝛ ipſe patris ſpiritꝰ eſt: ꝛ de meo accipiet. ¶ Sed notadum ꝙ habere dicimur aliquid dupliciter. Uno modo ſicut poſ ſeſſionem. Alio modo ſicut ꝙ in nobis eſt: puta uł ſicut forma: uel ſicut pars. Pater ergo habet ſicut poſſeſſionem ꝛ rem ſibi ſubiectam totam creaturā pſal. Dñi eſt terra ꝛ plenitudo eius. habet etiaꝫ ali quid qđ in ipſo eſt: immo qđ eſt ipſe: qꝛ ipſe eſt qc quid in ipſo chꝛiſto eſt: cuꝫ ipſe ſit ſua eſſentia: ſua bonitas: ſua ueritas: ꝛ eternitas. De hoc ergo mo do habēdi loquitur. Et ſic quicquid habet pater eſt filij: quia eandem ſapientiam: eādem eſſentiam eandem bonitatem habet filius quam habet ꝛ pa ter. Supra. 6. Sicut pater habet vitam in ſemetip ſo ꝛc̄. Mat. 11. Omnia mihi tradita ſunt a pr̄e meo ꝛc̄. ¶ Sed ſicut Didimus dicit: obiciūt aliqui. Si omnia quecūqꝫ habet pater ꝛ filius: ergo cum pa ter habeat paternitatem: ſeqtur ꝙ ꝛ filius. ¶ Ad qđ reſpondet ꝙ hec quidem ratio haberet appa rentiam ſi dominus diceret. Omnia que habet de us mea ſunt. Sed dicens: omnia que habet pa ter: ſaluat diſtinctionem patris ꝛ filij: dans intelli gere ꝙ omnia quecūqꝫ habet pater ſua ſūt preter id in quo diſtinguitur pater a filio. Nam pr̄is no mine ſe filium declarauit: paternitatem qui filius erat non ſibi uſurpauit. ¶ Sed notādum ꝙ ſim pliciter concedimus hanc. ſ. Quicqd habet pater habet filius. Non tamen ꝙ eo ordine habeat filiꝰ quo pater habet. Nam filius habet ſicut ab alio accipiens. Pater vō ſicut alij dans. Non ergo ē di ſtinctio in eo qđ habet: ſed in ordine habendi: hu iuſmodi autem relationes: ſcilicet paternitas ꝛ fili atio huius ordinis diſtinctionem important. Pa ternitas enim importat hoc qđ eſt dare alij. Filia tio vō accipe ab alio. ¶ Sed queritur utrum rela tio in diuinis ſit aliquid realiter. Uidet ꝙ ſic. Alias cum perſone diuine relationibus diſtinguant: eo rum diſtinctio non eſſet realis. ¶ Dicendum ergo ꝙ relatio in diuinis dupliciter conſideratur. Uno modo per comparationem ad eſſentiam ſeu pſo nam patris: ꝛ ſic relatio patris non eſt alia res ꝙ̄ eſſentia ſeu perſona patris. Alio modo poteſt con ſiderari per comparationem ad oppoſitam relati onem: puta ad filiationem: ꝛ ſic paternitas eſt rela tio realis: quia ſm hoc importat ordinem nature: quem pater dat filio per eternam generationem. Qui quidem ordo eſt in deo ſm rei ueritateꝫ. Sic ergo ſi paternitas cōparetur ad eſſentiam patris: omnia quecūqꝫ habet pater habet filius: quia pa ternitas non eſt alia res ab eſſentia patris: ſed non eo ordine habet (ut dictum eſt.)

Obiectio qrū dā dicētiū pa ternitatē eē ī filio
Reſponſio

Iſta ppō ſim plr̄ cōcedit: qc qd hꝫ pr̄ hꝫ ꝛ filiꝰ: nō tn̄ ꝙ eo ordie hēat filiꝰ ꝙ pr̄ hēt.
In diuis nō ē diſtictio in eo qđ hētur: ſꝫ ī ordine hñdi.
Pr̄nitas īpoꝛ tat hoc qđ eſt dare alij.
Filiatio īptat hoc qđ ē acci pere ab alio.
Relo ī diuis dupl̄r cōſide ratur.
Relo cōpata ad eē̄ntiā nō ē alia res ab eſ ſentia.
Relo cōpata ad oppoſitam relonē eſt ſm hoc īportet or dinē nāe rea liter diſtingui tur ab'alia.

¶ Propterea dixi: quia de meo accipiet: ꝛ annunciabit uobis.

¶ Hic infert intentam concluſioneꝫ ꝙ ſpiritus ſan ctus accipiat a filio. Ex neceſſitate enim oportet ꝙ ſi omnia que habet pater ſint filij: ꝛ filius ſit cōſub ſtantialis patri ꝙ ſpiritus ſanctus procedat a filio ſicut procedit a patre (ut Hilarius ꝛ Didimus ar guunt.) ¶ Ad quod ſciendū eſt ꝙ in qualibet ꝓ ceſſione ſeu origine rei create dicimus ꝙ idem ſit quo agens agit: ſeu dat quod habet: ꝛ qđ recipi ens recipit. Sicut ignis generatus recipit formam ignis: quam ignis generans dat per formam ſuā. Sed hoc in origine diuinarum perſonarū eſt quo dammodo ſimile. ſ. ꝙ idem eſt quo pater dat natu ram ſuam filio: non uoluntate: ſed natura: ideſt ꝑ naturam ſuam: ſed in hoc eſt diſſimile: quia in cre aturis non eſt idem numero qđ cōmunicat ꝛ quo cōmunicatur: ſed ſpecie ſoluꝫ: ſed in diuinis eſt ea dem natura numero quam pater dat filio: ꝛ qua eaꝫ dat ſeu cōmunicat. ¶ Sed attende qđ dicimꝰ ꝙ filius accipit de ſubſtantia patris: ꝛ ſpiritus ſan ctus de ſubſtantia patris ꝛ filij. Et ꝙ pater virtute nature ſue dat filio ſubſtantiam ſuam. Et pater ꝛ fi lius ſpiritui ſancto. Sed tamen non dicimus ꝙ pa ter de ſubſtantia ſit filij: uel pater ꝛ filius de ſubſtā tia ſpiritus ſancti: quia lr̄a [de] importat conſubſtan tialitatem cum ordine originis. Sic ergo ſpūi ſan cto cōmunicatur qđ cōmune eſt patri ꝛ filio: opor tet autem ꝙ illud idem ſit principium cōmunica tionis in diuinis: ꝛ qđ cōmunicatur. Si ergo eſſen tia cōmunicatur ſpiritui ſancto: oportet ꝙ cōmu nicans ſit eſſentia. Eſſentia autem eſt cōmunis pa tri ꝛ filio: oportet ꝙ ſi pater dat eſſentiam ſpūi ſan cto: ꝛ ꝙ filius ſimiliter det. Et ideo dicit. Quia om nia quecūqꝫ habet pater mea ſunt: ꝛ ſpiritus ſan ctus accepit a patre: accipiat etiam a filio. Et ideo dicit [Propterea dixi uobis quia de meo accipiet ꝛ annunciabit uobis.] quia ſm ꝙ a me accipit: ita annunciabit uobis ꝛc̄.

In creaturis nō ē idē nūo qđ cōicat ꝛ ꝙ cōicatur.

Modicum ꝛ iam non videbitis me ꝛ iterum modicuꝫ ꝛ videbitis me: quia uado ad patrem. LE. V.

Supra explicauit dominꝰ vnaꝫ rationem conſolationis ex promiſſione ſpiritus ſancti. Hic explicat ſecūdā ſcilicet de iterata viſione ſua. Et primo ponitur vi ſionis iterata promiſſio. Secundo inducitur diſci puloruꝫ dubitatio ibi [Dixerunt ergo ꝛc̄.] Tertio ſubditur dubitationis ſatiſfactio ibi [Cognouit autem ieſus ꝛc̄.] ¶ Iteratam autem viſionem ꝓ mittit eis dominus cum prenunciatione receſſus ſui: qđ ideo eis frequenter inculcat: ut duꝫ ſepe ip ſum futurum premeditantur: ipſum preſentem to lerabilius ferent. Tria autem ponit conſolatoria. Breuem abſentiam. Iteratam ſui preſentiam. ꝛ ho norabile diſceſſum. ¶ Abſentia quideꝫ breuis eſt: qꝛ [Modicum ꝛ iam non videbitis me.] ut lr̄a [mo dicum] referatur ad [non videbitis.] quaſi dicat: futurum eſt ut tollar a uobis per mortem [ꝛ iā nō videbitis me.] Sed non debetis contriſtari qꝛ tē pus hoc: quo me non videbitis modicum erit: qꝛ exurgam diluculo: tertia ſcilicet die. Iſa. 26. Abſcō dere modicuꝫ ꝛc̄. ¶ Sed iterata preſentia mei erit quia [iterum modicū.] ideſt modico tēporis poſt reſurrectionem ſpatio. ſ. quadraginta dieruꝫ. Act. ꝑmo. Per dies quadraginta ꝛc̄. [ꝛ videbitis me.] Luc̄. 24. Gauiſi ſūt diſcipuli viſo domino. Et hoc quia honorabiliter recedo [quia uado ad patreꝫ.] Act. primo. Uidētibus illis eleuatus eſt. ¶ Uel ali ter: ut lr̄a [Modicum.] referatur ad tempus añ eius mortem. Et ſit ſenſus [Modicuꝫ.] ſcilicet tempus exiſtet quo ſubtraher a uobis: quia ſcilicet in cra ſtino. Supra. 13. Filioli adhuc modicum ꝛc̄. [ꝛ nō videbitis me.] ſcilicet mortalem. Quia ſupra. 14. Adhuc modicum ꝛ mundus me iam non videt: ſcilicet mortalem: quia videbit eum in iudicio in maieſtate uenientem. Diſcipuli vō poſt reſurrectio nem immortalem exiſtentem. Quia (ut dicit Act.

Alia expō.

io.) Dedit eum manifeſtum fieri non omni popu-
lo: ſed teſtibus preordinatis. Et ideo ſubdit [Mo
dicum.] ſcilicet durabit [⁊ videbitis.] quia .ſ. modi
cum tempus fuit quo manſerit in morte. Iſa. 54.
In momento indignationis abſcondi ⁊c̄. ¶ Vel
Alia expõ. li [Modicum.] poteſt referri ad tempus totius vi-
te noſtre uſqȝ ad iudicium: ⁊ tunc videbimus eum
in iudicio ⁊ in gloria. Dicitur autem [Modicum.]
in comparatione ad eternitatem. pſal. Mille anni
ante oculos tuos tanq̄ dies heſterna ⁊c̄. [Quia ua-
do ad patrem.] per reſurrectionem ⁊ aſcenſionem
Supra. 13. Sciens ieſus q̄ꝛ uenit hora eius ⁊c̄.

¶ Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inui-
cem. Quid eſt hoc quod dicit nobis: modi-
cum ⁊ non videbitis me: ⁊ iterum modicum
⁊ videbitis me: ⁊ quia uado ad patrem. Di-
cebant ergo: Quid eſt hoc quod dicit modi-
cum: neſcimus quid loquitur.

¶ Hic ponitur diſcipulorum dubitatio. Et primo
ponitur eorum adinuicem collatio. Secūdo expri-
mitur dubitationis occaſio. Tertio deſcribit dubi-
tantium animus ⁊ affectio. ¶ Conferebant qdeȝ
adinuicem diſcipuli ex uerbis dn̄i dicētes [Quid
eſt hoc qd̄ dicit nobis modicum.] In quo cōmen
danda eſt eorum reuerentia ad chriſtum: que tan-
ta erat: ut non preſumerent euȝ interrogare. Simi-
le faciunt angeli. Iſa. 63. Quis eſt iſte qui uenit de
edom ⁊c̄. Quibus tamen reſpondet dicens. Ego
qui loquor ⁊c̄. Sed in hoc datur nobis intelligi:
quia nondum perfectum ſenſum habuerunt de v̄
bis chriſti: aut propter triſtitiam abſorbenteȝ: aut
propter uerborum obſcuritatem. Mat. 15. Adhuc
⁊ uos ſine intellectu eſtis. ¶ Occaſio auteȝ erat ip
ſe uerborum contextus: que videbant contrarieta
tem quandam implicare. Satis enim intelligebāt
qd̄ dicit. Non videbitis me. Et q̄ uado ad patrem
Sed hoc dubium inferebat q̄ eundem exiſtenteȝ
⁊ morientem poſt modicum viſuri erant. Nondū
enim nota eis erat reſurrectio. Quia hic dicitur in
pſal. Quis eſt homo qui non videbit morteȝ eru-
et animam ſuam ⁊c̄. Sap̄. 2°. Non eſt agnitus qui
ſit reuerſus ad infernum ⁊c̄. Et ideo dicūt. [Quid
eſt hoc quod dicit nobis. Modicum.] ſupple qd̄
videbitis me. Sed ad hanc dubitationem mode-
ſte diſpoſiti erant [neſcimus] inquiunt [quid loq-
tur.] Nam (ut dicit Auguſtinus) aliqui non intelli
gentes uerba ſcripture blaſphemant ſenſum pro-
prium auctoritatis ſcripture preponentes: ſed alij
modeſti dum non intelligunt: ſuam ignorantiam
confitentur. Sap̄. 9. Infirmus homo ⁊ exigui tem
poris ⁊c̄. Quod ⁊ hic diſcipuli faciunt. Non enim
aiunt male dicit: uel nihil: ſed coruȝ ignorātie aſcri
bunt quod non intelligunt.

¶ Cognouit autem ieſus quia uolebant euȝ
interrogare: ⁊ dixit eis. De hoc queritis in-
ter uos quia dixi: modicum ⁊ non videbitis
me: ⁊ iterum modicum ⁊ videbitis me.

¶ Hic ponitur manifeſtatio dubitationis. Et p̄mo
ponitur dubitationis cognitio. Secundo eius de
quo dubitatur ibi [Amen amen dico uobis ⁊c̄.]
Tertio inducitur ſimilitudo ibi [Mulier cuȝ parit
⁊c̄.] Circa primum duo facit. Primo oſtendit quo
modo dubitatio diſcipuloruȝ a chriſto cognoſcat
cum dicit [Cognouit autem ieſus.] virtute diuini-
tatis ſue [q̄ꝛ uolebāt interrogare.] ſcilicet de eo qd̄
dubitabant. Supra. 2. Ipſe enim ſciebat quid eēt
in homine. 1. Reg. 18. Homines vident que patent:
deus autem intuetur ⁊c̄. ¶ Secūdo quomodo v̄
bo manifeſtatur. Unde [dixit eis. De hoc queritis
inter uos ⁊c̄.] Iſa. 48. Audita feci extunc ⁊c̄.

¶ Amen amen dico uobis quia plorabitis ⁊
flebitis uos: mundus auteȝ gaudebit. Uos
autem contriſtabimini: ſed triſtitia ueſtra uer
tetur in gaudium.

¶ Hic exponit dictum ſuum remouens dubitatio
nem non expreſſe ponens uerba que dixerat diſci
pulis magis ſatiſfaciens q̄ ſibi. Ubi tria facit. Pri
mo oſtendit alterationem gaudij ⁊ triſtitie. Secū-
do interiorem triſtitiam. Tertio conſequenteȝ leti
tiam. ¶ Dicit ergo quantum ad primum [Amen
amen dico uobis.] q̄ꝛ in hoc modico in quo non
videbitis me [plorabitis.] exterius emittendo uo-
cem doloroſam [⁊ flebitis.] lachrymando. Tren̄. 1.
Plorans plorauit in nocte: quantum ad primum.
Et lachryme eius. quantum ad ſecundum. Iſa. 31.
Quieſcat uox tua a ploratu. ¶ Interior auteȝ co-
rum triſtitia erit per contrarietatem ad letitiā mū-
di. Unde dicit [Mundus auteȝ gaudebit.] Quod
poteſt intelligi particulariter quantum ad temp9
paſſionis chriſti. Et ſic [mūdus.] ideſt ſcribe ⁊ pha
riſei [gaudebit.] de occiſione chriſti. Tren̄. 2°. Hec Alia expõ.
dies quam expectabamus ⁊c̄. ¶ Vel [mundus.]
ideſt mali qui ſunt in eccl̄ia. [gaudebit.] in perſecu
tione ſanctorum. Apoc̄. 12. Inhabitantes ſup ter- Alia expõ.
ram gaudebunt. ¶ Vel viuitr [mundus.] i. homi
nes carnaliter viuentes [gaudebit.] in rebus mun
danis. Iſa. 22. Ecce gaudium ⁊ letitia occidere vi-
tulos ⁊c̄. ¶ Subſequitur triſtitia diſcipulorū. Un
de dicit [Uos autem contriſtabimini.] ſ. de paſſio-
nibus quas in mūdo ſuſtinebitis. Uel potius de
occiſione mea. Sic ⁊ ſancti triſtantur de paſſione i
ea illatis a mundo: ⁊ de peccatis. 2. Cor. 7. Que ſȝ
deum eſt triſtitia. Sed triſtitiam conſequetur leti-
tia. Quia [triſtitia ueſtra.] quam ſcilicet habebitis i
paſſione [uertetur in gaudium.] in reſurrectione.
Luc̄. 24. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino. Sȝ vni
uerſaliter omnium ſanctorum triſtitia uertetur in
gaudium future vite. Mat. 5. Beati qui lugēt: quo-
niam ipſi conſolabuntur ⁊c̄. pſal. Euntes ibant ⁊
flebant: uenientes autem ⁊c̄. Flent enim ſancti tem
pore meriti ſeminando: ſed gaudebunt tempore
premij colligendo.

¶ Mulier cum parit triſtitiam habet: quia
uenit hora eius.

¶ Hic dominus primo proponit ſimilitudinē. Se-
cundo adaptat eam ibi [Uos igit̄ nunc ⁊c̄.] ¶ Si
militudinem autem proponit de muliere parturi-
ente. Unde primo proponit eius triſtitiam de par
tu. Secundo eius letitiam de prole ibi [Cum autē
peperit.] ¶ Dicit ergo quantum ad primuȝ [Mu
lier cum parit triſtitiam habet.] ſenſibilem .ſ. maxi-
maȝ [quia uenit hora eius.] ſ. doloris. pſal. Ibi do
lores ut parturientis. Per hunc dolorem datur in
telligi dolor paſſionis Chriſti: qui maximus fuit.
Tren̄. p̄. O uos omnes qui tranſitis per viam ⁊c̄.
Item ſanctorum penitētiam de peccatis. Iſa. 26.
Sicut que concepit dolens ⁊c̄.

¶ Cum autem peperit puerum iam non me
minit preſſure propter gaudium: quia natus
eſt homo in mundum.

¶ Hic proponit gaudium de evaſione. Ad partuz enim ſequitur duplex gaudium. Unum de evaſione doloris. Aliud eſt maius de ortu prolis: quod quidem maximum eſt: ſi proles ſit maſculini ſex⁹. Cum maſculus ſit quid perfectuz. Femina vero quid imperfectum et occaſionatum. Hiere. 20. Maledict⁹ vir qui annunciauit patri meo natus eſt tibi puer maſculus. Gen. 21. quando ſara concepit dixit. Riſum fecit mihi dominus etc. Et ideo dicit [Cuz autez pepererit iã non meminit preſſure.] gaudens de evaſione doloris: ſed magis [propter gaudium: quia natus eſt homo in mundũ.] Hec autem ſimilitudo convenit quidem quantum ad chriſtuz: qui patiendo ſolvit mortis preſſuras et novum hominem regenerans eſſe fecit. i. ad vite glorie novitatez que nondum hominibus nota erat. Unde nõ dicit. Natus eſt puer. ſed [natus eſt homo in mũdũ.] quia ipſe chriſtus exiſtens homo ex mortuis novus reſurgebat: ut puer. Item convenit eccleſie militanti: que in novitate vite ambulat. Item eccleſie triumphanti: que ambulat in novitate glorie. Et non dicit non erit preſſura. Sed [quoniam nõ meminit preſſure.] quia etſi ſancti recordentur miſeriarum quas paſſi ſunt: cum in illa beatitudine glorie erunt: non tamen aliquid miſeriarum ex hoc in affectu experientur.

Maſculus eſt quid perfectum. Femina eſt quid imperfectum et occaſionatum.

Sed cum erunt in beatitudine glorie licet in affectu aliquid miſeriarum non experiantur: recordabuntur tamen miſeriarum quas paſſi ſunt.

¶ Et vos igitur nunc quidez triſtitiam habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit cor veſtrum: et gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.

¶ Hic adaptat ſimilitudinem. Et primo quantum ad preſentem triſtitiam: quam apoſtoli tunc habebant dicens [Et vos igitur quidem nunc.] id eſt ex tempore paſſionis [triſtitiam habetis.] de morte mea. Luc. ultimo. Qui ſunt hi ſermones etc. et eſtis triſtes. ¶ Vel [nunc.] id eſt in tota vita preſenti triſtitiam habeatis. ſupra eodē. plorabitis et flebitis vos. ¶ Secundo quantum ad futuram letitiam dicēs [Iterum autem videbo etc.] Ubi primo promittit eis futuram viſionem dicens [Iterum autez videbo vos.] quod idē eſt ac ſi diceret videbitis me: quia non poſſumus eum videre niſi ſeipſum oſtēdat. Sed nõ dicit videbitis me: ſed [videbo vos.] quia hoc ipſum quod ſeipſum oſtēdit eſt ex miſericordia ſua: que ſignatur per eius viſionem. Dicit ergo [Iteruz autem videbo vos] in reſurrectione et in futura gloria. Iſa. 33. Regez in decore ſuo videbũt. ¶ Secundo promittit cordis gaudium et exultationem dicens [Et gaudebit cor veſtrum.] ſcilicet ex mea viſione in reſurrectione. Unde cantat eccleſia. Hec dies quam fecit dominus exultemus etc. Et gaudebit viſione glorie. pſal. Replebis me letitia cum vultu tuo. Iſa. 60. Tunc videbis et affluēs etc. Naturale enim eſt unicuique quod gaudeat in intuitu rei amate. Divinam autem eſſentiam nullus niſi eam diligens videre poteſt. Job. 37. Annũciat de ea amico ſuo etc. Et ideo neceſſe eſt quod illaz viſionē ſequatur gaudium. Iſa. ultimo. Videbitis cognoſcendo per intellectum. et gaudebit cor veſtruz. immo ipſum gaudium uſque ad corpus redundabit: dum glorificabitur. Unde ſubdit. Et oſſa veſtra germinabunt. Mat. 21. Intra gaudiuz domini tui. ¶ Tertio promittit eis perpetuam gaudii durationem dicens [Et gaudium veſtrum.] quem habebitis in reſurrectione de me. Iſa. 61. Gaudēs gaudebo in domino. [nemo tollet a vobis.] ſicut iudei ante abſtulerunt per paſſionem. Quia chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur etc. ¶ Vel [gaudium veſtrum.] de glorie fruitione [nemo tollet a vobis.] cum ſit inamiſſibile et perpetuuz. Iſa. 36. Letitia ſempiterna ſuper capita eorum. Nemo enim ſibimetipſi hoc gaudium tollet per peccatũ: cum uniuſcuiuſque voluntas ſit ibi in bono confirmata. Nemo etiam alteri hoc gaudium tollet: cum ibi nulla ſit violentia: nulla illatio nocumenti etc.

In gloria nemo per peccatum poterit tollere gaudium cum ibi uniuſcuiuſque voluntas ſit in bono confirmata.

Et in illo die me non interrogabitis quicquã.

LE. VI.

Supra proſecutus eſt dominus duas rationes confortãtes apoſtolos: ſcilicet ex promiſſione paracliti: et reditu ſui. Hic vero proſequitur tertiam rationez in qua confortauit eos ex promiſſione acceſſus eorũ ad patrem. Et primo promittit eis familiarem acceſſum eorum ad patrem. Secundo aſſignat rationem dictorum ibi [Hec in proverbiis etc.] Circa primum duo facit. Primo dat fiducie ſecuritatez. Secundo hortatur eos ad uſuz fiducie ibi [Uſque modo non petiſtis quicquã etc.] Circa primum duo facit. Primo excludit interpellationis neceſſitatem. Secundo promittit impetrandi oportunitatē ibi [Amen amen dico vobis: ſi quid petieritis etc.] ¶ Dicit ergo [In illo die non interrogabitis me quicquã.] Ubi ſecundum quod Auguſtinus dicit. Ubi nos habemus [rogabitis.] greci habent quoddam verbuz quod duo ſignificat: ſcilicet petere et interrogare. Et ideo poteſt dupliciter intelligi [In illo die non me interrogabitis quicquã.] id eſt nil a me petetis. Vel nil [me interrogabitis.] Dicit ergo [In illo die.] Quis autem ſit iſte dies patet ex ſupra dictis: ſcilicet. Iterum autem videbo vos. Quod poteſt intelligi de reſurrectione: et de viſione in gloria. ¶ De primo exponitur ſecundum Criſoſtomum. [In illo die.] ſcilicet quando a mortuis reſurrexero. [me non interrogabitis quicquã.] id eſt non dicetis oſtende nobis patrem et huiuſmodi. ¶ Sed contra hanc expoſitionē obiicit Auguſtinus. Quia diſcipuli poſt reſurrectionem dicunt Act. primo. Si in tempore hoc reſtitues regnum iſrael. Et infra ultimo. Interrogat petrus dicens. Hic autem quid? ¶ Sed ſuſtinendo expoſitionem Criſoſtomi dicendum quod dominus illum diem vocat non ſolum diem reſurrectionis. ſed etiam diem illum quo a ſpiritu ſancto docendi erant. Supra eodem. Cum autem venerit ille ſpiritus veritatis etc. Et ſic cõfuſe loquēs de tempore illo. Includit etiam adventum ſpirit⁹ ſancti. quaſi dicat. [In illo die.] dato ſcilicet ſpiritu ſancto [me non interrogabitis.] quoniam ſcietis omnia per ſpiritum ſanctum. Here. tertio. Unctio docet nos de omnibus. ¶ Item ſecundum eundem. [In illo die.] adventus ſpiritus ſancti [non me interrogabitis quicquã.] id eſt nulla erit vobis neceſſitas me rogandi. ¶ Sed nunquid poſt reſurrectionē apoſtoli non fecerunt aliquam orationem chriſto? Videtur quod ſic. ſecunde Corin. duodecimo dicit Apoſtolus. Propter quod ter dominum rogavi. id eſt chriſtum. ¶ Reſponſio dicēdum quod in chriſto erat duplex natura: ſcilicet humana per quam eſt mediator dei et hominũ. prime Thim. ſecundo. et di-

Expõ Criſ.

Obiectio Auguſtini contra expõnem Criſ.

Reſponſio.

Queſtio.

Reſponſio.

uina: per quam eſt deus vnus cuʒ patre. Chriſtus autē ſm ꝙ homo non erat talis mediator: ut nūq̄ʒ nos deo coniungeret: ſicut aliqui mediatores qui nunq̄ʒ extrema coniungunt. Coniungit ergo nos patri. Eadem autem eſt coniunctio ad deum patrem ⁊ ad chriſtum ſm diuinam naturam. Unde dicit. Non neceſſe habebitis: ut utamini mea meditatione inquantum homo. Sic ergo [In illo die non rogabitis me] quaſi mediatorē: quia per uos habebitis acceſſum ad deum: ſed rogabitis me ut deum. Et lʒ chriſtus interpellet pro nobis (ut dicit Apoſtolus ad Ro. 8.) Eccleſia tamen non rogat eum interpellantē. Unde non dicimus Chriſte ora pro nobis: ſed rogat ipſum ut deum inherens ei: ut deo per amorem ⁊ fidem. ¶ Secundū

Expō Aug.

Auguſtinuʒ exponitur de die viſionis glorie hoc modo [In illo die] quando videbo uos in gloria [me non rogabitis:] idest nil petetis: quia nil deſiderandum remanebit: cum omnia bona ſuperabūdent nobis in patria. ps. Adimplebis me letitia cum vultu tuo. Et iterum. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Item [nil interrogabitis:] qa pleni erimus cognitiōe dei. ps. In lumie tuō videbimꝰ lumen. ¶ Sed contra utrunq̄ʒ obicitur: quia ſancti in patria orant ſm illud Job 6. Uoca ſi eſt qui tibi reſpondeat ⁊ ad aliquem ſanctorū. Et. 2. Machabeorum ultimo dicitur. ꝙ hic orabat pro populo ſuo. Nec poteſt dici ꝙ pro alijs rogent nō ꝓ ſe. Quia dicitur Apoč. 7. Uſquequo non iudicas ſanguinem noſtrū. Item ſancti interrogant. Erūt enim equales angelis (ut dicitur Mat. 22.) Sʒ angeli interrogant dicentes. Quis eſt iſte rex glorie. Et in Iſa. Quis eſt iſte qui uenit de edom. Que eſt uox angelorum. Secundum Dionyſiū ergo ⁊ ſancti interrogant. ¶ Sed quātum ad utrunq̄ʒ eſt duplex reſponſio. Prima quia tempus glorie poteſt conſiderari dupliciter. Secundum glorie incohationem. Et ſm plenariam conſumationem. Tēpus autem incohationis glorie eſt uſq̄ʒ ad diem iudicij Nam ſancti quantum ad animam receperunt gloriam: ſed aliquid adhuc expectant ad recipiendū. ſcilicet gloriam corporis in ſe quantum ⁊ quantū ad alios: ut impleatur numerus electorum. Et ſic uſq̄ʒ ad iudicij diem ⁊ petere poſſunt ⁊ interrogare. Non tamen de his que pertinent ad eſſentiam beatitudinis. Tempus autem glorie conſumate plenarie eſt poſt diem iudicij poſtq̄ʒ nihil reſtat petendum: niſi cognoſcendum: Et de eo dicit [In illo die.] ſcilicet glorie conſumate nil petetis. [nil interrogabitis.] Qđ aūt dicitur de angelis ꝙ iterrogant uerum eſt: de myſterijs humanitatis ⁊ incarnationis chriſti: non autem diuinitatis.

Obiectio cōtra utrunq̄ʒ Aug.

Reſpōſio ad utrūq̄ʒ.
Tēpus glorie conſideratur dupl'r.
Tēpus incohatiōis glie ē uſq̄ʒ ad diem iudicij.
Tempus glorie conſumate plenarie eſt poſt diem iudicij.
Angeli petūt ⁊ interrogant de myſterio humanitatis ⁊ incarnatiōis: nō aūt diuinitatis.

¶ Amen amen dico uobis: ſi quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis.

¶ Hic promittit impetrandi opportunitateʒ. Quod quidē continuatur dupliciter. Uno modo ſm Criſoſtomum: ut referatur ad tempus reſurrectionis: ⁊ aduentum ſpiritus ſancti. quaſi dicat. Uerum eſt ꝙ in illo die reſurrectionis ⁊ ſpiritus ſancti non interrogabitis me: tamen habebitis meum auxiliū: quia petetis [in nomine meo] a patre: ad quem habebitis acceſſum per me. ¶ Alio modo ſm Auguſtinuʒ. In illo die glorie mee non rogabitis q̄cq̄ʒ. Sed interim dum in peregrinatione huius miſerie conuerſamini. [Si quid petieritis patrem dabit uobis.] Et ſm hoc [ſi quid petieritis ⁊c̃.] Non refertur ad hoc quod dicit in illo die: ſʒ ad ea que precedunt illum diem. ¶ Ponit autem dominus ſeptem conditiones bone orationis. Prima eſt ut petantur bona ſpiritualia. ⁊ hoc cuʒ dicit [Si q̄d] Quod enim eſt penitus terrenum: ⁊ ſi in ſe ſit aliquid comparatum tamen ad ſpiritualia nil eſt. Sapien. 7. Diuitias nihil eſſe dixi in comparatiōe ⁊c̃. Hiere. 4. Aſpexi terram ⁊ uacua erat ⁊c̃. ¶ Sed cōtra Mat. 6. docet dominus petere temporalia ibi Panem noſtrum quotidianum. ¶ Sed dicendū ꝙ temporale petitum relatum ad ſpirituale iā eſt aliquid. ¶ Secunda conditio eſt: ut fiat cum perſeuerantia. Et quantum ad hoc dicit [petieritis.] q̄ſi perſeuerando. Luč. 18. Oportet ſemper orare: ⁊ non deficere. Et. 1. Theſ. 5. Sine intermiſſiōe orate. ¶ Tertia ꝙ fiat cum concordia cum dicit [petieritis] in plurali. Mat. 18. Si duo ex uobis conſenſerint ⁊c̃. Unde gloſa Ro. ultio. dicit. ꝙ impoſſibile eſt multorum preces non exaudiri. ¶ Quarta: ut procedat ex filiali affectu cuʒ dicit [patrem.] qui enim ex timore petit non patrem: ſed dominū petit uel hoſtē. Mat. 7. Si uos noſtis bona data dare ⁊c̃. ¶ Quinta ut fiat cum pietate .i. cum humilitate. pſal. Reſpexit in orationem humilium ⁊ non ſpreuit precem eorum cum fide impetrandi. Ja. 1. Poſtulet autem in fide ⁊c̃. ⁊ ordinate Ja. quarto. Petitis ⁊ non accipitis ⁊c̃. Et quantum ad hoc dicit [In nomine meo.] Quod eſt nomen ſaluatoris: in quo nomine petit: qui pertinentia ad ſalutem petit: ⁊ eo modo quo poteſt ſalutem conſequi. Act. 4. Non eſt aliud nomen ſub celo datum hominibus ⁊c̃. ¶ Sexta ut fiat tempore debito. Et ideo dicit [dabit.] Non enim oportet ſtatim decidere: ſi non accipiat: ſed profecto dabitur: ⁊ ſi ut in tempore congruo detur: differatur: ut magis creſcat deſiderium. ps. Tu das eſcam illorum in tempore ⁊c̃. ¶ Septima ut petat pro ſe. Unde dicit [uobis:] quia aliquando pro alijs non exauditur contrariantibus eorum demeritis: pro quibus fit petitio. Hiere. ſeptimo. Tu ergo noli orare pro populo iſto ⁊c̃. Et decimoquinto. Si ſteterit Moyſes ⁊ Samuel ⁊c̃.

Expō ſiue cōtinuatio Criſ.

Continuatio Auguſtini.

Septē conditiones bone orationis.
Prima.

Obiectio.

Solutio.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Sexta.

Septima.

¶ Uſq̄ʒ modo non petiſtis quicq̄ʒ in nomine meo.

¶ Hic hortatur eos ad uſum date fiducie. Et primo commemorat defectum preteritum. Secundo hortatur ad profectum futurum ibi [Petite.] Defectus preteritus eſt in non petendo. Unde dicit [Uſq̄ʒ modo ⁊c̃.] ¶ Sed contra Mat. decimo ⁊ Luč. nono. Dedit eis poteſtateʒ ſuper omnia demonia ⁊c̃. Hec autem orando faciebant. Ergo aliquid petierunt in nomine chriſti: ⁊ precipue quia Luč. 10. dicitur a diſcipulis. Domie in nomine tuo etiam demonia ſubijciuntur nobis. ¶ Et ideo dicenduʒ: ꝙ hoc poteſt dupliciter exponi. Uno modo ſic [Uſq̄ʒ modo non petiſtis quicq̄ʒ ⁊c̃.] quod ſcilicet eſſet aliquid magnum [In nomine meo.] Nam petitiōes curationū corporaliū modice fuīt in cōparatiōe ad alia magna: que orādo facturi erant: nec dum ſpiritū adoptionis acceperant quo ad ſpūalia ⁊ celeſtia hanelarent: ⁊ ſi dicis ꝙ petierūt aliquid magnū. ſupra. 14. Domie oñde nobis

Obiectio.
Reſponſio.

patrem ꝛc̄. Dicendum ꝙ hoc non petebant a patre de quo hic agit: ſed ſolum de chriſto homine confiſi cum interpellabant: ut mediatorem patrē oſtēderet. ❡ Alio modo quia dicit. Si qd petieritis patrem in nomine meo: in quo ante non petierant non habentes perfectam cognitionē nominis chriſti. ❡ Conſequenter cum dicit.

❡ Petite ꝛ accipietis ut gaudium ueſtrum ſit plenum.

❡ Hortatur eos ad profectū futurum: ut. ſ. petant. Mat. 7. Petite ꝛ dabitur uobis ꝛc̄. [petite] inq̄ [ꝛ accipietis.] ſ. qđ petitis: [ut īpleat gaudiū ueſtrū.] Luc. 10. Reuerſi ſunt diſcipuli cū gaudio dicētes ꝛc̄. Et hoc modo quod dicit [gaudiū ueſtruꝫ ꝛc̄.] ponitur ut finis exauditionis. ❡ Uel pōt poni ſicut res petita: ut ſit ſenſus [petite ꝛ accipietis.] hoc inq̄ petatis [ut gaudiū ueſtrū ꝛc̄.] ❡ Ubi ſciēdū ꝙ obiectū gaudij eſt bonum concupitum. Cū enī deſideriū ſit motus appetitiue. Ut bonū ꝛ gaudium quies eius in eo: tunc gaudet homo quando quieſcit in bono iam habito: ad quod deſideriuꝫ mouebatur. Sed gaudiū ꝑportionatur bono habito. de bono creato non poteſt haberi gaudium plenū: quia non quieta plene deſiderium ꝛ appetitum hominis. Tunc ergo gaudium noſtrū erit plenum: quando habebimus bonū illud in quo ſuperabundanter ſunt oīa bona: que deſiderare poſſumus. Et hoc bonū eſt ſolū deus: qui replet in bonis deſiderium noſtrum (ut dicitur in ps.) ideo dicit petite illud [ut gaudiū ueſtrū ſit plenū.] ſ. frui deo ꝛ trinitate (ut Auguſtin⁹ dicit) quo amplius nō eſt. ps. Adimplebis me letitia cuꝫ uultu tuo. Et quare? Quia uenerunt mihi omnia bona pariter cum illa. i. cum contemplatione diuine ſapientie. ſupra. 7.

Obiectū gaudij eſt bonuꝫ concupitum. Deſideriū eſt mot⁹ appetitiuus.
De bono creato nō poteſt haberi gaudium plenū.

LE. VII.

Hec in prouerbijs locutus ſum uobis. Uenit hora cum iam non in prouerbijs loquar uobis: ſed palā de pr̄e meo annūciabo uobis.

Supra ꝑmiſit dominus diſcipulis familiarē acceſſum eoruꝫ ad patrem. Hic rōnē huius familiaritatis aſſignat. Duo autē ſunt que dant homini fiduciam petendi ab aliquo ꝛ familiaritatē. ſ. notitia: ꝛ dilectio. Et ideo domin⁹ hāc duplicem rōnē aſſignat. Prima ſumit ex manifeſta patris agnitione. Secūda ex ſpeciali eius dilectione ibi [In illo die ꝛc̄.] Circa p^m duo fac̄. Primo cōmemorat preteritam eorū de patre cognitionē imperfectā. Secūdo ꝑmittit perfectam ibi [Uenit hora ꝛc̄.] Imꝑfectam quidem cognitionem habebant. Unde dicit [Hec in prouerbijs ꝛc̄.] Prouerbium proprie dicitur: quod communiter eſt in ore omniū. Sic̄ illud Adoleſcēs iuxta uiam ſuam ꝛc̄. Sed qꝛ hec quādoq̄ obſcura ſunt ꝛ metaphorica: inde eſt ꝙ ꝓuerbium q̄nq̄ ſumit pro parabola in qua aliud dicit aliud ſignat. Et h̄ modo accipit hic prouerbiuꝫ pro parabola. i. pro parabolica locutione. ❡ Pōt aūt hoc hēre q̄druplicē ſenſum. Primus eſt talis ſm litterā: ut referat ad hoc qđ īmediate dixerat hoc modo. Dixi uob̄ uſq̄ modo ꝛc̄. ꝛ ꝙ in nomine meo petetis: ꝛ ſum q̄ſi obſcure ꝛ in ꝓuerbijs locut⁹. [Sꝫ uenit hora.] ut que obſcure dixi uobis: dicā ſtatiꝫ in manifeſto Un̄ ſbdit ipe pr̄ ꝛc̄. Et exiui a pr̄e ꝛc̄. Et ſic videnṫ apoſtoli intellexiſſe. Un̄ his auditis dicūt ei. [Ecce nūc palāꝫ loqueris ꝛc̄.] ❡ Secūdus ſenſus eſt ut hoc qđ dicit [Hec in prouerbijs locutus ſum uob̄ ꝛc̄.] referat ad totū qđ in hoc euāgelio legitur de doctrina chriſti. Qđ vo dicit [Uenit hora ꝛc̄.] referat ad tēpus glorie: qa enim nūc videmus per ſpeculū ꝛ in enigmate. Idcirco hec que dicunṫ nobis de deo in prouerbijs proponunṫ. Sed qa in pr̄ia videbimus facie ad faciem (ut dicit ꝑme Cor. 13.) Ideo tūc nō in prouerbijs ſed palam de pr̄e annūciabit nobis. Dicit aūt [de patre] qa nullus pōt patrem videre in illa gloria niſi filio manifeſtante. Mat. 10. Nemo nouit patrē niſi filius: ꝛ cui fili⁹ ꝛc̄. Ipſe enim eſt lux uera dans nobis lucē: qua prēm videamus. ſ. 8. Ego ſum lux mūdi. ❡ Sed qꝛ huic expoſitioni repugnat qđ ſequit. In nomine meo petetis. In quo nil petituri ſumus ſi de die glorie intelligat: quādo ſanabit in bonis deſideriū nr̄m Ideo eſt alius ſenſus duplex. Unus ſm Criſoſtomū ſic [hec.] ſ. que nūc dixi uobis [in prouerbijs.] i. in quadā intricatione ṽboꝝ [locutus ſum uob̄.] non exprimēs totaliter que oportet uos cognoſcere de me: ꝛ patre meo: qa multa habeo uobis dicere: que nō poteſtis portare modo. ſ. 16. [Sed uenit hora.] cum a mortuis. ſ. reſurrexero. [cū iam nō in prouerbijs.] i. obſcure ꝛ per enigmata. [Sed palam de pr̄e ꝛc̄.] Nam per illos quadraginta dies q̄bus apparuit eis multa myſteria eos docuit: ꝛ multa de ſe ꝛ patre annūciauit: ꝛ cum iam per fidē reſurrectionis cum firmiter deū uerū eſſe credētes eleuati ēent ad altiora. Unde ꝛ ſubdiṫ Act. primo. Loquēs eis de regno dei. Luc. ultimo. Aꝑuit eis ſenſum ꝛc̄. ❡ Alius ſenſus eſt ſm Auguſtinū. Ut per hoc qđ dicit [hec in prouerbijs ꝛc̄.] promittit dn̄s ſe facturū eos ſpūales. Differētia enim hec eſt inter ſpūalem ꝛ aīalem virū: Quia animalis hō ṽba ſpūalia accipit ut prouerbia. nō ꝙ prouerbialiter ſint dicta: ſed qa mēs eius ſupra corporalia eleuari nō ualens ſunt ei obſcura. ꝑme Cor. 3. Aīalis hō non ꝑcipit ꝛc̄. Spūalis aūt hō accipit ſpūalia: ut ſpūalia. Diſcipuli aūt a ꝑncipio quaſi animales erāt: ꝛ que dicebātur eis obſcura erāt: ꝛ ſicut prouerbia: ſed poſtmodū a chriſto ſpūales effecti: ꝛ ꝑ ſpūm ſanctū edocti ſpiritualia a parte capiebant. Et ideo dicit [Hec in prouerbijs locutus ſum uobis.] i. fuerūt nobis (ut prouerbia.) [Sꝫ uenit hora ꝛc̄.] 2. Cor. 3. Nos aūt reuelata facie ꝛc̄.

Prouerbiuꝫ ꝓprie dicitur qđ coherē in ore omnium.

In parabola aliud dr ꝛ aliud ſignat.

❡ In illo die in nomine meo petetis. Et nō dico uobis: quia ego rogabo patrem de uobis.

❡ Hic poniṫ ſecūda ratio fiducie ſumpta ex dilectione patris ad diſcipulos. Et primo oſtendit pr̄is dilectionem ad eos. Secundo familiaritatem patris ad filium ibi [Exiui a patre ꝛc̄.] Circa primuꝫ duo facit. Primo reſumit eis factaꝫ promiſſionē. Secūdo aſſignat promiſſionis rationem ibi [Ipe enim pater ꝛc̄.] ❡ Circa primū duo facit. Primo reſumit vnum quod promiſerat. Secundo ꝑmittit eis fiduciam petendi. Unde dicit [In illo die.] ſcilicet quando annunciabo uobis palam de patre [petetis in nomine meo] quia manifeſte cū cognoſcentes ſcietis me eſſe ei equalem ꝛ coeſſentialem ꝛ per me habere acceſſum ad eum. Hec enim eſt petitio in nomine eius ſperare per chriſtuꝫ habere acceſſum ad patrem. ps. Hi in curribus ꝛ hi in eqs: nos aūt in noīe ꝛc̄. ❡ Tacet aūt ſe rogatu

Dubitatio

tū patrē pro eis. Unde dicit [Et nō dico uobis: q̄a ego rogabo patrē ꝛc̄.] ¶ Sȝ nūquid nō ipſe orat pro nobis: imo 1. Jo. 1. Aduocatū hēm⁹ apō

Rn̄ſio ſm Auguſtinum.

p̄rēȝ ꝛc̄. Heb. 7. Accedēs p ſemetipſ ꝛc̄. ¶ Et ad h̄ dicēdū ꝙ ſm Aug^m. ꝙ hoc dic̄ ad remouēdū ſe de cetero eē ut pſona interpellās inquātum hō. Sic ī illo die quādo palam annūciabo ꝛ petetis in noīe meo ꝛ cognoſcetis me eē vnū cum patre: ꝛ ꝙ non ſim pſona interpellās: ſed inquantum deus ſimul

Rn̄ſio ſm Cr.

cum eo interpellās exaudiaȝ. ¶ Alio mō ſm Criſ. hoc forte dicit: ne forte credāt diſcipuli ꝙ ita ſint p filiū īpetraturi: ꝙ ipſi nō habeāt imediatū acceſſuȝ ad patrē. q. d. Modo ad me recurritis ut pro uobis interpellem: ſed tūc tātam fiduciā habebitis apō eum ꝙ etiā ipſi a patre petere poteritis in nomine

Dubitatio.

meo nō indigētes alio introducēte. ¶ Sed nūqd apoſtoli nō indiguerūt chriſto hoīe ad interpellādum: alr̄s cum ipſe interpellet ſupflua erit eius iter

Rn̄ſio.

pellatio. ¶ Sed dicēduȝ ꝙ non iterpellat pro eis tanq̄ȝ pro abn̄tibus: ꝛ acceſſum habere nō ualentibus: ſed faciēs preces eoꝝ exaudibiliores.

¶ Ipſe eniȝ pater amat uos: q̄ꝛ uos me amaſtis ꝛ credidiſtis: quia a deo exiui.

¶ Hic rōnem pmiſſionis aſſignat que eſt amor patris ad eos. Et primo ponit patris dilectionē. Secundo dilectionis pbationem ibi [Quia uos ꝛc̄.] ¶ Dicit ergo: ideo nō dico q̄ꝛ rogabo patreȝ pro uobis (per hoc eniȝ videret̄ ꝙ ip̄e nō amaret eos) Sed uniq̄ȝ [Ipſe pater] qui amat oia uolendo eis bonū nature. Sap. 11. Diligis oīa que ſūt ꝛc̄. [amat uos] aplōs ꝛ ſanctos quodā pͥuilegiato amore uolēdo uobis ſūmum bonū i. ſeipſum. Deut. 33. Dilexit populos oēs ſancti in manu illius ꝛc̄. quia ad hoc dilexit. Sap. 3. Juſtoꝝ aīe in manu dei ſunt. ¶ Probationē huius oſtēdit ex duob⁹. ſ. ex amore diſcipuloꝝ ad chriſtū. Et ex fide. ¶ Quātuȝ ad p̄mū dicit [Quia uos me amaſtis] que quidē probatio nō eſt per cauſaȝ: Quia (ut dicit̄. 1. Jo. 4.) Nō quaſi nos dilexerimus eū: ſed qm̄ ipſe prior dilexit nos: ſed eſt per ſignū: quia hoc ipſuȝ ꝙ nos deum diligimus eſt ſignū ꝙ ipſe amat nos. Qꝺ enī poſſumus eū amare eſt ex dono dei. Ro. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ nr̄is ꝛc̄. ſ. 14. Qui diligit me diliget̄ a patre meo. ¶ Quātum ad hoc dicit [Et credidiſtis q̄ꝛ a deo exiui.] Sine fide enī im-

Fides eſt nobis ex amore dei.

poſſibile eſt placere deo. Fides autez eſt nobis ex amore dei. (Donū enim dei eſt ut dr̄ Eph. 2°.) Donū aūt nō dat̄ niſi ex amore dātis. Credere autē ꝛ amare chriſtū inquātum a deo exiuit ſatis eſt euidēs ſignū amoris dei. Quia pp̄ter qꝺ vnūq̄ꝺq̄ȝ ꝛ illud magis. Qui ergo amat chriſtū qui a deo exiuit amor eius p̄cipue retorquet̄ in deū patrē: Non aūt ſi amat eū inquātum homo.

¶ Exiui a patre ꝛ ueni in mundum: iterum relinquo mundum ꝛ uado ad patrem.

¶ Sed q̄a mētionē fecit de exitu ſuo a p̄re. Hic manifeſtius explicās dicit [Exiui a p̄re ꝛc̄.] Ubi oſtēdit familiaritatē ſuā ad patrē. Et p̄mo ponit ei⁹ a patre exitū. Secūdo eius ad patrē reditū ibi [Iterū relinquo ꝛc̄.] ¶ Eſt aūt duplex proceſſio filij a

Duplex eſt filij a patre pceſſio.

p̄re. Una ſ. eterna. Alia tp̄alis. ¶ Eternā q̄dā deſignat cū dicit [Exiui a patre.] ab eo eternaliter genitus. ¶ Sed notādū ꝙ oē qꝺ exit ab aliquo fuit p̄us in eo. ¶ Aliq̄d āt eſt in aliquo tripliciter. Uno

Aliquid ē in aliquo tripliciter.

mō ſicut cōtentū in cōtinēte. Alio mō ſicut pars ī toto. Tertio mō ſicut accidēs in ſubiecto: ꝛ ſicut effect⁹ in cauſa. Et ſm hoc dicunt̄ aliqua ab eis exire. Sed p̄mis duob⁹ modis exit aliq̄d idē numero exn̄s. puta idē numero vinū de dolio: ꝛ eadē ps a toto. Sed alijs duob⁹ modis nō exit idē numero. Hec aūt nō ſūt dicēda de deo: q̄a cū deus ſit ſūme ſimplex. nec ſit in loco niſi metaphorice. non pōt dici ꝙ filius ſit in eo ſicut ps uel ſicut cōtentū: ſed in eo erat per vnitateȝ eēntie. ſupra. 8. Ego ꝛ pater vnū ſum⁹. Tota enī eſſentia patris eſt tota eēntia filij: ꝛ ecōuerſo. Et iō nō exit eo mō a p̄re quo p̄dicta. Nā ꝙ exit a toto (ut ps) ē diſtictū ab eo p eēntiā. Nā pars a toto exiēs ſit ens actu: que ī eo erat

Pars a toto exiēs eſt diſticta a toto per eēntiam.

ens in potentia. Et ſimiliter qꝺ exit a toto cōtinēte loco diſtinguitur: ſed filius a patre non exit lo-

Pars a toto exiens fit ens actu que prius erat ens ī potentia.

caliter: quia omnia implet ſm illud Hier. 33. Celū ꝛ terrā ego impleo. Nec diuiſibiliter: q̄ꝛ pater impartibilis eſt: ſed exit ab eo per perſonalē diſtinctionē. ſic ergo in exitu inq̄ȝtū preſupponit inherentiam deſignat eēntie vnitas: inquātū inſinuat

Filius exit a patre nō localiter nec diuiſibiliter: ſed exit ab eo per perſonalē diſtinctionem.

pceſſuȝ quēdā deſignat̄ diſtinctio perſonalis. P̄s. A ſūmo celo ſ. deo patre: egreſſio ei⁹. Ex utero ante luciferū genui te. Sed in rebus corporalib⁹ res exiens ab aliquo iā nō eſt in eo: cū exeat per ſeparationē eēntie uel loci. Hic aūt q̄ꝛ nō eſt exitus talis: ideo ſic ab eterno a patre exijt: qꝺ tn̄ ab eterno ſit in eo: ꝛ ſic qn̄ eſt in eo exit: ꝛ quādo exit eſt

In rebus corporalib⁹ res exiens ab aliquo nō ē in eo.

in eo: ita ut ſemper exeat: ꝛ ſemper ſit in eo. ¶ Tēporalē autē proceſſionē eius deſignat dicens [Et ueni in mūdū.] Sicut aūt exitus a patre ab eterno non eſt localiter: ita nec aduentus eius in mundū eſt localis: quia cuȝ filius ſit in patre: ꝛ econuerſo: ſicut pater oīa implet: ita ꝛ filius: nec eſt quo localiter moueatur. Dicitur ergo ueniſſe in mundū inquantū naturam humanā aſſumpſit: quantuȝ ad corpus: habentē originē ex mundo: non mutando locum. ſupra. 1. In pp̄ria uenit ꝛ ſui ꝛc̄. ¶ Cōſequenter cuȝ dicit [Iterū relinquo mundūȝ ꝛc̄.] Agit de reditu ſuo ad patreȝ. Et primo ponit receſſum eius a mundo dicens [Iterū relinquo mūdū.] nō ſubtrahendo ſue gubernatiōis prouidētiaȝ: quia ſimul cū patre ſemper mūdū gubernat: ꝛ ſemper cum fidelibus eſt per gratie opitulationē. Mat. ultimo. Ecce ego uobiſcuȝ ſum uſq̄ȝ ad conſumationē ꝛc̄. Relinquit ergo mundum ſubtrahendo ſe a conſpectu corporali mundanoruȝ. ¶ Secundo ponit reditum ſuū ad patrē: cū dicit [Uado ad patrem.] quē nunq̄ȝ deſeruerat. Uadit autem inq̄ȝtū ſe obtulit patri in paſſione. Eph. 5. Obtulit ſemetipſum. Item inquātū per reſurrectionē ſm ꝙ homo conſiguratus eſt patri in immortalitate. Ro. 6. Quod autem viuit: viuit deo. Item inq̄ȝtum in aſcenſione aſcendit ad celos: in quo ſpecialiter refulget diuina gloria. Mar. ultio. Dominus quidem ieſus ꝛc̄. ſupra eodem. Uado ad eum qui me ꝛc̄.

Dicunt ei diſcipuli eius. Ecce nunc palam loqueris: ꝛ prouerbiū nullum dicis. Nunc ſcimus quia ſcis omnia: ꝛ non opus eſt tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo exiſti. LE. VIII

Poſitis rationib⁹: ꝛ uerbis conſolantibus apoſtolos. Hic ponitur effectus ipſorum in diſcipulos. Et primo oppo-

nitur diſcipulorum affectio. Secundo oſtendi-
tur ipſorum conditio ibi[Reſpōdit eis Jeſus.]
Tertio aſſignatur predictorum intentio ibi[Hec
locutus ſum uobis ꝛc̄.] Affectio diſcipulorū eſt
confeſſionis ꝛ credulitatis. Unde dicūt[Ecce nūc
palam ꝛc̄.] Ubi tria confitent̄ de chr̄o .ſ. doctrine
claritatē: ſcientie certitudinē: ꝛ diuinā originē. Pri
mū confitent̄ cū dicūt[Ecce nūc palā loqueris: ꝛ
ꝓuerbiū nullū dicis.] Si enī diligēter aduertim⁹
vix in aliquo loco ſacre ſcipture ita exprimit̄ chr̄i
origo: ſicut hic: cū dicit. Palā de patre annūciabo
uobis: ꝛ exiui a patre ꝛ ueni in mūdū. Et ideo cre
dentes hanc ꝓmiſſionē: qua dixit palam de patre
ꝛc̄. eis cōpletā eē: ita ut nō alia manifeſtatione in-
digeant: dicunt[Ecce nūc palam loqueris.] Sed
(ut Aug⁹ dicit) ita adhuc ignorātes erāt diſcipu
li: ut ſe nō intelligere ignorent. Non enim promi-
ſerat eis nulla hora ſe ſine ꝓuerbijs locuturū: ſed
in hora reſurrectiōis uel glorie: tm̄ ꝙtū ad ipſos
diſcipulos iam clarius eis fuit locutus tūc: ꝙuis
alia claritas ſermonū eius eēt expectāda. ſ. 18. Ego
palam locutus ſum mundo. ¶ Secūdū confiten
tur cum dicunt[Nunc ſcimus quia ſcis oīa.] Et
quidem in ſuperficie uerborum ſatis euidens ar
gumentum eſt certe ꝛ perfecte ſcientie quādo qs
manifeſtat que dicit. Signū enim docentis eſt oī-
no poſſe docere. Unde dr̄ Prou. 14. Qd̄ doctrina
prudentiū facilis eſt. Que enim noſtrū ſuperant
intellectū nō plane uerbis explicamus. Sed tamē
hoc apoſtoli dicunt propter aliā intentionē: quia
ſ. dominus ſcit oīa cordis eorum ſecreta: ꝛ de his
que dubitant ſatiſfacit. Conſolatur eos ꝓmitten-
do gaudiū ſpiritus ſancti: ꝛ iteratā ſui viſionē: ꝛ
patris amorē. Et ideo dicunt[Nunc ſcimus quia
ſcis oīa.] ſ. ſecreta cordiū. ſ. ulti. Tu oīa noſti. Ecc.
49. Domino deo noſtro nota ſunt oīa anteꝙ fiāt.
Unde ſubdunt[Et nō eſt opus tibi: ut quis te in
terroget.] ¶ Qd̄ videt̄ p̄dictis ꝯtradicere. Dicit
enim ꝙ ſcit oīa. Scientis enī nō eſt interrogare: ſꝫ
Dubitatio. interrogari. Quō ergo nō eſt ei opus: ut quis cū
interroget? ¶ Sed dicendū ꝙ hoc dicunt ut innu
Reſponſio ant ꝙ etiā ſecreta cordiū nouit: quia ꝛ ante inter-
rogationē eis ſatiſfecit ſupra cū dicerent inter ſe.
Quid eſt qd̄ dicit nobis modicum. Nihilomin⁹
tamē chriſtus interrogat: ꝛ interrogatur. nō quia
opus ſit ei: ſed nobis. ¶ Tertiū confitentur cum
dicūt[In hoc credimus quia a deo exiſti.] Et qui
Scire oīa ꝛ etiā ſecreta cordiū eſt proprium diuinitatis. dē conuenienter. Scire enim oīa ꝛ etiā ſecreta cor
diū: eſt ꝓprium diuinitatis. Hiere. 16. Prauum eſt
cor hominis ꝛ inſcrutabile: quis cognoſcet illud?
ego dn̄s ꝛc̄. Et ideo dicunt[a deo exiſti] conſub-
ſtantiali patri ꝛ uerus deus.

¶ Reſpondit eis ieſus: modo creditis. Ec-
ce uenit hora ꝛ iam uenit ut diſpergamini
vnuſquiſqꝫ in propria ꝛ me ſolum relinqua
tis: ꝛ nō ſum ſolus qa pater mecum eſt.

¶ Hic ponit̄ diſcipulorū cōditio que eſt īfirmitatis.
Ubi p̄mo exprobrat fidei eorū tarditatē. Scd̄o tri
bulationē futurā iminētem. Tertio oſtēdit ſe immu-
nem ab oī eorum detrimēto. ¶ Quātum ad p̄mū
dicit[Modo creditis.] Qd̄ ſi accipiat̄ īterrogatiue
eſt exprobratio tarditatis eorū ad credēdū. quaſi
diceret. Uſqꝫ modo diſtuliſtis credere. ſ. 14. Si vo
accipiat̄ remiſſiue exprobrat fidei ipſorū inſtabili-
tatem. quaſi diceret. Uerū eſt ꝙ nūc creditis: ſꝫ ſta-
tim quādo tradar dimittetis me. Luc. 18. Ad tem-
pus credunt ꝛ in tēpore ꝛc̄.[Ecce uenit hora ꝛc̄.]
Hic ponit̄ eis iminens tribulatio ꝛ ſcādalū. Unde
ſciēdum eſt ꝙ iminēte huiuſmodi ſcādalo que an
tea per chriſtū adepti fuerāt amiſerūt. Adepti enī
fuerāt chriſti ſocietatē poſſeſſionē ꝛ rerū exonera-
tionē ꝛ oēm cōem modū viuēdi. Uñ hec tria enu-
merat petrus Mat. 19. dicēs. Ecce nos. ſ. oēs. quā-
tū ad tertiū. relinqmus oīa. quātum ad ſecūdum.
ꝛ ſecuti ſumus te. quātum ad p̄mum. Et hec ami-
ſerūt. Et ideo hoc eis p̄dixit dn̄s dicens.[Ecce ue-
nit hora: ꝛ iam uenit ut diſpergamini.] quātū ad
tertiū ꝓpter timorē qui uobis dn̄abit̄: ita ut nec ſi-
mul poſſitis fugere. Zacha. 13. Percute paſtorem ꝛ
diſpergent̄ oues gregis ꝛc̄.[Unuſqſqꝫ in ꝓpria.]
quātum ad ſecūdū. i. ad aīum poſſidēdi ꝓpria. vñ
petrus cū alijs reuerſi ſunt ad nauem ꝛ propria. ſ.
ultio. Exierūt ꝛ aſcēderūt in nauim ꝛc̄.[Et me ſo-
lū relinquatis.] quātum ad p̄mū. Job. 21. Fratres
mei dereliquerūt me ꝛc̄. Iſa. 63. Torcular calcaui
ſolus. ¶ Sed diſcipulorū ſcādalo chriſtus nullum
patit̄ detrimētum. Uñ dicit.[Et nō ſum ſolus: qa
pater mecū eſt.] quaſi diceret. Etſi ſum vnū cū p̄re
per vnitatē eēntie non ſum ſolus per diſtinctionē
pſonalē. Uñ nō ſic a p̄re exiui: ut ab eo recederē.

¶ Hec locut⁹ ſuꝫ uobis ut in me pacē hēatis

¶ Hic ponit dn̄s ſuam intētionem de doctrina ſua
Et p̄mo ponit doctrine ſue utilitatē. Secūdo neci-
tate ibi[In mūdo ꝛc̄.] ¶ Utilitas doctrīe eſt pax.
Uñ dicit. Dico ꝙ ad hoc deducemini ut me ſolum
relinquatis. Et ꝓpter hoc propono uobis doctrī
nam meā: ne in hac derelictione pſiſtatis. Et pro-
pter hoc. ſ. omnia que dixi uobis in ſermone. Uel
oīa que in toto euāgelio locutus ſum uobis ut ad
me redeūtes.[in me pacē habeatis.] Finis enī euā-
gelij eſt pax in chriſto. p̄s. Pax multa diligētibus
nomen tuū. Cuius ratio eſt. Quia pax cordis op-
ponit̄ eius pturbationi: que orit̄ ex malis ſupue-
niētibus ꝛ creſcētibus. Si qs autē hēat aliquando
luctū uel gaudiū ſupexcedēs illa mala: patet ꝙ p-
turbatio nō manet. Et inde eſt ꝙ hoīes mundani
qui deo per amorē nō ſunt cōiuncti: hn̄t tribulati
ones abſqꝫ pace. Sed ſancti qui deū per amorem
hn̄t in corde: etſi ex mūdo habeāt tribulationes:
in chriſto habēt pacem. p̄s. Qui poſuit fines tuos
pacē. Finis enim noſter hic debet eē: ut pacē habe-
amus in deo. p̄s. Renuit cōſolari aīa mea ꝛc̄. ſ. i re-
bus mūdi: ſed ubi memor fui dei delectatus ſum.

¶ In mundo preſſuram habebitis: ſed con
fidite: ego vici mundum.

¶ Neceſſitas autem huius pacis eſt illata uexatio a
mūdo. Unde dicit[In mūdo p̄ſſurā habebitis.]
Et p̄mo p̄nunciat futurā anguſtiā. Secūdo dat cō
tra eam fiduciā. ¶ Quātum ad p̄mū dicit[In mū
do preſſurā habebitis.] i. a mūdanis. 1. Jo. 3. Noli-
te mirari ſi odit uos mūdus. ſ. 15. Quia ego elegi
uos de mundo: propterea odit uos mundus ꝛc̄.
¶ Quātum ad ſecūdū dicit[Confidite ꝛc̄.] Ipſe
enim liberat nos. Ecc. 51. Liberauit me a p̄ſſura flā
me ꝛc̄. quaſi diceret. Recurratis ad me ꝛ habebitis
pacem. Et hoc ideo[Quia ego vici mūdum.] qui
uos premit. ¶ Uicit chriſtus mundum. Primo q
dem auferēdo ei arma quibus impugnat. Hec au-
tem ſunt eius concupiſcibilia. p̄me Jo. 4°. Omne
qd̄ eſt in mundo: aut eſt cōcupiſcentia oculorū ꝛc̄.

Quia ſ. diuitias vicit per paupertatē. Pſ. Inops et pauper ſum ego. Luc. 18. Filius hominis non habet ubi caput ſuum reclinet. ¶ Honores per humilitatem. Mat. 11. Diſcite a me quia mitis ſum etc. ¶ Voluptates per paſſiones et labores. Phil. 2. Factus eſt obediens uſq; ad mortem etc. Item ſupra. 4. Ieſus aūt fatigatus etc. Pſ. In laboribus ſum ego a iuuētute mea. Qui ergo ſic iſta vincit: vincit mūdū. Et hoc eſt quod facit fides. 1. Jo. 5. Hec eſt victoria que vincit mūdū etc. Quia cū ſit ſubſtātia ſperādarū rerū: que ſunt bona ſpiritualia et eterna facit nos cōtēmnere bona carnalia et trāſitoria. ¶ Secūdo vicit mūdū mūdi principē excludēdo. Supra. 11. Nūc princeps huius mundi eiicietur foras. Col. 2. Expolians principatus etc. Ex quo prebuit nobis diabolū: ut a nobis vincendū. Job. 40. Nūquid illudes ei quaſi aui: aut ligabis eū ancillis etc. Ad litteram poſt paſſionē chriſti. Iuuēcule ancille chriſti et paruuli illudūt ei. ¶ Tertio homines mūdi ad ſe ꝯuertēdo. Mundus rebellabat mouēdo ſeditiones per homines mūdi quos chriſtus ad ſe traxit. ſupra. 11. Ego ſi exaltatus fuero a terra etc. Unde ſupra. 11. dicunt. Ecce totus mūdus poſt eū uadit etc. Sic ergo nō debemus timere preſſuras: quia victus eſt. 1ª Cor. 15. Deo aūt gratias qui dedit nobis victoriā per ieſum chriſtū etc.

LE. I. 17. c. Hec locutus ē ieſus: et ſubleuatis oculis in celum dixit. Pater uenit hora clarifica filium tuum.

Supra dominus cōfortauit diſcipulos exēplo: et exhortatione. In parte iſta cōfortat eos oratiōe. In qua quidē oratiōe tria facit. Primo orat pro ſeipſo. Secūdo pro diſcipulorū collegio ibi[Manifeſtaui nomē tuū etc.] Tertio pro vniuerſo fideli populo ibi[Nō pro eis rogo tm̄ etc.] Circa primū tria facit. Primo ꝓponit petitionē. Secūdo petitiōis fructū ibi[Ut filius tuus clarificet te etc.] Tertio petitiōis exaudiēde meritū ibi[Ego clarificaui te etc.] Circa primū primo ponit orandi ordo. ¶ Secūdo orādi modus. Tertio oratiōis verba. ¶ Ordo orādi eſt congruus: quia poſt exhortationē. Unde dicit[Hec locutus eſt ieſus.] In quo dat nobis exēplū ut quos inſtruimus verbo iuuemus orationū ſuffragio: quia ſermo diuinus maxime habet effectū in cordibus auditorū cū oratione fulcitur: per quā diuinum auxiliū imploratur. 2. Theſ. ultimo. Orantes ſimul et pro nobis ut deus apiat nobis oſtiū ſermonis etc. Unde et finis ſermonis noſtri debet ad orationē terminari. Ecc. 47. Cōſumatio etc. ¶ Modus decēs. Quia [ſubleuatis oculis in celū etc.] Differētia eſt enim inter orationē chriſti et orationē noſtrā. Nā oratio nrā eſt ſolū ad neceſſitatē: ſed oratio chriſti ē magis ad inſtructionē. Nulla enī neceſſitas inerat ſibi orādi: qui ſimul cū patre exaudit. Inſtruxit aūt nos in hoc: et verbo et facto. Facto quidē ſubleuādo oculos: ut et nos in orōne nrā oculos ad celū leuemus. Pſ. Ad te leuaui oculos meos etc. Et non tm̄ oculos noſtros: ſed et operationes noſtras in deo referendo. ſm illud Tren. 3. Leuemus corda noſtra cū manibus etc. ¶ Verbo aūt: quia manifeſte orōnē ꝓtulit. Unde dicit[Et dixit] ut ſ. quos inſtruxerat docendo: inſtrueret orando. Non ſolum enim verbum chriſti: ſed et facta eius noſtra inſtructio eſt. ¶ Verba autē eius ſunt efficacia. Unde dicit[Pater uenit hora.] Que quidē efficacia cauſatur ex tribus. ſ. ex orantis affectu. Filius enī orat patrē: cuius eſt patrem ex amore querere: et ex amore rogare. Unde dicit[pater] ut per hoc det intelligere: ut filiali affectu oremus deum. Hiere. 3. Patrem uocabis me etc. ¶ Secūdo ex orādi neceſſitate. Unde dicit[Uenit hora] paſſionis: de qua ſupra. 2. Nondū uenit hora mea. Hora in quā nō tēpus: nō dies: quia ſtatim capiēdus erat etc. Nec hora fatalis neceſſitatis: ſed ſue ordinationis et beneplaciti. Et conuenienter rogaturus interponit tribulatiōes: quia in eis maxime deus exaudit. Pſ. Ad dominū cum tribularer clamaui etc. 2. Paralip. 20. Cum ignoremus quid agere debeamus. hoc ſolū habemus reſiduū: ut oculos etc. ¶ Tertio ex petitionis tenore. Unde dicit[Clarifica filiū tuū.] ¶ Sed cum filius dei ſit ipſa ſapientia. 1ª Cor. 1. Hec autē maximā claritatē habeat. Sap. 6. Clara eſt et que nūquā marceſcit ſapientia: quomō dicitur claritas clarificari: preſertim cū ipſe ſit ſplendor patris. Heb. 1. ¶ Sed dicēdū quod chriſtus tripliciter petebat clarificari a patre. ſ. in paſſione. Et hoc per multa miracula que tunc oſtenſa ſunt: cum ſol obſcuratus eſt: ſciſſum eſt uelū tēpli: et monumēta aperta ſunt: Et de hoc dicitur ſupra. 12. Et clarificaui. ſ. miraculis ante paſſionē: et iterū clarificabo in paſſiōe. Unde dicit ſm hoc[clarifica.] in paſſione me oſtēdendo eē filiū tuū. Unde centurio viſis miraculis dixit: Uere filius dei erat homo iſte. ¶ Secūdo in reſurrectione. Anima enim illa ſancta ſemper deo coniūcta fuit habens gloriā ex dei viſione. ſupra. 1. Uidimus gloriā eius quaſi vnigeniti a patre etc. Nā a principio cōceptiōis quantū ad animam habuit claritatē. Sed in reſurrectione habuit claritatem corporis: de qua Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtre ꝯfiguratū etc. ¶ Tertio in notitia omniū populorū. Sap. 8. Habeo per hanc claritatem ad turbas etc. Et ſic dicit[Clarifica.] i. manifeſta toti mūdo me eē filiū tuū. ſ. ꝓpriū: et hoc natiuitate non creatione. Contra Arriū dicentē filiū dei eē creaturā ueritate: nō nuncupatiōe. Contra Sabelliū dicentē: quod idē eſt qui dicitur pater et qui dicitur filius origine nō adoptione. Cōtra Neſtoriū: qui dixit chriſtū eē filiū adoptiuum.

¶ Ut filius tuus clarificet te.

¶ Hic ponitur fructus clarificationis. Et primo ꝓponit fructū. Secūdo exponit ibi[Sicut dediſti ei etc.] Fructus autē clarificatiōis filij eſt clarificatio patris. Unde dicit[Ut filius tuus clarificet te. Et ſciendū quod audiens Arrius dominū dicentē. Clarifica filiū tuū: opinatus eſt patrē maiorē filio: quod quidē uerū eſt ſm humanitatē. ſupra. 13. Pater maior me eſt. Et ideo ut oſtendat equalitatē eius ad patrē ſm diuinitatē ſubiūgit[Ut filius tuus clarificet te.] ſ. in notitia hominū. Gloria enim eſt clara cū laude notitia. Deus autē olim erat clarus apud iudeos: quia Notus in iudea deus: ſed poſtea per filium notus eſt per totū mūdum: ſed et ſancti viri bonis operibus notitiam dei clarificant. Mat. 5º. Uideāt opera ueſtra bona et glorificēt patrē ueſtrum etc. Unde ſupra. 8. Ego gloriā meā nō quero etc.

¶ Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis ut omne quod dediſti ei det eis vitam eternā Hec eſt autem vita eterna: ut cognoſcant te ſolū deū uerum: et quem miſiſti ieſum chriſtū.

Sermo diuinus maxime habet effectū in cordibus auditorū: cum oratione fulcitur.

Finis ſermonis noſtri debet ad orationē terminari.

Differētia eſt inter orationē chriſti et orōnē nrām. Orō nrā ē ſolū ad neceſſitatem. Orō chriſti eſt magis ad inſtructionem.

Queſtio.

Reſponſio.

Gloria ē clara cū laude notitia.

Agentis cuiuſlibet quod agit ab alio ſ intentio ſua ē reducere ſuū effectū in eſſe ſm manifeſtationem.

¶ Hic ponit petitionis fructū. Et primo ponit bñficium a chriſto collatum hoibus. Secūdo oſtendit hoc bñficium ad glīam patris ptinere ibi [hec aūt eſt vita eterna.] Dicit ergo ut filius tuus clarificet te. Et hoc [ſicut dediſti ei poteſtatem omēs ⁊c̄.] ¶ Sciēdum eſt enim ꝙ agēns cuiuſlibet qꝺ agit ab alio intētio eſt reducere ſuum effectum in cauſe manifeſtationem. Nam ex actione principij qꝺ eſt de principio manifeſtat ipm principium. Fili9 aūt qcqd hēt a patre hēt. Et ideo oportet ꝙ per ea q̄ facit patrē manifeſtet. Et ideo dicit. [Dediſti ei poteſtatem] ſup oēs hoies ſed ⁊ filius per hāc poteſtatem debet eos ad tui cognitionem que eſt vita eterna pducere. Et ſic eſt ſenſus. Filius clarificet te [ſicut dediſti poteſtatem] ois carnis .i. ois hominis. Iſa. 41. Uidebit ois caro ſalutare dei. [Dediſti] ūqꝫ ſm Hilarium dādo per eternam gñationem naturam diuinam per quam hēt poteſtatem ois continēdi. Mat. 11. Oia mihi tradita ſunt a patre meo. Et ſupra. 5. Pater diligit filium ⁊c̄. Uel [dediſti ei] ſ. chriſto homini ꝓpter cōſortium pſonale ad filium tuum: ut ſic caro hēat poteſtatem ſup carnem. Mat. ultimo. Data eſt mihi ois poteſtas in celo ⁊ in terra. Dañ. 7. Dedit ei ſ. filio hois poteſtatē ⁊c̄. Ad hoc inqꝫ [dediſti] ut ſ. ſicut tu habes poteſtatē ut non ab hoie aliqd accipias: ſed ut teipſum ei cōferas: ita ⁊ chriſto homini: ut [oē qꝺ dediſti ei] per eternā predeſtinationē [det eis] ſibi datis [vitam eternam ⁊c̄.] ſupra. 10. Oues mee uocē meā audiunt ⁊c̄. ¶ Sed nūquid vita eterna data hoib9 pertinet ad gloriā patris: imo qꝛ [hec eſt vita eterna ut cognoſcāt te ⁊c̄.] i. ut clarificet pater in notitia hoīuꝫ. ¶ Sed hic duo ſūt exponēda. Primo quidē qd eſt hoc qꝺ dicit [hec eſt vita eterna: ut cognoſcant ⁊c̄.] Circa qꝺ ſciendū eſt ꝙ illa ꝓprie viuere dicim9 que ſeipſa mouēt ad operandū: quecūqꝫ aūt nō niſi ab alijs mouent: nō dicunt viuentia ſed mortua. Et iō oēs operationes ad q̄s operans mouet ſe dicuntur opera vite: ſicut velle: intelligere: ſentire: augeri: ⁊ moueri. Dicitur autē aliqd viuere dupliciter. aut qꝛ habet opera vite in potentia: ⁊ ſic dormiēs dicit viuere vita ſenſitiua: qꝛ hēt poteſtatē mouēdi ſe: lꝫ actu non moueat: aut qꝛ iā exercet opera vite in actu: ⁊ tunc perfecte dicitur aliquid viuere. Unde ſomnus dicit dimidium vite. Inter opera aūt vite altius eſt opus intelligentie: qꝺ eſt intelligere. Et ideo opatio intellectus maxime eſt vita: ſicut aūt idē eſt ſenſus actu: ⁊ ſenſibile in actu: ita intelligens in actu ⁊ res intellecta in actu. Cū ergo intelligentia ſit vita: ⁊ intelligere ſit viuere: ſeqtur ꝙ intelligere rem eternā ſit viuere vita eterna. Deus eſt aūt res eterna: intelligere ergo ⁊ videre deū eſt vita eterna. Et ideo dominus dicit: ꝙ in viſione cōſiſtit vita eterna. ſ. pncipaliter ſm totā ſuā ſubſtantiā. Amor aūt eſt mouens ad hanc: ⁊ quoddā eius cōplementū. Nā ex delectatione que eſt in fruitione diuina: quā facit charitas: eſt complemētū ⁊ decor beatitudinis: ſꝫ eius ſubſtātia in viſione cōſiſtit. 1. Io. 3. Uidebim9 eū ſicuti eſt. ¶ Secūdo exponēdū eſt hoc qꝺ dicit [te ſolū uerū deū.] Manifeſtū eſt enim ꝙ chriſtus loquebatur ad patrē: cum ergo dicat [te ſolum uerum deū.] Uidetur ꝙ ſolus deus pater ſit de9 uerus. Quod quidē cocedūt arriani dicentes filium differre a patre per eēntiā cū ſit ſubſtantia creata: magis tamen ⁊ perfectius inter omnes creaturas

Aliquid viuit dupliciter.

Somnus dicitur dimidiū vite.

Inter opa vite altius ē op9 intelligentie.

Amor eſt mouens ad vitā eternā ⁊ qꝺdā eius complementum.

In delectatione que eſt in fruitione diuina quā facit charitas ē cōplemētū ⁊ decor beatitudinis.

Arriani concedunt filium differre a pře per eēntiam.

ℭ Scilicet apl'os q ſūt fr̄es ꝑ ↄſo₂itatē nāe. Heb.4. Debuit ꝑ oīa fr̄ib⁹ aſſimulari. Et ꝑ adoptionē grē q̄ ei⁹ p̄ris ſūt filij adoptiui: cui⁹ ipſe eſt fili⁹ nālis. ℭ Ubi notādū eſt triplex p̄uilegiū qḋ magdalene eſt collatū. ℭ Prio q̄dē ꝓpheticū ꝑ hoc ꝙ meruit angelos vidē. Propha eni eſt medi⁹ iter angelos z pplȝ. ℭ 2° angelo₂ faſtigiū per hoc ꝙ vidit chr̄m: in quē deſiderāt angeli ꝓſpicē. ℭ 3° officiuȝ apl'icū: imo facta eſt aplo₂ apl'a: ꝑ hoc ꝙ ei cōmittit ut reſurrectionē dn̄icā diſcipulis annūciet. Ut ſic mlier viro p̄mo nūciauit v̄ba mortis: ita z mulier p̄mo nūciaret v̄ba vite.[Et dic eis. Aſcēdo ad patrē meū zc̄.] ſup.15. Uado ad euȝ qui me miſit. Eph.4. Qui deſcēdit ipſe eſt z q aſcendit ſup oēs celos. ℭ Sȝ ex hoc Arri⁹ ſumit ſui erroris fulcimētū: q̄ ꝑ hoc qḋ dic̄[Patrē meū z patrē veſtrū.] cōcludē voluit ꝙ eodeȝ mō de⁹ ſit p̄r filij: ſicut eſt nr̄ p̄r. Et de⁹ filij ſicut de⁹ nr̄. Sȝ ↄ̄ hoc dicēdū ꝙ hec v̄ba qua itētione dicant̄ appet ex circūſtātijs loquēdi. Dic̄ ei ſupra[Uade ad fr̄es meos zc̄.] Hos aūt fr̄es hēt chr̄s ſm ꝙ hō. Et ſm hoc chr̄s eſt ſb̄iect⁹ p̄ri ſic creatura creatori. (Nā ip̄m corp⁹ chr̄i creatura quedā eſt.) ℭ Uel alr̄ ſm Aug^m. Chriſt⁹ hic loq̄t̄ de ſe ſm utrāq̄ȝ nāȝ: q̄ qḋ dicit[Aſcēdo ad patrē meū z patrē veſtrū.] ꝑtinet ad diuinā naturā ſm quā hēt patrē deū cōnalē: cui eſt eq̄lis. z ſic itelligēdū eſt alr̄[meū] z alr̄[veſtrū.] Nā[meuȝ] grā[veſtrū.] q̄ſi hoc ꝙ eſtis filij adoptiui ꝑ grāȝ ꝑ me hētis. Gal.4. Miſit de⁹ filiū ſuū ut adoptioneȝ filio₂ dei recipem⁹. Ro.8. Quos p̄ſciuit ↄformes fieri imaginis filij ſui zc̄. Qḋ addit[ad deū meū z deū veſtrū.] refert̄ ad humanā nām: ſm quā hȝ deum gubernatorē: z ſic dicit[deū meū:] ſub q̄ ego hō ſum.[z deū veſtrū.] iter quos z ip̄m mediator ſum: q̄ ꝑ ip̄m hēm⁹ deū nobis placatū: z ſic deus nr̄. Ro.5. Juſtificati igit̄ ex fide pacē hēam⁹ ꝑ dn̄m

Cnotio. S'm Aug.

Vocatio chr̄i ē cā iuſtificationis nr̄e z cōfeſſionis.

Rō myſtica duplex. Prima rō.

2ª rō eſt Aug.

Rō Cris.

Prophetia medi⁹ ē iter āgelos z pplȝ.

Fulcimētū erroris Arrij.

Expō Aug.

ſulatiõis aũt v̓ba eis ꝓtulit dicẽs[Pax uobis]Sꝫ hec ſuit neceſſaria. Erat enĩ eoꝝ pax multipĺr ꝑtur bata:ꝛ q̄tũ ad deũ ꝯ̃tra quẽ q̄dã peccauerunt negãdo:q̄dã fugiẽdo. Mat.26. Oẽs uos ſcãdalũ patiemini in me ꝛc̃. Et ꝯ̃ h̓ ꝓpoſuit eis pacẽ recõ⸗ciliatiõis ad deũ. Ro.8. Recõciliati ſum⁹ deo per mortẽ filij ei⁹. Hãc eñi ꝑ paſſionẽ fecit. ❡ Itẽ q̄tũ ad ſeipſos:q̄ꝛ triſtes erãt:ꝛ in fide dubij. Et hanc ẽt pacẽ factã ꝓpoſuit.ꝑs. Pax m̄lta diligẽtib⁹ le⸗gẽ tuã. ❡ Itẽ q̄tũ ad exteriores:q̄ꝛ a iudeis ꝑſe⸗cutiões ꝑſequebant. Et ꝯ̃ h̓ dicit eis[Pax uobis] ꝯ̃ iudeoꝝ.ſ.ꝑſecutões.ſ̄.14. Pacẽ meã do uob̃:pa cẽ relinq̄ uobis. ❡ Certã ãt ſui mãifeſtationẽ oſtẽ dit eis ꝑ man⁹ ꝛ lat⁹. Uñ ſeq̄[Hec cũ dixiſſet oſtẽ dit eis man⁹ ꝛ lat⁹.]q̄ꝛ in eis ſpãlit̓ remãſerũt ſig̃ paſſiõis ſue. Luc.ult. Uidete man⁹ meas ꝛ pedes meos:q̄ꝛ ego ipſe ſũ. Sic ꝛ in glĩa ſe oñdet. ſupra. 14. Siq̄s diligit me ſmonẽ meũ ſuabit.ꝛ.ĩ. Mani feſtabo ei meipſum.

❡ Gauiſi ſũt ergo diſcipuli viſo domino.

❡ Hic ponit̓ appitiõis effect⁹ q̄ ẽ gaudiũ in cordi⸗b⁹ diſcipuloꝝ de viſiõe dñi quã ꝓmiſerat eis.ſup̃. 16. Iterũ ãt videbo uos ꝛ gaudebit cor uẽm. Sꝫ h̓ gaudiũ iplebit̓ in pñia.ſ.bonis ex apta viſione dei. Iſa.ul. Uidebitis ꝛ gaudebit cor uĩꝫ ꝛ oſſa ꝛc̃.

❡ Dixit ergo eis iterũ. Pax uobis. Sicut miſit me pater ꝛ ego mitto uos.

❡ Iniũgit apl̃is offm̃. Et ꝑ̃ ꝑ̃ mittit pacis vinculũ. 2⁰ iniũgit offm̃ ibi[Sicut miſit me ꝛc̃.]Dicit ḡ eis ite rũ.[Pax uob̃.]Hoc dicit eis ꝯ̃ ꝑturbationẽ dupli cẽꝫ. Nã ꝯ̃ ꝑturbationẽ pñtẽ a iudeis dixit eis prio [Pax uob̃.]Sꝫ ꝯ̃ ꝯturbationẽ factã a gẽtib⁹[Di⸗cit eis iterũ pax uobis.]ſ̄.16. In mũdo ꝑ̃ſſurã ha bebitis. In me ãt pacẽ. Nã ad gẽtes mittẽdi erãt. Et iõ ſtatĩ ſubdit̓ iniũctio officij[Sicut miſit me pr̄ ꝛc̃.]In quo oñdit ſe mediatorẽ inter deũ ꝛ ho mines.1.Thes.2. Mediator dei ꝛ hoĩuꝫ. Hõ chri ſtus ieſus ꝛc̃. Hoc erat ad ꝯſolationẽ diſcipuloꝝ: q̄ cog̃ſcẽtes auctoritatẽ chr̄i:ſciebãt cũ mitti ipos auctẽ diuina. ❡ Itẽ cõſiderãtes dignitatẽ ꝓpriã ſ.ꝙ hẽant offm̃ ꝓpriũ aplicũ. Apl̃s eñi idẽ eſt ꝙ miſſus. Dicit ḡ[Sicut miſit me pr̄:ꝛ ego mitto uos.] i.ſic pr̄ diligẽs me miſit in mũdũ ad paſſionẽ tole⸗rãdã pro ſalute fideliũ.ſupra.4. Nõ eñi miſit de⁹ filiũ ſuũ in mũdũ ut iudicet mũdũ:ſꝫ ut ſaluet mũ dus ꝑ ipm̃. Ita ego diligẽs uos:mitto uos ad tri bulatiões ſuſtinendas pro noĩe meo. Mat.11. Ec⸗ce ego mitto uos ꝛc̃. ❡ Scd̃o dat̓ eis idoneitas officij per dationẽ ſpũs ſci.2.Coꝝ.3. Qui ꝛ idone⸗os nos fecit miniſtros noui teſti nõ lr̃a ſꝫ ſpũ. Un de ſequitur.

❡ Hec cũ dixiſſet inſufflauit:ꝛ dicit eis. Ac⸗cipite ſpm̃ ſcm̃. Quoruꝫ remiſeritis pctã re mittũtur eis:ꝛ quoꝝ retinueritis retẽta ſũt.

❡ Et circa hanc dationẽ primo premittit dationis ſignũ:qđ eſt inſufflatio. Unde dicit[Inſufflauit.] Simile hẽtur Geñ.1. Inſpirauit in faciẽ ei⁹ ſpiracu lũ vite:qđ prim⁹ hõ deprauauit.ſ.vite nãlis:ſed h̓ chr̄s repauit dãdo ſpm̃ ſcm̃. Nec eſt intelligẽdum ꝙ hĩ⁹ flat⁹ chr̄i fuerit ſpũs ſcũs:ſed ſignũ ei⁹. Uñ Aug⁹ dicit.4.de trini. Flatus ille corporeus ſuba ſpũs ſci nõ fuit ſed demõſtratio per cõgruã ſigni ficationẽ:nõ tñ a pr̄e:ſed ẽt a filio ꝓcedere ſpiritũ ſcm̃. ❡ Notãdũ ãt ꝙ ſup chr̄m ſpũs ſcũs miſſus eſt. Primo q̄dẽ in colũbe ſpecie ĩ baptiſmo.ſupra 3. Et in ſpecie nubis. in trãſfiguratione. Mat.17. Cuius rõ eſt:quia gratia chr̄i:que dat̓ per ſpiritũ ſanctũ deriuanda erat ad nos per propagationẽ gr̄e in ſacramẽtis:ꝛ ſic deſcendit in ſpecie colũbe in baptiſmo:que eſt animal fecũdũ. Et per doctri nã. Et ſic deſcendit in nube lucida. Unde ꝛ ibi oſtẽ ditur doctor. Unde dicit. Ipſum audite. Sup apo ſtolos autẽ primo deſcendit in flatu ad deſignan dam propagationẽ in ſacramentis cuius ipſi mi⸗niſtri erant. Unde dicit. Quorũ remiſeritis pecca⸗ta ꝛc̃. Mat.ultimo. Euntes baptiſate eos in noĩe patris ꝛc̃. Secũdo v̓o in igneis linguis ad ſignifi candã ꝓpagationẽ gr̄e per doctrinã. Unde dicit̓ Act.1.ꝙ poſtq̄ repleti ſunt ſapĩe ſtatim ceperunt loqui. ❡ Secũdo ponit datiõis uerba dicẽs[Ac cipite ſpiritũ ſanctũ.] ❡ Sꝫ nũquid hic acceperũt ſpiritũ ſanctũ? Uidetur ꝙ nõ. Quia cũ nõdũ aſcẽ diſſet in altũ non debuit dona dare hoĩb⁹. ❡ Et quidẽ ſm Criſoſtomũ. Quidã dicunt:ꝙ chriſtus nõ dedit eis hic ſpiritũ ſcm̃:ſed ꝑ̃parauit eos ad dationẽ futurã in penthecoſtẽ. Et mouent̓ ad h̓: qđ Dañ.10.dicit̓:ꝙ nõ potuit ſuſtiere viſionẽ an geli vñ iſti niſi preparati potuiſſent ſuſtinere ſpiri⸗tus ſancti aduetũ. ❡ Sed tñ ipſe Criſo⁹ dicit ſpiri tus ſcũs dat⁹ fuit hic diſcipulis:nõ coĩter ad oĩa: ſed ad aliquẽ effectũ.ſ.ad dimittendũ pctã. Sicut Mat.10.ad faciẽdũ miracula. Aug⁹ aũt ꝛ Grego⁹ dicũt ꝙ ſpũs ſcũs hꝫ duo ꝑ̃cepta dilectiõis dei ꝛ ꝓximi. Et iõ primo dat⁹ fuit in terra ad deſignan dũ ꝑ̃ceptũ dilectiõis ꝓximi.2⁰ de celo ad deſignã dũ ꝑ̃ceptũ dilectiõis dei. ❡ 3⁰ ponit̓ datiõis fruct⁹ [Quoꝝ remiſeritis ꝛc̃.]ꝙ ꝯueniẽs effect⁹ eſt ſpũs ſci.ſ.remiſſio pctõꝝ. Nã ipe charitas eſt:ꝛ ꝑ eũ no bis dat̓ charitas. Rõ.5. Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹ nr̃is. Remiſſio ãt pctõꝝ nõ ſit niſi ꝑ cha ritatẽ. Quia prouẽ.10.vniũſa delicta opit charitas ꝑ̃⁹ Petri.4. Charitas opit m̄ltitudo pctõꝝ. ❡ Hic ergo ꝑ̃ q̄rit̓ de h̓ qđ dic[Quoꝝ remiſeritis pctã.] cũ ſolus de⁹ pctã remittat. ❡ Ad h̓ aliq̄ dicũt:ꝙ ſolus de⁹ culpã:ſꝫ ſacerdos abſoluit tm̃ a reatu pe ne:ꝛ denũciat eũ abſolutũ a macula culpe. ❡ Sꝫ h̓ nõ eſt uerũ. Nã ſacr̄m pnĩe cũ ſit ſacr̄m noue le⸗gis ꝯfert gr̄am:ſicut ꝛ in baptiſmo ꝯfert.ſꝫ in ba ptiſmo ſacerdos baptiſat inſtrumẽtalr̓:ꝛ tñ con⸗fert gr̄aꝫ. Ergo ſilr̓ in ſacr̄o pnĩe ſacramẽtalr̓ ꝛ mi niſtralr̓ abſoluit a pena ꝛ a culpa:inq̄tũ dat ſacra mẽtũ in quo pctã dimittũt̓. Qđ ãt dr̄ ꝙ ſolus de us pctã dimittit uerũ eſt auctoritate. Sic etiã ſolus de⁹ baptiſat:ſꝫ ſacerdos miſterio(ut dictuꝫ eſt.) ❡ Itẽ q̄rit̓ de h̓ qđ dicit.[Accipite ſpm̃ ſcm̃ ꝛc̃.] Uidet̓ ḡ ꝙ q̄ nõ hꝫ ſpm̃ ſcm̃ nõ poſſit pctã dimit tẽ. ❡ Ad quod dicendum ꝙ ſi remiſſio peccato⸗rum eſſet proprium opus ſacerdotis.i.ꝙ ex ſua virtute hoc faceret:nõ utiq̄ poſſet ſanctificare ni⸗ſi ſanctus.(Remiſſio autem peccatorũ eſt propri⸗um opus dei qui ꝓpria virtute ꝛ auctoritate pec cata dimittit.)Sacerdotis autẽ non eſt niſi ſicut inſtrumenti. Sicut ergo dominus per ſeruũ ꝛ mi niſtrũ ſuũ:ſiue ſit bonus ſiue malus poteſt facere uoluntatem ſuam ad exequendum aliqua:Ita ꝛ dominus per miniſtros:etiam ſi mali ſint poteſt ſacramenta conferre:in quibus dat̓ gratia. ❡ Itẽ q̄re ad hoc qđ dr̄[Quorũ remiſeritis pctã remit tunt̓ eis.] ❡ Ad quod dicẽdũ eſt ꝙ(ſic dictũ eſt) Sacerdos ĩ ſacris agit ſicut miſter dei. ꝑ̃me Coꝝ.4. Sic nos exiſtiet homo:ut miniſtros chr̄i:ꝛ diſ⸗

Margin notes (right): Queſtio. — Reſpõſio. — Improbatio reſponſionis — Queſtio. — Reſponſio.

penſatores miſterioꝝ dei. Eodē ḡ mō: q̄ deꝰ remit
tit ꝛ retīet pctā: ſil' ꝛ ſacerdos. Remittit āt deꝰ pctā
largiēdo grāz: ſꝫ dr̄ retīnē nō largiēdo eā pp ipedi
mētū ex pte recipiētis. ſic ꝛ miſter remittit pctā in-
q̄ꝫtū ipēdit ſacm̄ eccl'ie. Et retinet in q̄ꝫtū aliquos
indignos oñdit a ſacramentoꝝ receptione.

Deꝰ remittit pctā largiēdo grām: retinet aūt: nō largiēdo eā. ſil' ſacerdos.

LEC. V.

Thomas āt vnꝰ ex duodecim q dr̄
didimꝰ nō erat cū eis qñ uēit ieſus.

Poſita ſaluatoris apparitiōe.
Hic agit euāgeliſta de
diſcipli dubōne. Et p̄ ponit diſcipli abñtia. 2° po-
nit ſibi fcā denūciatio ibi [Dixerūt ḡ ei alij ꝛc̄.] 3° ob
ſtinata eiꝰ dubō ibi [Ille āt dixit ꝛc̄.] Abñs āt di
ſcipulꝰ deſcribit. Pmo ex noie: q2 [Thomas] q in-
terp̄tat abyſſus ſiue geminꝰ. In abyſſo āt duo
ſūt. ſ. pfūditas ꝛ obſcuritas. Abyſſus ḡ thomas
obſcuritate īfidelitatis quā hꝫ ex ſe. Itē abyſ-
ſus ex pfūditate miſatiōis quā hꝫ a chr̄o. vñ de h
dr̄ in ps. Abyſſus pfūditatis. ſ. chr̄s. Abyſſum ob
ſcuritatis. ſ. Thomā inocat miſerando. ꝛ abyſſus
obſtinatiōis. ſ. thomas abyſſū pfūditatis. ſ. chr̄m
inocat ꝯfitēdo. 2° ex dignitate: q2 vnꝰ ex duodecī
nō q tūc. 12. eēnt: q2 iā Iudas iterierat. Mat. 27. ſꝫ
dr̄ vnꝰ de duodecim: q2 erat electꝰ ad eā dignitatē:
quā deꝰ ſacrañat duodenario nūo. Mat. 10. Elegit
12. q̄s ꝛ aplos noiauit. Et hūc nūm deꝰ uoluit ſp eē
itegrū. Tertio ex interp̄tatiōe [Qui dr̄ didimꝰ.]
Thomas eni ē nomē ſyrū: uel hebreū: ꝛ hꝫ du-
as iterp̄tatiōes. ſ. geminꝰ ꝛ abyſſus. Geminꝰ aūt
latine grece dr̄ didimꝰ. Et iō: q2 Ioānes in greco
ſcripſit euāgeliū poſuit [didimꝰ.] Dr̄ āt geminꝰ q2
forte fuit de tribu Beniamin: in q̄ alig uocabant
gemini. Ul' ēt oēs. Ul' pōt h referri ad eiꝰ dubitati
onē: q2 q certꝰ eſt firmatꝰ eſt in vnā ptē: ſꝫ q dubitat
accipit vnā ptē cū formidie alteriꝰ. Iſte ḡ Tho
mas [nō erat cū eis.] ſ. diſcipulis [qñ uenit ieſus.]
Tardꝰ eni rediit q̄ꝫ alij q de die diſpſi erāt. Et ſic
emiſit ſolatiū dñice viſiōis pacis eulogiū: ꝛ ſcī ſpi
ritꝰ afflatū. Inſtruimur āt p h a ſocietate ſepari
nō debere. Heb. 10. Nō deſerētes collectionē nr̄az:
ſicē ꝯſuetudis qbuſdā. Sꝫ (ut Gregꝰ dic̄) nō h ca
ſu: ſꝫ dīna geſtū ē uolūtate ut electꝰ diſcipulus tunc
deeſſet: ſꝫ dīne pietatis diſpēſatiōe: ut. ſ. diſcipulus
dubitās dñi in magno ſuo vulnera palparet car-
nis: in nob vulnera ſanaret īfidelitatis. Uñ ī h ap
parēt potiſſima ſigna altiſſime pietatis dei. Et p̄ in
h q itm̄ diligit genꝰ hūanū: q aliqñ pmittit aliq̄s
tribulatiōes fieri electis ſuis: ut īde aliqd bonum
hūano gn̄i ꝓueniat. Propt h eni aplos: ꝓphas ꝛ
ſcōs martyres pmiſit affligi. Oſee. 6. Propter hoc
dolaui ī ꝓphis occidi eos ī v̄bis oris mei. 2. Cor.
1. Siue tribulamur pro ur̄a exhortatiōe ꝛ ſalute: ſi
ue ꝯſolamur pro ur̄a cōſolatiōe q̄ opat' tolerātiā
earūdē paſſionū: q̄s ꝛ nos patimur. Sꝫ qd adhuc
mirabiliꝰ ē pmittit aliquē ſcm̄ labi in pctm̄ pp in
ſtructionē. Uel q̄d eni pmiſit aliq̄s ſcōs ꝛ iuſtos vi
ros ḡuit peccaſſe: ſic q Dauid adult' fuit ꝛ homi
cida: niſi q ex h īſtructi cautiores ſimꝰ ꝛ hūiliores.
Ut q ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Et q cecidit
curet ut reſurgat. Uñ Ambroſiꝰ dixit Theodoſio
īpatori. Secutꝰ es errātē: ſeq ſtudeas penitētē. Et
iō dic̄ Gregꝰ q plus ꝓfuit nob thome īfidelitas ad
fidē q̄ꝫ fides credētiū diſcipuloꝝ. Conr̄ cū dic̄.

Thomas iterpretatur abyſſus uel geminꝰ. In abyſſo duo ſūt. ſ. obſcuritas ꝛ pfunditas.

Thomas eſt nomē ſyrum uel hebreū. Geminꝰ latine grece dr̄ didimꝰ. Certꝰ ē ille q iā firmatꝰ eſt in vnā ptē. Dubius aūt eſt q vnā ptē accipit cū formidie alteriꝰ.

Dixerūt ergo ei alij diſcipuli. Uidimꝰ dñz

Ponit denūciationē: q2 ſtatim nō uenit thomas
[Dixerūt āt alij diſcipuli. Uidimꝰ dñm.] Et h ē ex
ordinatiōe dīna: ut qd vnꝰ accipit adeo cōicet alijs
p̄ Pet. 4. Unuſq̄ſq̄ grāz quā accepit ꝛc̄. Et Iſa. 22.
Que audiui a dño exercituū ꝛc̄. Gen. 32. Uidi dñz
ꝛ ſalua. ꝛc̄. Cōſequēter cū dicit.

Ille āt dixit eis. Niſi videro in manibꝰ eiꝰ
fixurā clauoꝝ: ꝛ mittā digitū meū in locū cla
uoꝝ: ꝛ mittā manū meā in latꝰ eiꝰ nō credā.

Ponit obſtinata thome dubitatio. Et qdē ſatis
fuiſſet excuſabilis: q nō ſtatī credidit: q2 (ut dicit
Ecc̄. 18.) Qui cito credit leuis eſt corde. Sꝫ mltū in
ueſtigare pſeruꝫ ubi de ſecretis dei agit' groſſities
mētis ē. Prou. 25. Sic̄ q mel mltū comedit nō eſt
ei bonū: ſic q pſcrutator eſt maieſtatis opp̄met' a
glia. Ecc̄. 3. Altiora te ne queſieris: ꝛ fortiora te ne
ſcrutatꝰ fueris. Sꝫ q̄ p̄cepit deꝰ tibi: illa cogita ſp: ꝛ
in plurībꝰ opibꝰ eiꝰ ne fueris curioſus. Circa Tho
mā cōſiderādū ē: q durus fuit ad credēdū ꝛ irrō-
nabilis ad petēdū. Durꝰ qdē q2 noluit credere ni-
ſi ſenſibili argumēto: ꝛ nō tm̄ vniꝰ ſenſus ſꝫ duoꝝ
ſ. viſus [Quia niſi videro ꝛc̄.] ꝛ tactꝰ [ꝛ mittā ma
nū ꝛc̄.] Irrōnabilis v̄o fuit: q2 petebat vulnera vi
dere ad cōprobōnē fidei. Cū maiꝰ videret. ſ. totius
hoīs reſuſcitati repationē. Et ſꝫ h thomas pp ſui
dubietatē diceret: tñ h dixitꝰ ſcm̄ ē pp nr̄az utilita
tē ꝛ edificationē. Certū ē eni: q qui ſe totū hoiēꝫ re
parauit reſurgēdo: potuit ēt vulnerū cicatrices ex
tergere: ſed ſeruate ſūt ꝓpter noſtrā utilitatem.

Et poſt dies octo iterū erāt diſcipu
li eiꝰ intꝰ ꝛ thomas cū eis. uenit ie
ſus ianuis clauſis: ꝛ ſtetit in medio
ꝛ dixit eis. Pax uobis.

LE. VI.

Hic agit de 2° appitiōe dñica: q̄ appuit oībꝰ
diſcipulis pñte Thoma. Et p̄ ponit chr̄i
appitionē: 2° diſcipuli cōfirmationē ibi [Deide di
cit thome ꝛc̄.] 3° coꝝ q̄ dicta ſūt in euāgelio reca-
pitulationē ibi [Multa qdē ꝛ alia ſigna ꝛc̄.] Circa
p̄mū tria facit. Pmo deſcribit appitiōis tp̄s. 2° ma
nifeſtat pſonas qbꝰ appuit. 3° modū appitiōis oñ
dit. Tp̄s qdē: q2 [poſt dies octo.] ſ. a die reſur
rectiōis dñice: in cuiꝰ ſero facta fuit p̄ma appitio.
Cuiꝰ qdē vna rō litalis ē: ut oñderet euāgeliſta q
ſꝫ chr̄s pluries appuiſſet diſcipulis: nō tm̄ ꝯtinue
ꝯuerſatꝰ ē cū eis: cū nō ad eūdē viuēdi modū ſur
rexerit: ſic̄ nec nos ad eādē vitā reſurgemꝰ. Iob
14. Cūctis diebꝰ qbꝰ nūc militō expecto donec ue
niat īmutatio mea. 2° ut thomas iterū audiēs a di
ſcipulis appitionē p̄cedētē accēdat' ad maiꝰ deſide
riū: ꝛ fidelior fieret ad credēdū. Alia rō myſtica
ē: q2 hꝰ appitio illā dſignat: q̄ nob appebit ī glīa
1. Io. 3. Cū appuerit ſiles ei erimꝰ ꝛc̄. Que qdē ap
paritio erit in octaua etate reſurgētiū. Quibꝰ āt
appuit oñdit ſbdēs [Iterū erāt diſcipuli eiꝰ intꝰ ꝛ
thomas cū eis.] Ubi notādum q thomas ſolus
hac appitiōe idigebat: nō tm̄ ei ſingꝰ dñs appuit
ſꝫ in ꝯgregatione exñti ad deſignādū: q ſingulari-
tates nō ſūt mltū d̄o accepte: ſꝫ hi q in coitate cha
ritatis exiſtūt. Mat. 18. Ubi fuerit duo ul' tres con
gregati ꝛc̄. Silr ēt hi qbꝰ nūc appet nō ſūt collecti
ſiml' in vnū: ſic nec in ipa appitiōe ſiml' oēs fuerit:
ſꝫ ī futura ſil' oēs erūt: ita q nullus deerit. Mat. 24
Ubi fuerit corpus ꝯgregabunt' ꝛ agle. Et. ī. Mit-
tet angelos ſuos cū tuba ꝛ uoce magna: ꝛ ꝯgrega
būt electos eiꝰ a q̄tuor uētis a ſūmis celoꝝ uſq̄ ad
terminos eoꝝ. Modꝫ āt appendi oñdit dicēs

Rō myſtica.

[Uenit iesus ianuis clausis τ stetit in medio τ dixit τc.] Quod supra ē expositū. Nihilomin⁹ tñ ponit circa h̄ tria. Nā p̄ ponit modū ueniēdi: qꝛ [ianuis clausis:] qd̄ miraculose fcm̄ est (ut dicit Aug⁹) ea virtute: qua supra mare siccis pedib⁹ ābulauit. 2° modū stādi: [qꝛ in medio] ut ab oib⁹ videret: τ decebat ut in medio staret. ¶ Tertio modū loquēdi qꝛ [Pax uobis.] s. recōciliatiōis: quā annunciauit facta ad deū. Ro. 5. Recōciliati sum⁹ deo p̄ mortē filij ei⁹. Col. 1. Pacificās per sanguinē crucis ei⁹: siue que in celis: siue que in terris sūt. Itē eternitatis τ imortalitatis futurā: quā pmisit eis habituram. Ps. Qui posuit fines tuos pacē. Itē charitatis τ vnitatis: quā p̄cepit eis suadā. Mat. 9. Pacem habete inter uos.

¶ Deinde dicit Thome. Infer digitū tuū huc: τ vide man⁹ meas: τ affer manū tuā τ mitte in latus meum: τ noli esse incredulus sed fidelis.

¶ Hic ponit cōfirmatio τ reuocatio discipuli dubitātis. In quo appet fm̄ signū diuine pietatis q̄ electis suis in casu cito subuenit: lz cadāt. Cadunt eni electi aliqñ: sicut τ reprobi: sz differēter: qꝛ reprobi frāgūtur. Electus vō cito dñs supponit manū suā: ut resurgāt. ps. Cū ceciderit iust⁹ nō collidetur: qꝛ dñs supponit manū suā. Itē. Si dicebam mot⁹ est pes me⁹: mīa tua τc. Et iō statī supponit thome lapso manū: ita ut cū diceret. Nisi videro nō credā. Reuocat dicēs [Infer digitū tuū huc.] Et circa h̄ tria ponūtur. Prio cicatricū exhibitio. 2° thome ꝯfessio ibi [Rñdit thomas τc.] 3° tarditatis ei⁹ rep̄hēsio ibi [Quia vidisti me τc.] ¶ Notādū āt circa pmū q̄ Thomas petijt cōditiones: ut crederet. s. videre τ palpare cicatrices (ut dictū ē.) Ut si h̄ sibi fieret, pmisit se crediturū. Et iō dñs cū hic diceret pñtia sue diuinitatis assistēs: seruatis illis cōditiōib⁹ reuocat eū. Uñ p̄ exhibet cōditiōes. 2° petit pmissi solutionē ibi [Noli eē in. τc.] Cōditio fuit palpare cicatrices. Et iō dicit [Infer digitū tuū.] ¶ Sz hic orit dubitatio: qꝛ i corpib⁹ glificatis nullus pōt eē defect⁹. Cicatrices āt sūt defect⁹ gdā. Quō ḡ fuerunt in corpe chr̄i? ¶ Ad h̄ rñdet Aug⁹ in libro de symbolo sic dicēs. Posset āt de corpe suscitato τ glificato oēm maculā cuiuslibet cicatricis in suo corpe abstergē. Sz sciebat q̄re cicatrices in suo corpe suaret. Prio qdē ut demonstraret Thome nō credēti: nisi tāgeret τ videret. Deide vō ad exprobrādū infidelib⁹ τ pctōrib⁹ in iudicio. Nō ut eis dicat sicut thome. Quia vidisti me credidisti. Sz ut ꝯuincēs eos dicat. Ecce hoiez quē crucifixistis. videte vulnera que isixistis: agnoscite lat⁹ qd̄ pupugistis: qm̄ τ p̄p̄ uos aptū ē: nec tñ itrare uoluistis. ¶ Iuxta h̄ ēt q̄rit utrū in corpib⁹ martyrū remaneāt uestigia vulnerū? ¶ Sz ad h̄ similit̄ rñdet Aug⁹ 22. de ci. dei: q̄ remanebūt gdez. nō ad turpitudinē: sz ad imēsum decorē sic dicēs. Nō h̄ in eis deformitas: sz dignitas erit: τ qdē in corpe non corpis: sz v̄tutis pulchritudo fulgebit. Nec iō tñ si aliq̄ martyrib⁹ amputata uł ablata sūt mēbra: sine ipsis mēbris erūt in resurrectiōe mortuoꝝ: qb⁹ dictū ē. Capillus de capite uřo nō pibit sz ubi mēbra: ut p̄cidētur pcussa sūt uł secta: ibi cicatrices: sz in eisdē mēbris redditis: nō pditis apparebūt. ¶ Sz fm̄ Greg. Cū qd̄ icorruptibile est palpari nō possit. Quō dñs corpus suū qd̄ icorruptibile erat palpādum p̄buit? Ro. 6. Chr̄s resurgēs ex mortuis iā nō morit. ¶ Uñ hac rōne motus Euthici⁹ heretic⁹ dixit: q̄ corp⁹ chr̄i τ corpora oiuz resurgētiū nō erūt palpabilia: sz subtilia τ spiritualia ad modū uēti: τ spūuz. ¶ Sz qꝛ h̄ ē ꝯ illd̄ qd̄ dñs dic̄ Luc. ultio. Palpate τ videte: qꝛ spūs carnē τ ossa nō hz. Incorruptibilē ḡ τ palpabilē se dñs demōstrauit: ut ondēret corp⁹ suū eē post resurrectionē eiusdē nāe q̄ fuerat corruptibile: τ induerat icorruptionē. p⁹ Cor. 3. Et alteri⁹ glie: qꝛ qd̄ grossū τ ignobile fuerat surrexit in glia: τ subtile per effectū spūalis potētie. Sz addit [Et vide man⁹] que pepēderūt in cruce [Et mitte in lat⁹] lācea pforatū: τ cognosce me illū eudē eē: qui pepēdit in cruce. ¶ Mystice aūt per digitū discretio designat: per man⁹ opus nřm. Modū ḡ τ digitū τ manus in lat⁹ suū mittere: ut qcqd nobis est discretionis: τ opis in chr̄i fauinū expēdam⁹. Galat. ultimo. Mihi āt absit gliari nisi in cruce dñi τc. ¶ Et petit pmissi solutionē dicēs [Et noli eē icredulus sz fidelis.] Apoc. 2. Esto fidelis usq3 ad mortē. ¶ Cōsequēter cum dicit.

¶ Respondit Thomas τ dixit. Dñs meus τ deus meus.

¶ Ponit Thome cōfessio. Ubi apparet q̄ statim fact⁹ est Thomas bon⁹ theologus uerā fidē cōfitēdo: Quia hūanitatis chr̄i: cū dic̄ [Dñs me⁹.] Sic eni uocabāt eū ante passionē. s̄. 14. Uos uocatis me magr̄ τ dñe. ¶ Itē diuinitatis: qꝛ [Deus me⁹.] Ante eni nō uocabāt eū deū: nisi q̄ petrus dixit Mat. 16. Tu es chr̄s fili⁹ dei viui. p⁹ Jo. ulti. Hic est uerus de⁹ τ vita eterna. ps. De⁹ de⁹ me⁹: τ ꝯfitebor τc. ¶ Tarditatē āt thome dñs arguit dicēs.

¶ Dicit ei iesus. qꝛ vidisti me thōa credidisti

¶ Et p̄ rep̄hēdit ei⁹ tarditatē. 2° cōmēdat alioꝝ ad credēdū facilitatē ibi [Bti q nō viderūt τ crediderūt.] ¶ Dic̄ ḡ [Quia vidisti me.] ¶ Ubi ē vna dubitatio: qꝛ cū fides sit sūba sperādarū rerū argumētū nō apparentiū (ut d̄r heb. 11.) Quō hic dñs chr̄s dicit. [Quia vidisti me credidisti.] ¶ Sed dicēdū q̄ aliud vidit: τ aliud credidit. Uidit hoiem τ cicatrices τ ex h̄ credidit diuinitatē resurgētis. ¶ Sz 2° dubiū ē: qꝛ thome petēti. Nisi videro τ tetigero. De⁹ utrūq3 exhibuit. s. tactū τ visū. ḡ debuit dicē: qꝛ vidisti tetigisti τ credidisti. ¶ Rñ° dōm fz Augm̄ q̄ sensu visus utimur pro quolibet sensu. dicim⁹ eni vide quō calet q̄mō sonat q̄mō sapit q̄mō redolet. Dic̄ ḡ ifer digitū tuū huc τ vide. Nūqd in digito sit visus? Sz d̄r q̄si tāge: τ experiri: ita τ hic. [Quia vidisti me.] i. qꝛ exp̄t⁹ es ēt p tactū. ¶ Uł dicēdū q̄ thomas vidēs vulnera: τ cicatrices confusus est in seipo: τ anteq̄3 ponet digitū credidit τ dixit [Dñs me⁹ τ de⁹ me⁹.] Sz tñ Greg⁹ dicit q̄ tetigit τ ad visuz ꝯfessus est. ¶ Cōsequenter cū dicit.

¶ Beati qui nō viderūt τ crediderunt.

¶ Cōmēdat facilitatē alioꝝ ad credēdū: Et h̄ spālit̄ ad nos ptinet. Utit āt p̄terito pro futuro p̄p̄ certitudinē. ¶ Sz ꝯ h̄ Luc. 10. d̄r. Bti oculi q vidērūt q̄ uos videtis. Ergo magis bti q viderūt q̄3 q nō viderūt. ¶ Rñ° q̄ duplex ē btitudo. vna ē rei q ꝯsistit in munē dino de q̄ q̄to alicui plus ꝯcedit tāto beatior ē. Et sic q̄tū ad h̄ bti sūt oculi q vidēt qꝛ h̄ est mun⁹ grē. Alia est btitudo spei que cōsistit in merito. Uñ fm̄ hāc tāto qs est beatior: q̄to potest plus mereri. Plus aūt merer̄ qui credit τ non

Diffa casus reproboꝝ τ electorum.

Dubitatio.

S^m Aug.

Dubitatio.

S^m Aug.

Dictū Aug.

Questio.

Euthicij heretici opinio dicētis corp⁹ chr̄i τ oiuz resurgētiū non eē palpabilia sed subtilia ad modū uenti τ spirituū

Expō mistica

Dubitatio.

Responsio.

Dubitatio.

Rñsio Aug.

Alia respōsio

Dubitatio.

Responsio. Beatitudo ē duplex.

vidit: q̃ qui vidēs credit.

¶ Multa quidē ⁊ alia ſigna fecit ieſus in cōſpectu diſcipulorū ſuoꝝ que nō ſunt ſcripta in libro hoc. Hec aūt ſcripta ſūt ut credatis quia ieſus eſt filius dei: ⁊ ut credentes vitam habeatis in nomine eius.

¶ Hic ponit epilogus. Et p̄rio ponit inſufficientia hui⁹ ſcripture. 2° ei⁹ utilitas ibi [Hec aūt ſcripta ſūt ut credatis ⁊c̃.] ¶ Inſufficiētia quidē appet: qa Multa ⁊ alia fecit ieſus ſigna: ⁊ facta [que nō ſūt ſcripta in libro h.] Job. 26. Ecce hec ex pte dicta ſūt viarū ei⁹ ⁊c̃. Ecc. 43. Multa ſūt abſcōdita maiora his (pauca eni vidim⁹ ei⁹.) Sed ſm Criſo.ᵐ h̄ iō dicit. q: pauciora miracula narrat Joānes q̃ alij euāgeliſte. Et iō ne videret ea negare dicit h: Et iō ſpāliter ſubdit [Que nō ſūt ſcripta in libro hoc.] ¶ Uel h referī ad paſſionē ⁊ reſurrectionē: q̄ſi mlta oſtēſiua ſue reſurrectiōis poſt reſurrectionē fecit in ꝯſpectu diſcipuloꝝ: que nō oñdit alijs. Act. 10. Dedit eū manifeſtū fieri nō oī pplo: ſ; teſtib⁹ p̄ordinatis a deo. Ponit ⁊ hui⁹ utilitas: q: eſt fect⁹ fidei. Quia [Hec ſcripta ſūt ut credatis: q: ieſus eſt chr̄s fili⁹ dei: ⁊ ut credētes vitā hēatis in nomine ei⁹.] Ad h eni eſt tota ſcriptura noui ⁊ veteris teſti. ꝑs. In capite libri ſcriptum eſt de me. ō. 5 Scrutamini ſcripturas: qm̄ ip̄e ſūt que teſtimonium p̄hibēt de me. ¶ Itē fruct⁹ vite: qa [ut credentes vitā hēatis.] Hic vitā iuſtitie que hētur per fidē. Abac. 1. Juſt⁹ aūt me⁹ ex fide viuit: ⁊ in futuro vitā ſpei: que hētur per gl̃iaz ⁊ [in noīe ei⁹.] ſ. chr̄i. Act. 10. Nō ē aliud nomen ſub celo in q̄ oportcat ſaluos fieri.

L E. I. 21. c.

Poſtea manifeſtauit ſe iteruz ieſus ad mare tyberiadis.

POſitis duab⁹ appitiōib⁹ chr̄i ad diſcipulos. Hic ponit euāgeliſta tertiā appitionē. Et ſi ordinē ⁊ finē harū appitionū cōſiderem⁹: patet q̄ in p̄ma oſtendit ſue diuinitatis auctoritatē ſpiritū ſanctū ibi inſufflādo. In ſecūda pſone idētitatē cicatrices oſtēdēdo. In tertia nature reſurgētis vitatē cū eis comedēdo. Diuidit aūt hec ps in duas. In p̄ma oſtēdit qd coīter diſcipulis plurib⁹ dñs exhibuit. In ſecūda qd ſpāliter duob⁹ p̄dilectis ibi [cū ergo p̄ādiſſent ⁊c̃.] Circa p̄mū p̄mo ponit appitionis titulus. Secūdo appitionis modus ibi [Manifeſtauit aūt ſic ⁊c̃.] Tertio appitionis epilogus ibi [Hoc iā tertio.] ¶ In titulo aūt tria deſignant. ſ. tēpus: modus: ⁊ locus. ¶ Tēpus qdē: qa [poſtea.] i. poſt predicta. Qd̄ ſignāter dicit. Quia (ut dictū eſt) nō cōtinue erat cū eis: ſed per vices eis appebat. Cui⁹ rō eſt: qa nō ſurrexerat ad eādē vitā ſed ad gl̃ioſam: in qua ſunt angeli ⁊ erūt beati. Dan. 2. Exceptis dijs. i. angelis: quoꝝ cōuerſatio nō eſt cū hominibus.

Dubitatio

¶ Sed cū ſupra fecerit quādā cōcluſionē dicens. Hec aūt ſcripta ſunt. Quare addit hic hāc narrationē. ¶ Ad hoc Aug.ᵐ aſſignat rōnē myſticam. Per hanc eni͂ appitionē ſignificat gl̃ia future vite: qn̄ nobis appebit ſicuti eſt. Et iō poſt finē hāc poſuit: ut faceret euidētiorē locū: quo illā daret itelligi.

Rn̄ſio Aug. myſtica.

¶ Modū v̄o ponit: qa [manifeſtauit ſe ⁊c̃.] In natura eni corpis gl̃oſi eſt: ⁊ v̄tut⁹: ut poſſit videri: ⁊ nō videri (ut̄ vult) a corpe nō gl̃oſo: ⁊ iō dicit. [Manifeſtauit.] i. ſe viſibilē p̄buit. In hoc etiā mō dī appere: qd̄ idē eſt q̄ manifeſtari. Act. 1. Per

De nā corpis gl̃oſi ē ut poſſit videri ⁊ nō videri: ut vult

dies quadraginta apparēs eis. Naz (ut Ambroſi⁹ dicit.) Id appetinet cui⁹ ptāte eſt videri ⁊ nō videri. ¶ Locus aūt eſt [ad mare tyberiadis.] qd̄ ē mare galilee: ſ; tyberiadis dī a tyberiade ciuitate edificata in honorē Tyberij Ceſaris. Ponit autē hoc euāgeliſta. Primo qdē ut oſtēdat cōpletā eē promiſſionē factā diſcipulis Mat. 27. Precedet vos ī galileā. Secūdo ut oſtēdat qm̄ dñs plurimū timorē de cordib⁹ diſcipuloꝝ abſtulerat: ut de reliquo iā nō in domo manerēt icluſi: ſed lōge p̄cedunt uſq̄ in galileā. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Manifeſtauit aūt ſic. Erāt ſimul ſimon petrus ⁊ thomas qui dicitur didymus ⁊ nathanael qui erat a chana galilee: ⁊ filij zebedei: ⁊ alij ex diſcipulis eius duo.

¶ Ponit ipſa appitio. Et p̄mo ponunt pſone quibus facta eſt. Secūdo ipſarū pſonarū officium ibi [Dicit eis ſimon petrus ⁊c̃.] Tertio apparitionis modū ibi [Mane aūt facto ⁊c̃.] Perſone aūt qb⁹ ſe manifeſtauit ſunt ſeptē. Un̄ dicit [Erāt aūt ſimul ſimon petrus] qui negauerat. [⁊ Thomas qui dī didymus.] qui in p̄ma appitione nō fuerat. [⁊ nathanael qui erat a chana galilee.] qui (ut credit) frr̄ philippi erat. de quo ſupra. 2. [Et filij zebedei.] ſ. iacob⁹ ⁊ ioānes. [⁊ alij ex diſcipulis eius duo.] qui nō expſſe noīant. ¶ Per hūc autē numerū myſtice ſignificat future gl̃ie appitio que erat poſt ſeptimā etatē. ſ. in octaua que eſt reſurgētiū. Iſa. ultio. Erit mēſis ex mēſe: ⁊ ſabbatū ex ſabbato: ⁊ veniet oīs caro ut adoret corā facie mea. ¶ Officium aūt quo occupati erāt eſt piſcationis. Unde dicit.

Per ſeptenarium numerū apoſtoloꝝ qb⁹ chr̄s apparuit ſignificatur future glie apparitio.

¶ Dicit eis ſimon petrus. Uado piſcari. Dicūt ei. Uenim⁹ ⁊ nos tecū. Et exierūt ⁊ aſcēderūt in nauim: ⁊ illa nocte nihil p̄ēdiderūt.

¶ Et p̄o ponit petri inuitatio ad h offm̄. 2° alioꝝ aſſenſus. 3° officij executio. ¶ Inuitat qdē ad offm̄ dicēs [vado piſcari.] Per qd̄ qdē myſtice ſigr̄ p̄dicatiōis offm̄. Mat. 4. Faciā vos fieri piſcatores hoīuz. Sic g̃ dicit Petr⁹ [uado piſcari.] ¶ Per qd̄ myſtice ſigr̄ q̄ alios aſſumit in pte ſue ſolicitudinis ⁊ p̄dicatiōis. Exo. 18. Leu⁹ ubi ſit ptio in alios honore. ¶ S; ō Luc. 9. Nemo mittēs manuz ſuā ad aratrū ⁊c̃. Cōſtat āt q̄ petr⁹ dimiſerat piſcationē: qnō g̃ redijt ⁊ reſpexerat retro ⁊c̃. ¶ Rn̄ ſ; Aug.ᵐ Si rediſſet ad offm̄ piſcatiōis ante reſurrectionē chr̄i ⁊ vulnerū inſpectionē: putarem⁹ eū ex deſpatiōe hoc feciſſe. Nūc v̄o poſt eū ſibi de ſepulchro reditū viuū: poſt inſpecta vulnerum loca: ⁊ acceptū ei⁹ inſufflatiōe ſpm̄ ſcm̄: facti ſūt ſicut fuerāt piſciū piſcatores. ¶ Per qd̄ dat intelligi q̄ p̄dicator pōt ex arte ſua licita victū neceſſariū q̄rere ſui apl̃at⁹ integritate ſeruata: ſi aliūde nō hēat. Si eni btūs Paulus ut alios nō grauaret artē quam nō nouerat didicit: ut ſibi neceſſariuz acqreret victū: q̃to magis Petrus de arte ſua licita potuit h facere? ¶ S; dicit q̄ h eſt faciēdū qn̄ nō h; aliunde. S; ꝯſtat q̄ ſp h; ⁊ hūit: q: dñs pmiſit dicens. Querite p̄mū regnū dei ⁊ hec oīa adijcient vobis. ſ. neceſſaria. ¶ Ad qd̄ dicēdū eſt q̄ verū eſt q̄ adijciunt: ſ; nobis coopantib⁹. Et iō dñs petro cooperāte h iplevit. Nā qs ali⁹ piſces qui caperent appoſuit niſi ip̄e dñs? ¶ S; notādū ſm̄ Gre. q̄ duplex eſt officium. Unuz quod occupat mētē ⁊ impedit ſpūalia: ⁊ ad tale offm̄ non eſt redeundum: nec eo procurandū victū. Sicut eſt uectigal ⁊ h⁹.

Dubitatio.

R° ſm Aug.

Predicator ex arte ſua licita victū neceſſariū querere ſui apoſtolat⁹ integritate ſeruata ſi aliūde nō hẽ querere.

Duplexē offīcii vnū occupano mētē ⁊ īpedīēs ſpūalia. aliud nō.

Un̄ Matthe[u]ū nō legim[us] rediſſe ad thelonea. Eſt aūt ⁊ aliud qd̄ ſine pctō ⁊ mētis occupatiōe exerceri pōt: ſicut eſt officiū piſcatiōis ⁊ huiuſmodi. ⁊ iō hoc negociū poſt ꝯuerſionē repetē culpa nō fuit. ¶ Aſſenſus aūt alioꝝ ponit̄ cū dicit. [Uenimus ⁊ nos tecū.] In quo dat̄ exēplū p̄dicatorib[us] ⁊ plātis ſūmo ope ad ꝯuerſionē pctoꝝ laborare. Prouer. 18. Frater qui iuuat̄ a fr̄e q̄ſi ciuitas firma. Ecc. 50. Circa illū corona fratrū q̄ſi plātatio cedri ī mōte libano. ¶ Executio vō officij ponit̄ cū dic̄ [Exierūt ⁊ aſcēderūt in nauē: ⁊ illa nocte nihil prendiderūt.] Et tāgit tria que debēt facē p̄dicatores. Primo quidē exire a peccatoꝝ cōuerſatione. 2. Coꝝ. 6. Exite de medio coꝝ. ſ. caldeoꝝ: ⁊ ſepamini dicit dn̄s: ⁊ īmūdū ne tetigeritis ⁊ ego recipiā vos. ¶ A carnalium affectiōe. Gen̄. 12. Egredē de terra tua ⁊c̄. ¶ Et a geſtis cōtēplatione. Cant. 7. Egrediamur in agrū comoremur in vineis. Mane ſurgamus ad vineas ⁊c̄. ¶ Secūdo debēt aſcēdere in nauē. i. pficere in charitate vnitatis ecclie que dr̄ nauis. 1. Petri. 3. In dieb[us] Noe cū fabricaret̄ archa in qua pauci. i. octo aīe ſalue facte ſūt p aquā. ¶ Itē in naui crucis aſſumēdo carnis mortificationē. Gal. ultimo. Mihi abſit gl'ari niſi in cruce ⁊c̄. Sap. 8. Bn̄dictum lignū per qd̄ fit iuſtitia. ¶ Tertio totalis de adiutorio chriſti fiducia. Un̄ [tota nocte illa nihil prendiderūt.] q[uia] q̄diu deeſt auxiliū diuinū: ⁊ interior p̄dicator: fruſtra laborat lingua p̄dicatoris: ſ[ed] tunc capiūt: q̄n venit lux corda illuminās. Ps. Emitte lucē tuā ⁊ veritatē tuā. Un̄ hoc mō nox dr̄ carētia diuini auxilij. Jo. 9. Uenit nox q̄n nemo pōt operari. ¶ Uel [in nocte.] i. in veteri teſtamēto. [nihil p̄endi.] Quia nō potuerūt gētes ad fidem ꝯuertē. Ro. 13. Nox p̄ceſſit. ¶ Secūdū autē Auguſtinū de nocte piſcabāt: q[uia] adhuc timidi erāt. ¶ Modus aūt approprianonis ponitur cum dicit.

¶ Mane aūt iā facto ſtetit ieſus in littore: nō tamen cognouerunt diſcipuli quia ieſus eſt.

¶ Et primo exhibet corpalē inſpectionē. Secūdo ſui cognitionē ibi [pueri nūquid ⁊c̄.] Tertio familiarē comeſtionē ibi [Dicit eis ieſus afferte ⁊c̄.] Dicit ergo [Mane aūt iā facto.] ¶ Myſtice aūt p mane itelligit̄ gl'ia reſurrectionis. Ps. Ad veſperū demorabit̄ flet[us]: ⁊ ad matutinū letitia. Itē ſtatus vite eterne. Ps. Mane aſtabo tibi. ¶ Sed cū an̄ paſſionē in ſimili miraculo nō ſteterit in littore: ſed in naui: Quare poſt paſſionē in littore ſtat? ¶ Cuius ratio eſt: q[uia] mare cōmotionē pn̄tis ſeculi ſignificat. Littus aūt eſt terminus maris. Hiere. 5. Poſuit harenā terminū mari p̄ceptū ſempiternū qd̄ nō p̄teribit. Chriſtus aūt an̄ paſſione in mari ſtetit: quia corpus mortale hēbat. Sed poſt reſurrectionē iā corruptionē carnis exceſſerat: ideo in littore ſtetit. ¶ Uel ignorātia diſcipuloꝝ eſt: [q[uia] nō cognouerūt eū: q[uia] ieſus eſt.] Per qd̄ dat̄ itelligi: q[uod] in mari huius fluctuatiōis nō poſſumus chriſti ſecreta cognoſcē. Iſa. 64. Oculus nō vidit de[us] abſq[ue] te que p̄paraſti expectātib[us] te. ¶ Conſequenter cum dicit.

¶ Dicit ergo eis ieſus. Pueri, nunquid pulmentariū habetis? Rn̄derūt ei. Nō. Dic eis Mittite in dexterā nauigij rete: ⁊ inuenietis Miſerūt ergo ⁊ iā nō ualebāt illud trahere pre multitudine piſcium.

¶ Inducit eos ad cognitionē ſuā. Et p̄mo ponit̄ reductio ad ſui cognitionē. Secūdo ordo ibi [Dic ergo diſcipulus ille ⁊c̄.] Circa p̄mū tria facit. Primo ponit̄ dn̄i inq̄ſitio de pulmēto [Pueri. Nūqd pulmētariū hētis.] Credebāt eni diſcipuli q[uod] non eēt chr̄s: ſ[ed] aliq[ui]s piſciū emptor: ⁊ iō loqt̄ eis ut emptor. ¶ Myſtice aūt a nobis pulmētū petit vn̄ reficiat̄: qd̄ eſt obediētia mādatoꝝ dei. ſup̄ 6. Me[us] cib[us] eſt: ut faciā uolūtatē ei[us] qui miſit me: ut pficiā op[us] ei[us]. [Rn̄derūt ei.] ſ. diſcipuli [Nō.] ſ. a nob[is] ip̄is Ro. 7. Nā uelle adiacet mihi: pficere aūt bonū nō inuenio. ¶ Scd̄o mādatū [Mittite in dexterā nauigij ⁊c̄.] Sed Luc̄. 13. Siſ'hēbetur factū: nō t[ame]n̄ precepit eis ut mitterēt ad dexterā: ſicut hic. Cui[us] rō ē: q[uia] per hāc ſignificat̄ piſcatio: per quā p̄deſtinati trahūtur ad vitā eternā ad quā nō introducūtur niſi filij dextere. Prou. 4. Uias que a dextris ſunt nouit dn̄s: puerſe aūt ſūt que a ſiniſtris ſunt. Ps. Dextera dn̄i fecit virtutē. In alia āt piſcatiōe ſignificabat̄ uocatio ad pn̄tē ecclīā. Et iō idifferēter ex oī pte mittit̄ rete: q[uia] capiunt̄ ⁊ trahuntur ad ip̄m de ſingul'. Luc̄. 14. Exi cito ī plateas ⁊ vicos. ¶ Cōſequēter ponit̄ obediētia diſcipuloꝝ: cū dicit [Miſerūt ergo rete.] Et effect[us] obediētie [Quia iā non valebāt illud trahere pre multitudie piſciū.] i. ſaluādoꝝ. Gen̄. 22. Benedicētur in ſemie tuo oēs gētes: q[uia] obediſti voci mee. Apoc̄. 4. Uidi turbā magnā quā dinumerare nemo poterat. ¶ Differt aūt hec piſcatio ab illa de Luca: q[uia] in illa rumpit̄ rete. Sic ecclīa ſciſſuras patit̄ per diſſenſiōes ⁊ hereſes. In iſta aūt nō rūpit̄ rete: q[uia] in futura vita nulla erit ſciſſura. Itē in illa piſces trahūtur ad nauē. In iſta aūt ad littus: q[uia] ſci qui ſūt in illa gl'ia occulti ſunt nobis. Ps. Abſcōdere eos in abſcōdito faciei tue a cōturbatione hominum.

Dixit ergo diſcipulus ille quem diligebat ieſus petro. Dn̄s eſt. Simō petrus cū audiſſet q[uia] dn̄s eſt: tunica ſuccinxit ſe. Erat enim nudus: ⁊ miſit ſe in mare. Alij aūt diſcipuli nauigio venerūt. Nō eni[m] lōge erāt a terra: ſed quaſi cubitis ducentis trahentes rete piſcium. LEC. II.

Poſita inductiōe ad cognoſcēdu[m] chr̄m que fuit multitudo piſciū captorū eis a chr̄o p̄ſtita. hic ꝯñter ponit̄ ordo recognitionis. Et p̄ ponit quō in ea ſe habuit Joānes. Secūdo quō ſe hūit Petrus. Tertio quō ſe habuerint alij diſcipuli. ¶ Joānes aūt (ut pſpicax in cognoſcēdo) ſtati[m] chr̄m cognouit. Et iō dicit Petro quē pre ceteris diligebat: ⁊ ēt q[uia] prior erat īter alios [Dn̄s eſt.] Mot[us] ad hoc ex captura piſciū. Ps. Tu dn̄aris ptāti maris. Et alibi. Oia quecūq[ue] uoluit dn̄s fecit in celo ⁊ in terra. Dicit aūt [Dn̄s eſt] q[uia] iſto noīe ſoliti erāt uocare eū. ſupra. 13. Uos uocatis me magr̄ ⁊ dn̄e. ¶ Petrus vō ponit̄ ſeruēs ad cōſequēdū: cui[us] feruor apparet. P[ri]mo q̄tu[m] ad ꝓmptitudinē. Un̄ dicit [Simō petrus cū audiſſet q[uia] dn̄s eſt ſuccinxit ſe (erat eni[m] nudus) ⁊ miſit ſe in mare. Alij aūt diſcipuli ⁊c̄. Simō petrus cū audiſſet] nō diſtulit: ſed ſtati[m] prepat ſe ad eūdū. Ecc̄. 5. Ne tardes cōuerti ad dn̄m neq[ue] differas de die in diē. ¶ Scd̄o q̄tū ad reuerētiā ei[us] ad chr̄m: q[uia] noluit nudus p[rae] pudore accedere [ſed tunica ſuccinxit ſe: erat eni[m] nudus.] ⁊ pp caliditatē terre: ⁊ pp expeditionē opis. Et per hoc datur intelligi q[uod] uenientes ad chriſtum debēt exuere veterē hoīem ⁊ induere nouū: q[ui] ſ[ecundu]m deū creat[us] ē in fide. Apoc̄. 3.

Tria que pertinēt ad predicatores

Nauis denotat unitatē ecclie.

Nox dr̄ carentia diuini auxilij.

Expō myſti.

Per mane ſ[ignifica]t gloria reſurrectiōis. Queſtio.

Reſponſio. Mare ſignificat cōmotionē pn̄tis ſecli. Littus eſt terminus maris

Pulmētū a chr̄o a nobis petitur: qd̄ eſt mādatorum obediētia.

Qui vicerit ueſtief ſic ueſtimẽtis albis ⁊ nõ delebo nomẽ eius de libro vite. ¶ Tertio quãtũ ad ei⁹ ſe curitatẽ: qꝛ ex nimia dilectione noluit cũ naui ire: qua retardabat: ſed [miſit ſe in mare:] ut citi⁹ peruenirẽt ad chriſtũ. ¶ Myſtice aũt per mare ſignatur tribulatio pñtis ſeculi. Unde illi qui deſiderãt peruenire ad chriſtũ in mare ſe mittũt: non refugiunt tribulationes huius mũdi. Act. 14. Per multas tribulationes oportet intrare nos in regnũ dei. Ecc. 2. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ dei ſta in iuſtitia ⁊ timore: ⁊ p̃para animã tuã ad tẽtationẽ. Petrus aũt miſit ſe in mare: ⁊ tñ illeſus ꝑuenit ad chriſtũ: qꝛ inter tribulationes ſecurus ⁊ illeſus chriſti fauus euadit Sap. 14. Dediſti in mari viã: ⁊ inter fluct⁹ ſemitã firmiſſimã. Et (ut Criſoſtomus dicit) ponit̃ hic optime cõditio Joãnis ⁊ Petri. Quia ioãnes altior ĩtellectu. Petrus feruẽtior affectu. ¶ Alij autẽ diſcipuli nauigauerũt ⁊c.] Uñ p̃mo ponit qd fecerunt quia [nauigio uenerũt.] q̃a minus feruẽtes petro. Nauigiũ ſignificat eccliam. Sap. 14. Spes orbis terrarũ ad ratẽ cõfugiẽs remiſit ſeculo ſemen natiuitatis. Et per hãc ſignat̃ ecclia (ut habet̃ p̃ Petri 3.) [Alij v̾o nauigio uenerũt.] i. ꝑtecti ſocietate eccleſie: que eſt terribilis ut caſtroꝝ acies ordiata. Ps Proteges eos in tabernaculo tuo a cõtradictione linguarũ. ¶ Secũdo aſſignat rõnẽ p̃dictoꝝ cũ dicit [Non enim longe erãt a terra: ſed quaſi cubitis ducẽtis trahẽtes rete piſciũ.] Qd põt eẽ rõ: quare Petrus ſe miſit in mare. ſ. q̃a ꝓpe terrã erat. Uel q̃re iſti cito ꝑuenerũt. Et quidẽ nõ lõge erãt: q̃a eccleſia nõ lõge eſt a terra viuẽtiũ. (eſt enim domus dei ⁊ porta celi. Geñ. 28.) Et terrã illã ſancti quotidie cõtemplant̃. 2. Coꝛ. 4. Nõ ↄtemplãtib⁹ nobis que vident̃: ſed que nõ vident̃. Phil. 3. Noſtra conuerſatio in celis eſt. Et dicit [cubitis ducẽtis.] Qd idẽ ſignificãt due naues. Luc. 5. ſcilicet duos populos: de quib⁹ electi trahunt̃ ad vitã eternã. Eph. 2. Ut duos cõdet in ſemetipſo in vnũ nouũ hoiem faciẽs pacẽ ⁊ recõciliãs ambos in vno corꝑe deo Rete aũt quo piſces trahunt̃. eſt doctrĩa fidei qua quidẽ deus trahit inſpirãdo interius. Supra. 7°. Nemo p̃t uenire ad me niſi pater qui miſit me traxerit eũ. Et apoſtoli exhortando (ut hic.)

¶ Ut ergo deſcenderunt in terram viderunt prunas poſitas ⁊ piſcem ſuperpoſitũ ⁊ panẽ

¶ Hic ponit̃ quõ Chr̃s ſuis diſcipulis exhibet familiare ↄuiuiũ. Et p̃ cõuiuij p̃paratio. 2° chr̃i ad ↄuiuiũ inuitatio ibi [Dicit eis ieſus. Uenite ⁊c.] Tertio ipſa conuiuij refectio ibi [venit ieſus ⁊ accepit panẽ ⁊c.] ¶ Preparatio cõuiuij deſcribit̃ primo q̃tũ ad ea que chr̃o preparata ſũt. Scd̃o q̃tũ ad ea que diſcipulis ſũt allata ibi [Dicit eis ieſus. Afferte ⁊c.] ¶ A chr̃o aũt ſũt p̃parata tria. Primo piſcis ⁊ panis. vñ dicit [ut ergo deſcẽderũt] de naui [in terrã viderũt prunas] q̃s chr̃s ſua ꝑtãte creauerat ex nihilo uel ex aliq̃ preiacẽti mã̃ formauerat. Sed. ſ. 6. Pauit turbã de panib⁹ mltiplicatis. Hic aũt poſt paſſionẽ ſuã miraculoſe de nouo creat uel formac: qꝛ iã nõ eſt tẽpus infirmitatis oſtẽdẽde: ſ ꝑtãtis manifeſtãde. Nã id qd ſupra fecit ante paſſionẽ fuit cõdeſcẽſiõis: qꝛ ſi voluiſſet potuiſſet de nouo creare uel formare. ¶ Per hoc aũt dat intelligi q̃ in cõuiuio ſpũali p̃parat̃ a chr̃o aliq̃d. Et ſi quidẽ cõuiuiũ hoc ſumat̃ allegorice pro cõuiuio eccleſie: ſic chr̃s iſta tria preparat. ſ. prunas charitatis. Prou. 25. Hec autẽ faciens carbones ignis cõgeres ſuꝑ caput ei⁹. Eze. 10. Imple manũ tuã prunis ignis. Has prunas chr̃s de celo portauit ad terras. ſupra. 13. Mãdatũ nouũ do uobis: ut diligatis inuicẽ. Itẽ Luc. 12. Ignẽ ueni mittere in terrã. Itẽ preparat piſcẽ ſuppoſitis prunis: q̃ eſt chr̃s. Nã piſcis aſſus eſt chr̃s paſſus: qui ſuper prunas ponit̃: qñ ex incendio charitatis ad nos imolat̃ in cruce. Eph. 5. Obtulit ſemetipſum pro nob oblationẽ ⁊ hoſtiã deo in odorẽ ſuauitatis. Itẽ idẽ. Eſtote imitatores dei ſicͭ filij chariſſimi: ⁊ ambulate in dilectiõe: ſicut chr̃s dilexit uos. Itẽ preparat panes q̃b⁹ reficit̃: qui eſt ipſe. Nã inq̃tũ chr̃s latet per ſuã diuinitatẽ dr̃ piſcis: cui⁹ ꝓprietas eſt latere ſub aquis. Iſa. 45. Uere tu es de⁹ abſcondit⁹. Sed inq̃tũ nos reficit per doctrinã: ⁊ etiã dat nobis corp⁹ ſuũ in cibũ uere panis eſt. ſupra 6. Ego ſũ panis viuus qui de celo deſcẽdi. Iſa. 30. Panis frugũ terre tue erit uberrim⁹ ⁊ pinguis. ¶ Sed ad hoc cõuiuiũ debet afferri aliq̃d ex ꝑte miniſtroꝝ eccleſie: ſed tñ nihil niſi p̃extitat nobis a deo. Quid aũt afferatur ſubdit.

Piſcis proprietas eſt latere ſub aq̃s.

¶ Dicit eis ieſus. Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nũc. Aſcendit Simon petrus ⁊ traxit rete in terrã plenũ magnis piſcibus centũ quinquaginta trib⁹. Et cũ tanti eſſent non eſt ſciſſum rete.

¶ Et primo ponit mãdatũ dñi. Secũdo executio diſcipuli. ¶ Precipit aũt ut afferãt de piſcibus ab eis captis. q̃ſi diceret. Ego dedi donũ charitatis aſſari corpus in cruce: ⁊ ꝓpoſui uobis panem doctrine: ex quo ꝓficit ⁊ roborat̃ ecclia: ueſtrũ eſt: ut uos alios capiatis: ⁊ iſti ſũt qui cõuertũtur ad predicationẽ apl'oꝝ. Ps. Afferte dño filij dei. Iſa. ultimo. Adducetis oẽs fratres ueſtros de cũctis gẽtib⁹ donũ dño. ¶ Si aũt hoc cõuiuiũ ſumatur ꝓ cõuiuio morali: Sic chr̃s ad cõuiuiũ aĩe preparat primũ prunas charitatis. Ro. 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordib⁹. Luc. 12. Ignem ueni mittere in terrã. Itẽ piſcẽ. i. fidẽ abſcõditã cũ ſit de nõ apparentib⁹. Heb. 11. Itẽ panẽ. i. ſolidã doctrinã. Heb. 6. Perfectorũ aũt eſt ſolidus cib⁹. Ad qd cõuiuium ex ꝑte nr̃a reqrit̃: ut bene utamur gr̃a nobis cõceſſa. p̃ Coꝛ. 15. Gratia dei ſum id qd ſum. Et gr̃a ei⁹ in me uacua nõ fuit. Uñ precipit [Afferte de piſcibus.] i. portetis ueſtra bona opa uob data. Mat. 5. Sic luceat lux ur̃a ⁊c. ¶ Et io cõſequẽter ponit̃ executio diſcipuli. ſ. Petri qui feruentior erat. Uñ dicit [Aſcendit aũt Simon petrus ⁊ traxit rete in terrã plenũ magnis piſcibus cẽtũ quinq̃ginta tribus.] Aſcẽdit in gubernaculũ eccleſie. Cant. 7. Aſcẽdã in ſtatũ ꝑfectionis. Ps. Aſcẽſiones in corde ſuo diſpoſuit [⁊ traxit rete in terrã:] qꝛ ipi ſãcta ecclia eſt cõmiſſa: ⁊ ipſi ſpãliter dr̃. Paſce oues meas. i. eodẽ. Qd ergo tũc chriſt⁹ ꝑcipit in uoce dicẽs. Paſce oues meas: hoc ipſe nũc prefigurat in ope. Nam ipſe piſces ad ſoliditatẽ littoris ꝑtrahit: qꝛ ſtabilitatẽ eterne patrie fidelib⁹ oſtẽdit. Sed dicit [rete plenũ magnis piſci.] qꝛ quos predeſtinauit: hos ⁊ uocauit: ⁊ q̃s uocauit hos ⁊ magnificauit. Ro. 8. Ecc. 44. Hoies magni v̾tute ⁊ prudẽtia ſua p̃diti annũciãtes in ꝓphis dignitatẽ ⁊ imperantes in pñti pplo ⁊ virtutẽ prudẽtie ſctiſſima v̾ba. In alia aũt piſcatiõe nõ addit̃ murmur ſicut hic. Fuerũt enĩ cẽtũ q̃nquaginta tres. Quia in uocatiõe ad p̃-

ſetē eccliaʒ trahūt boni ⁊ mali (ut dr̄ Eccē.1.) Stultorū infinit⁹ eſt nūs. Un̄ Gen̄.28. dr̄ Abrahe de illa uocatiōe. Erit ſemē tuū ſicut harena que eſt in littore maris que ponit̄ in malā ptē. Sʒ de iſta dr̄. Inſpice ſtellas ⁊ nūa eas ſi potes. Hi enī numerātur adeo q̄ſi habiti in p̄cio. p̄s. Qui numerat multitudinē ſtellarū. ¶ Sʒ nūquid nō plures ſaluabūtur q̄ centū q̄nquaginta tres: īmo plures. ¶ Sʒ hic nūs aliq̄d myſtice ſignificat. Null⁹ eni pōt ad patriā uenire niſi per obſeruātiā decalogi. Nec h̄ obſuari pōt niſi p ſeptiformē grāʒ ſpūs ſci. De q̄ Iſa.11. Regeſcet ſup eū ſpūs dn̄i: ſpūs ſapie ⁊ itellect⁹: ſpūs conſilij ⁊ forti. ſpūs ſcie ⁊ pietatis: ⁊ replebit eū ſpūs timoris dn̄i. Scificatio aūt p̄ legit̄ facta in ſeptimo die. Gen̄.1. Bn̄dicens diei ſeptime ſanctificauit illū. Decē aūt ⁊ ſeptē faciūt.17. Si ergo numeret̄ tali ordīe ꝓgreſſionis: ut p̄mo accipiat vnū ⁊ duo que faciūt tria: ⁊ tria que faciūt.6. ⁊ q̄tuor que faciunt.10. ⁊.10. ⁊.5. que faciūt q̄ndecī: ⁊ ſic deinceps addēdo nūʒ qui ſeq̄tur uſq̄ ad decē ⁊.7. nūo cōiūcto fiūt centū q̄nq̄ginta tres. ¶ Uel alr̄. Hi diſcipuli q̄b⁹ chr̄s apparuit erāt ſeptē. Multiplicādo aūt.7. per ſeptē: que ſunt dona ſpūs ſci fiunt q̄draginta nouē: q̄b⁹ addas vnū ad ſignificādū vnitatis ꝑfectionē in qua eē debēt filij dei: qui ſpū dei agunt: fiūt q̄nquaginta: quib⁹ triplicatis ⁊ iterū additis trib⁹ ad ſignificādā fidem trinitatis: que in cōfeſſiōe cordis: ⁊ oris: ⁊ opis ꝯſiſtit: fiunt cētū quinq̄ginta tres. Quia qui ſūt perfecti ſeptēʒ donis ſpūs ſci: ⁊ vniti in fide trinitatis perueniūt ad patriā. Sed dicit [Et cū tanti eēnt nō eſt ſciſſuʒ rete.] ¶ In alia aūt dr̄ q̄ rumpebat̄: q̄ꝛ in p̄nti eccleſia que per illā ſignificat̄ ſunt multe ſciſſure ſcifmatū: hereſū: ſeditionū: ſʒ totalr̄ nō rūpat̄: Quia ego uobiſcū ſuʒ uſq̄ ad cōſumatiōnē ſecli. Mat. ultio. Sed in futura patria que ſignificat̄ per iſtaʒ: in illa pace ſcōꝝ nulla erunt ſciſmata. p̄s. Qui poſuit fines tuos pacē. ¶ Conſequenter cum dicit.

Nullus pōt uenire ad patriā niſi p obſeruāciā decalogi. Nec aliquo pōt obſeruare niſi p ſeptiformē grāciā. ſ. ſ.

17

153

¶ Dicit eis ieſus. Uenite prandete. Et nemo audebat diſcūbentiū interrogare eū: tu quis es: ſcientes quia dominus eſt.

¶ Ponit̄ inuitatio ad cōuiuiū ꝑparatū. Et primo ponit̄ chr̄i inuitatio. Scdō diſcipuloꝝ in conuiuio diſpoſitio ibi [Et nemo audebat ⁊c̄.] ¶ Inuitat āt ad cōuiuiū chr̄s interi⁹ iſpirādo per ſeipſū dicens [Uenite prādete.] Mat.11. Uenite ad me oēs qui laboratis ⁊c̄. Cant.5. Comedite amici: bibite ⁊ inebriamini chariſſimi. Et exterius docendo: ⁊ exhortādo per alios. Luc.18. Hō q̄dā fecit cenam magnā: ⁊ miſit ſeruū ſuū hora cene dicē ⁊c̄. Diſpō diſcipuloꝝ ponit̄ cū dicit [Et nemo audebat diſcūbētiū.] ¶ Q̄ ſ̄m Aug⁹ deſignat diſcipulorum de reſurrectiōe chr̄i certitudinē: q̄ꝛ. ſ. ita certi erant q̄ chr̄s eēt: q̄ nullus diſcūbētiū auſus eſt dubitare: an ipſe eēt. Et q̄ꝛ interrogatio eſt ſignū dubitatiōis: null⁹ audebat eū iterrogare [Tu q̄s es?] ſupra.16. In illo die me non interrogabitis quicq̄. ¶ Scōm Criſoſtomū ſignificat maiorē ſolito reuerentiā diſcipuloꝝ ad chr̄m. Libenter īterrogaſſent eū. Sʒ chr̄s apparuit eis in quodā magnifico aſpectu: ⁊ mirabili glīa: ita ut nō auderēt eū interrogare p̄e ſtupore ⁊ reuerētia. Et hoc ſpāliter detinebat eos ab interrogādo: quia ſciebat [q̄m dominus eſt.] ¶ Cōſequēter cū dicit.

Expō Aug.

Expō Criſo.

¶ Et uenit ieſus ⁊ accepit paneʒ: ⁊ dabat eis ⁊ piſcem ſimiliter.

